STEPHANI RODERICI

CASTRENSIS LVSITANI

MEDICI, AC PHILOSOPHI

PRAESTANTISSIMI,

ET IN PISANA SCHOLA MEDICINAM

Primo loco docentis.

DE METEORIS MICROCOSMI

Libri Quatuor.

CVM INDICE RERVM, ET VERBORVM.



FLORENTIAE, M.DC.XXI.

Apud Iunctas.

SVPERIORVM PERMISSV.

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMO
DOMINO
FERDINANDO SECVNDO
MAGNO ETRVRIAE DVCI V.

INCLINAT dies, & quicquid vel inertia, vel imbecillitas infectum, imperfectum ve reliquit, poſtridie reſtaurabitur. Inclinat ætas nec amiſſæ ſemel occaſionis damna reſarcire datur, ſed ſola remanet ſera, inaniſque pœnitentia. Ego in hanc inclinantem ætatis meæ partem, tardigrado quodam genio ductus, ſeu tardo retardatus ingenio fœtum aliquem præteriti laboris luci exponere diſtuleram, forſan a Cygno perſuaſus, qui ſenio confectus argutioribus, ob gutturis exilitatem, organis effectis, ſuauiorem ſimul, & vocaliorem emittit vocem: exiſtimabam itaque mihi euenturum vt quo per ætatem magis proficerem, eo elegantius & ſapientius, ante quàm improuiſus adeſſet occaſus, ſcriberem. Sed ne imprudens homo ſim, qui Naturæ inopiam annorum copia ſupplere me poſſe putabam. Vnum tamen fortunæ acceptum refero, quod adhuc ad opportunam accedo pœnitentiam, nec omnino vana fuit mea illa procraſtinatio. Ad orientem conuertor Solem, nempe ad exurgentem toti Etruriæ, vniuerſæ Italiæ potius dixerim cum nouo, cum optimo Principe felicitatis ſplendorem, vt ſi ad hæc humilia reſpiciat, Sol ipſe radiatus me intueri videatur. Et faciet: paterna eum gentiliſq; probitas perſuadet, imo & propria, quam tenera adhuc ætas adeo manifeſtis præmonſtrat ſignis, vt cuilibet ex plebe homini futuram felicitatem hinc

liceat vaticinari. Non equidem adoleſcentibus auream ætatem quam poſſidebunt, inuideo, gratulor magis, & primam hanc iucundiſſimæ Scenæ partem ſenioribus etiam communem, peculiari applauſu, accipio, reliquam poſteritas mea, quod ſexagenario non leue eſt ſolatium, ſibi etiam vendicabit. Dum verò ſuaui admodum ſpe, quam de tam præclara indole concipiunt omnes, delinitus inebrior, in mentem ſubit lilium triplex in Medicææ domus ſtemate poſitum, quod ad hæc noſtra tempora, iam ex antiquo reſpexiſſe arbitror. Veterum monumentis conſtat lilio potius, quam altero florum ſpem fuiſſe ſignificatam. In Alexandri Pij, & Claudij Auguſti numis, Dea manu lilium prætendens hanc habet inſcriptionem, SPES PUBLICA. in alijs quos Tib: Claudius excudi iuſsit SPES AUGUSTA. Adriano magis placuit SPES P. R. placeat maiori iure & nobis SPES P. E. nec inſcriptio dedecens eſſet SPES TRIPLEX quam ex triplice flore, Florentia, in ſuo ſinu, reponit, Clementiæ vnam, alteram Iuſtitiæ, tertiam Liberalitatis, omnes profectò hæreditarias. Sed heu prohibet dolor de generis humani delitijs nuper amiſsis, hoc eſt, de inuictiſsimo parente immatura morte prærepto verba facere. Propterea ſilens, & humilis ad Sereniſsimæ celſitudinis aras hoc opuſculum, votiuam veluti tabellam, appendo, vt pretium quod ex ſe non habet, inde poſsit comparare; multa quippe (ait Plinius) ideo pretioſa cenſentur, quia templis ſunt dicata.

Soler.

Solertiſsimo Artis Medicæ profeſsori Stephano de Caſtro.

LODOVICVS SEPTALIVS. S.

SENSI quidem, vſuq; comperi, haud tantam ex mutuo oculorum occurſu, aptiſq; oris lineamentis hauriri voluptatem, quantam nobiliores illæ animi notæ multo illuſtrius virtutis monimentis expreſſæ, quam fucatis interdum coloribus adumbratæ, longe etiam ſpectantibus pariunt. Itaq; quod verebare, ne tuæ ab ignoto, vt modeſte de te ſentis, profectæ literæ, mihi fama vulgata iam claro, quæ tua eſt beneuolentia, redderentur, ſecus omnino accidit: nam & ſi te nunquam oculis vſurpaui, certe cum in epiſtola tua, tum in hominum de tuis moribus, ac doctrina prædicatione, ad viuum adeo te delineatum ſum contemplatus, vt quam magis potuerim voluptate perfundi, non dum intelligam. Atque vt propenſo tuo in me animo grates habeam, qui in me exornando tam multus fuiſti, non patiar plane tam male tecum agi, vt tantum tui nominis ſplendorem latebris in abdito atque obſcuro includi tibi cōcedam. cui enim iam multos annos ab editæ quaſi ſpecula in propatulo collocatus, non illuxiſti? Apud Magnum Hetruriæ Ducem paulo ante valetudinis moderator non potuiſti non magnas pre te agere ſplendoris, & gloriæ faces. Inclyta porro Piſarum Accademia cui te vetuſtatis iniurijs non ſubducet, aut a ſeculorum obliuione non vindicabit? Iam vero ſecundis auris, & curis etiam tuæ iam famæ & nomini inſeruire debes; affectiſque lucubrationibus finem imponere, neque permittere diutius illas ab eruditis deſiderari. Cæterum quem tua diſciplina informatum, ac probe imbutum mihi quaſi recuoquendum, & opimioribus, vt inquis, opibus cumulandum miſiſti (in quo tuam humanitatem, quæ tibi admodum iniqua tam pauca, mihi perliberaliter tam multa tribuit, agnoſco) dabo operam, vt quicquid eſt in me præſidij, id illa tum tuo nomine, tum ſuæ virtutis & morum inuitamento ſibi præſto eſſe ſemper experiatur; nec verbis, quam re ipſa præſtanda, fideque ſoluenda liberalior extiterim. Te vero virum tantum ſi

¶ 3 non

non amem, & colam tot virtutum inſignibus illuſtrem, a me ipſo, qui magnos viros ſemper in oculis habui, plane deſciſcam. Adderem plura, niſi vererer, ne fucoſæ orationis ſuſpicio fidem candidæ amicitiæ detraheret. Verbo vno cuncta perſtringam: prolixe tuis nutibus cum me ipſum, tum mea omnia polliceor. Vale Piſarum Decus, & ornamentum, & me, vt cepiſti amare perge. Mediolani Quarto Kalendas Iunij M. DC. XIX.

Hiero-

Hieremias VVidolxius Auguſtanus in laudem præceptoris ſui Colendiſſimi.

MIramur magni ſublimia corpora Mundi
Ut venti ſpirent, vt cadat imber aquæ.
Ut tonet, vt radijs accenſus fulguret æther,
Vt feriant magni tela triſulca Iouis.
Non minus in paruo mirum eſt contingere Mundo,
Hæc eadem, at cauſas quis penetrare poteſt?
Tu penetrare poteſt CASTRENSIS, & ab..ita nobis
Dudum ſcripta Coi ſcis reſerare ſenis.
Sit tibi, ſit nobis fauſtum, quod protulit ætas
Noſtra, ætas quod non protulit vlla prior
Ætas deinde tuo referet ventura labore
Poſſe laboratis abſque labore frui.

Alexander Puccinus Florentinus I. V. D. & in Piſana ſchola profeſſor. Ad eundem.

FErtur in exili vitro iam proditus æther,
Tam potuit ſiculi Dædala dextra ſenis.
Mille ſub humano CASTRUS iam corpore formas
Denotat, ingenio tàm bonus & calamo
Maior vter, quæris? dedit hic meliora ſalutis
Pignora, ſed fragili luſerat ille vitro.

Iulius Cæſar Bulengerus in ſchola Piſana humaniorum literarum doctor. Ad eundem.

ES medicus, vateſque, & habes ab Apolline vtrumque:
Munere vtroque tamen cedit Apollo tibi.

Domenicus Benizzius Florentinus D. Medicus STEPHANO CASTRENSI operis autori & præceptori ſuo amantiſſimo.
MICROCOSMVS LOQVITVR.

OLim artis mira mirus mè finxit Apelles
CASTRENSIS mè nunc artis Apollo tua
Ceſſit Apellineum fatis opus, at neque fatis
Maius Apollineum, credite, cedet opus.

Anto-

Antonius dias Pintus Luſitanus I.V.D. & quondam in ſchola Piſana ordinarius iuris Ciuilis profeſſor, nunc in Florentina rota Sereniſſimi Magni Etruriæ ducis auditor meritiſſimus.

In librum, & libri Autorem.

MAximus exiguo hic deſcribitur Orbis in orbe
Humano immenſum Corpore Corpus ineſt.
Mira facis Caſtre; vnum Athlas vix ſuſtinet Orbem
Pendet ab excubijs Orbis vterque tuis?

Alexander Rinuccinus Clariſſimus Senator Florentinus, & Sereniſſimi Magni Ducis Ætruriæ præfectus ærarius.

In laudem Autoris.

NOn medicas adhibere manus, non mille quotannis
Faucibus e Lethi corpora ſubripere,
Non præcepta animis dulci inſtillare loquella,
Dum Ligur, & Thuſcus pendet ab ore tuo,
Sunt tibi Luſitane ſatis, maiora repoſcis,
Cum pandit doctus ſcripta repoſta liber,
Sic etenim innumeros populis prodeſſe per annos,
Sic datur ægrotis omnibus vna Salus.

Camilli Accariſij I. C. Senenſis in Piſano Lyceo Iuris Ciuilis Interpretis. Ad eundem.

ABdita qui ſeruas humorum prælia in orbe
Exiguo, & cauſas pandis, & interitum,
I liber, i felix, doctas inuiſe cateruas,
Ne timeas, vllus gratior ire nequit:
Aera ſollicitent placidum cur flatibus Euri,
Cur commota ſuis æſtuet vnda vadis,
Hactenus edocuit ſapientum cura, ſed artem,
Qua valeant motus ſiſtere, ſolus habes.

Aliud.

Aliud. Eiuſdem.

MElliferum quondam conſedit in ore Platonis
Agmen, habet ſi qua n fabula priſca fidem;
Somnia ſint vatum: meliori paſceris ipſe
CASTRE fauo, & nectar dulcius ore tenes:
En vt Paonia hac artis tutiſsima nobis
Dogmata mellifluo ſuggeris eloquio:
Fellea ne poſthac medicamina abhorreat ager
Crediderim verbis mellea facta tuis.

De eodem Excellentiſsimo Autore:

Epigramma.

Ioannis Accariſii Patricii Senenſis:

ARida corporeos quid ſæuit febris in artus,
Quidue iuuat miſeris ſollicitare modis?
Nonne Machaonia STEPHANVS clariſsimus arte
Emerita reficit corpora læſa manu?
Scilicet, agnoſco, vt totum volitare per orbem,
Et valeat tanti creſcere fama viri:
Sic homines tuto properantia fata repellunt,
Sic CASTRI eximium nomen vbique viget:

In Librum de Meteoris Microcoſmi.

Epigramma.

HIppocratis dulcis ſileat miracula Muſa
Deſinat, & claros tollere ad aſtra viros,
Iam tenet æternum notus per ſæcula nomen,
Nec non ingenio ſtat ſine morte decus.
Explicet illa tamen Stephani vel carmine laudes,
Vel ſtudeat claris concelebrare modis.
Hic neglecta diu nobis, atque abdita pandit,
Sic virtus claro lumine ſpreta micat.
Has dum perpetuo celebras res nomine (fœlix)
In toto nomen ſpargitur Orbe tuum.

Ioannis Summaiæ.

AVTO-

AVTORIS CARMEN ALLEGORICON DE MICROCOSMO.

QVI primum liquidis fœcundans omnia campis
Incubuit rector naturæ ſpiritus, vnde
Tot reum ſimul effigies, tot ſemina vitam
Accepere, abijtq; elementa ingrandia Mundus.
Qui cœlum, quiq; aſtra, & diæ lucis honorem
Protulit, ac validis firmauit legibus orbem.
Idem etiam in parua viſus luſiſſe tabella
Singula, quæ Mundi efficiunt collecta figuram
Exiguum in ſpecimen referens, exinde creauit
Sic hominem, vt paruum poſſemus dicere Mundum.

Cor ſoli compa-ratur.

In medio, veluti radijs qui cuncta fouet Sol
Cor micat, atq; almi longa vbertate caloris
Ditior extremas ſè ſè diffundit in oras.

Cerebrum Lunæ.

Quin & lunarem cerebri compago nitorem
Alba refert, lunam, & cerebrum vis humida ſignat.
Ex illo radij ſentire, omnemq; mouendi
Virtutem accipiunt, radijs ſi nubila forſan
Obſtabunt, ſubitò Mundo nox incubat atra,
Caligant ſensus, moleſq; immota laborat

Cerebri ſinus Mercurio.

Alueolos etiam in cerebro, & variata figuris
Atria Mercurio prudens natura ſacrauit.
Quippe hic ingenium, ingenuaſq; exercitat artes
Hanc mens & ratio ſedem extruxere beatam,
Quam ſensus (labor aſſiduus) depingere certant
Semper imaginibus, Cœli quibus alta ſubire
Arcanaſque datur naturæ agnoſcere cauſas.

Iecur Ioui.

Stat iecur ad dextram, paruoque alimenta miniſtrat
Mundo, alit vt magnum magnus quoque Iuppiter orbem.

Lien Saturno.

Læua ex parte lien Saturni denotat aſtrum,
Infelix aſtrum, ſub quo curæque metuſque
Horrifici infauſtum laticem ſumpſere veneni

Fel Marti.

Hos inter Marti aſſimilis fel turget amara
Bile tumens, illinc irarum feruidus ardor,
Et flauum impatiens bibit indignatio ſuccum.

Con-

Conſimili ratione tibi venus alma dicantur Teſticuli Veneri.
Pendent qui multo tumefacti ſemine teſtes,
Vnde hominum innumeros ſtirps continuatur in annos.
Quatuor, & proprio condunt elementa decore Quatuor elementa quatuor humoribus.
Quicquid in orbe ſubeſt, ſeque in contraria pellunt,
Hinc calidus furit ignis, & hinc patet humidus aer,
Hac gelida labuntur aqua, hic iacet arida tellus
Pondere fulta ſuo, totidem mortalibus agris
Humores variantque vices, proſuntque nocentque.
Nec non aſtrifero cœlo, & cœleſtibus aſtris Cœlum, & aſtra ſpiritibus.
Reſpondet, membra incurſu qui cuncta perenni
Exagitat, primuſque animæ mandata facesſit
Spiritus, ille volans defert magno impete ſecum
Imbres ſanguineos, atque auras ſimplicis ignem.
Quid memorem intexant Mundum quam multa minorem Venæ fluminibus.
Flumina? non ne vides ſalientes ſanguine venas
Hac illac opportunis erroribus vt ſe
Insinuant, omnemque ſinunt pinguescere glebam?
Aſpice vt antiquæ dureſcant oſſa parentis Oſſa rupibus.
Saxa vocas, pariter mortali in corpore ſaxa
Scilicet oſſa vides rigidas imitantia cautes.
Non etiam nemora, & denſis loca conſita plantis Arboribus capilli.
Deeſſe putes homini, videas herbeſcere crines,
Radices agere, & tenues emittere ramos.
Inſurgunt animoſi Euri, miſcentque procellis Venti flatibus.
Terrarum ambages, ſinuoſique æquora ponti.
Sic in viſceribus, velox cum ſæpe coorta eſt
Tempeſtas, rapidis quæ flatibus ilia rumpit,
Auditur tonitru ingeminans, it clamor ad aſtra,
Voluulus immiſcet bellum, atque extrema minatur.
Cernis vt immenſum vapor humidus aera complet, Catharrus pluuiæ.
Et primo in nubem, mox condenſatur in vndas,
Tunc varia in Cœlo facies, vnde imber aquarum
In terras cadit, & ſitientes irrigat agros.
Non ſecus in noſtro concreſcens corpore nimbus
Accidit, in tenuem cum ſæpe redacta vaporem
Materia aſſurgens caput aggrauat, ecce repente
Nubilaque, pluuiæque, imos Mador occupat artus.
Contemplator item quam multas humor arenas Arenæ.

Inuo-

Innoluat, liceat varios ſpectare lapillos,
Quam multosque ſalis cumulos, quam multa metalli
Principia, intuitu ſi conſpicis omnia ſano.

Lumbrici animalibus.

Multaque præterea viuunt animalia paruo
In mundo, verruntque ob longis viscera caudis.
Scilicet vt tanto reddant pro munere grates
Cuncta creata Deo factori, homo ponitur inſtar
Cunctorum, erectos qui tollit ad æthera vultus,
Menteque ſupremi campis ſpatiatur Olympi.
Ille humilis ſupplexque manus ad ſidera tendens
Artificem tantorum operum ſic voce precatur.
Magne parens, nutu qui poſtquam cuncta crearas
Duxiſti ingentem parua in compendia molem,
Parua, quibus tua magna tamen reſpondet imago
Da poſſe has minimi partes, hæc organa Mundi
Sic regere, vt tandem veteri compage ſoluta
Nobilior, penituſque mori pars neſcia poſſit
Æterna Mundi exemplar ſub luce tueri.

STE-

Digitized by Google

STEPHANI RODERICI CASTRENSIS LVSITANI DE METEORIS MICROCOSMI

Liber Primus.

P R Æ L V D I V M.

Q*Uemadmodum vis exigua, quamtumuis trahat, nunquam magnam extollet molem, ita etiam humani intellectus imbecilla virtus, licet diuturna meditatione fatigetur, ingentes difficultatum lapides, qui viam veritatis occupant, non dimouebit. Omitto ſubſtantiarum ſeparatarum contemplationem, ad cuius radios deficimus,* ſicut oculus noctuę ad lumē Solis, *de his loquor quæ manibus tractamus, quæ oculis conſpicimus. profecto ærumnarum maxima eſt, non poſſe eorum cauſas, naturamq; penetrare. Omnipotens rerum Dominus, homini, ijs quæ creauerat frui dedit, eadem agnoſcere non conceſſit. hoc prædicat ſapientiſſimus Salomon cap 3. Eccle.* cuncta fecit bona in tempore ſuo, & mundum tradidit diſputationi eorum, vt non inueniat homo quod operatus eſt Deus ab initio vſq; ad finem. *Tumebant veteres inani ſophiæ nomine inflati, poſteri modeſtiores philoſophiam appellarunt, philologam iam factam eſſe, ait Seneca, & merito: nam verbis, non rebus certatur, aut ſi rebus, fucatis illis quidem, & prout vniuſcuiuſq; ambitio ſuadet, compoſitis. Ambitionem artes perdidiſſe, ſapienter clamat Galenus. Hæc in Ariſtotelis animum, vetuſtiores reprehendendi, cupidinem inſpirauit. Laudandus tamen eſt, tùm quoniam nunquam ſibi tantam arrogauit autoritatem, vt inermis in campum ſe conferat: tùm etiam quia, dum eos, per quos profecerat, refellit, eandem nobis libertatem reliquit Sed quotus quiſq; eſt, qui hanc libertatē velit? Proh dolor, ingenua philoſophia ſeruos parit. Sed quando ſeruos, cur magis Ariſtotelis, quam aliorum? nempe quia eius placita magis placent. hoc ita crederem, niſi in ijs tuendis peruicaciam aliquando agnoſcerem Ad rem accedo. Mundi primordium, aliqui ex vno, aliqui ex multis, inſtituerunt: ludi magiſtri erant, diſcipulos habebant, in quos ſuas ſectas tanquam in riuulos deriuarunt. verum cunctorum ſcriptis temporis diuturnitas ſolitam iniuriam intulit, veſtigia nulla remanent, niſi quæ nobis monſtrant ij, à quibus refelluntur. Nunquid vera? imo ſuſpecta: nemini in lite ſua fides habetur. Damnantur igitur inauditi, & victrix in ſcholis exultat peripatetica doctrina. Exulat Plato, exulant vetuſtiores ſapiētes, &*

A *pro-*

Digitized by Google

profectò ſi eorum dicta, ſicut referuntur, ſunt accipienda, merito relegantur: inania ſunt, ridicula ſunt. Sed quid nocebit quærere an benignam patiantur explicationem, & ſic amicè explicata quid nos doceant inquirere? hoc facere inſtituo, & velut ſpagyrici faciunt, ex optima veterum documentorum parte, quintam (vt vocant) eſſentiam extraham. fæces reijciam. Neq; mihi magis familiarem aſciſcã Ariſtotelem, quàm Platonem, quàm alios. Ignis, aer, aqua, terra, magnos nobis vſus præſtant, nunquid ideo ſunt elementa? erunt, ſi elementi nomine abuteris, ſin ſtrictè accipis non erunt, nam non priora ſunt reliquis, vt eſſe decet, ſi reliqua corpora componunt. propterea non componunt ſed componuntur. Ignem ne elementum dicam? qui diſſoluere quidem poteſt, componere non poteſt. Dicis ignem cohiberi, vt compoſitionem ingrediatur, ſed a quo cohibetur? nunquid a potentiore? da mihi potentius, à minus potente cohiberi nequit. Aqua, quæ nobis in vſu eſt, terra, quam calcamus, aer quem reſpiramus, impuritate ſcatent. reſpondes hæc non eſſe elementa, verum alia puriora, hæc tamen puriora nec exiſtunt neque exiſtere quidem poſſunt. Sed iam præludij limites egredi videor & veram aggredi diſputationem, procaſtinare libet, vt ſuis quæque locis readantur. Interim hoc ſcito veteres autores arcana illa rerum naturæ ſacra, interiore clauſiſſe ſacrario, ea qui reuelare cupis pura mente eſto.

Exemplum tibi proferam ex Anaximandro Mileſio, qui rerum omnium principium infinitatem eſſe ait, ſed cur nempe quia ex infinito exiſtunt, & in infinitatem abeunt cuncta. Certe nil melius. nunquid non infinitum eſt Alpha, *&* Omega. *Dicitur tamen exiſtimaſſe innumeros mundos ab hoc infinito produci, ac rurſus in id vnde ſunt orti, reduci. Non rectè quidem produci dixit, ſi ita dixit; rectè tamen, produci poſſe, forſitan dixit. Anaximenes item Mileſius principium rerum aera ſtatuit; aera ne? an ſpiritum? nam dicitur pariter aer & ſpiritus ſi ſpiritum pro aere intelligat, iam non omnino ab erraſſe dices: ſi quidem efficientem cauſam cognouit, ſcilicet ſpiritum, qui ferebatur ſuper aquas. Nimius ſim ſi cuncta proſequi velim, hæc duo ſufficiant, quibus agnoſcas, vnumquemq; antiquorũ, ex ſua tripode loquutum neq; vt à poſteris intelligeretur, ſatis curaſſe. Vellem itaq; tàm nos illorum curam habere, quàm illi noſtrûm habuere, atq; ita animo ingenuo, ac libero præditos philoſophos ſolo rationis olfactu tanquam canes venatorios veritatem è latebris in lucem euocare. Forſitan ſic melius conſtaret nobis ex quibus mundus conſtat, mundus in quam tám magnus quàm paruus: nam per ſimilitudinem vnius ad alterum ex vero philoſopho fieret verus medicus. Hæc mea mens eſt, non alijs obſto, ſed quà potior videtur via, incedo. incede tu quà velis. hominem quæro in mundo, hominis affectus in mundi affectibus: Sic Hippocratem feciſſe arbitror. multi tamen, qui hoc iter, tanquam ſolitarium relinquunt, ne ab Hippocrate diſcedere videantur, Hippocratem, ab Hippocrate diſcedere faciunt, ac proptereà libellum, in quo ad vnguem loquitur, hoc eſt eum, qui de flatibus inſcribitur, ex Hippocraticis eſſe nolunt Hoc, quo iure factum, demonſtrare contendo, & ſanam illius libelli doctrinam, pro Virili defendo, adeſto animo quisquis ad legendum ades, hæc ſi placent faueto, ſi diſpilcent ſaltem non liberè, verùm adhibita rationis virga, caſtigato, expungito.*

INTER·

INTER MVNDVM, ET HOMINEM ad vnum archetypum conformitas, & mundo ineſſe animam demonſtratur.

CAPVT PRIMVM.

RATIO illa ſempiterna, & immutabilis, omniũ rerum exemplaria in ſe continens, quam Mundum Archetypum, ſeu potius Mundi Archetypum vocamus, cum ſit in mente diuina, non eſt aliud ab ipſo Deo, cuius ſumma ſimplicitas compoſitionem nõ admittit. Quoniam ergo Mundus hic magnus, quo fruimur, ad Archetypi exemplar, ſeu mauis ideam, fuit efformatus, ad Dei optimi, maximi imaginem dicitur productus. Homo autem, qui omnes totius vniuerſi perfectiones in ſe vno comprehendit, eiuſdem Archetypi ſimilitudinem teferens, ad imaginem Dei, tantò melius dicetur factus, quantò diuino intellectui, per intellectum, ſimilior euaſit. Hanc inter hominem, & mundum conformitatem, veteres mutuatis inuicem nominibus expreſſerunt. Mundum enim animal magnum, hominem mundum paruum appellarunt, exiſtimantes ſcilicet non deeſſe vniuerſo animam, per quam animal dicatur: turpe namque eſt partes ſuo toto perfectiores arbitrari, in quem ſanè errorem incidet is, qui mundi partes animatas, totum verò vniuerſum inanime eſſe dixerit. Mũdi animam dari ferè omnes veteres phyſiologiæ principes, tam Græci, quam AEgiptij teſte Platone, & defenſore in Cratylo, & Epinomide, ſuis placitis, confirmarunt, quorum rationibus à motus perennitate, & à vitalium ſpirituum vigore deductis, nos aliquas tùm ex ipſo opere, tùm ex opifice adijcimus.

De opere quidem, admirabilis ſympathia, qua cuncta corpora, interſe, ſunt connexa, nobis oſtendit, illa ita inuicem ſe habere, vt membra vnius, quod tamen vnum, non accidentaliter ſit tale, ſed per animam totius, qua vnaquæque pars, peculiare damnum contemnens, ſuum totum conſeruat, non ſecus ac in animalibus ſolet contingere, quæ ut vitam totius liberent à periculo, membrum aliquod periculo exponunt; Vnde manus

A perſæpè, vt capiti ſuccurrat, vulneratori ſe offert. Omnia quæ ſunt in mundo propria loca, propriamque quietem deſerunt (contra ipſorum naturas) vt vacuo, totum vniuerſum deſtructuro, locum impediant. Nec dicendum eſt id fieri, quia mundi partes, licet finem non agnoſcant, diriguntur tamen à cognoſcente: nam perperam ad vniuerſalem cauſam recurritur, cũ particularis quęritur. Neque præterea huiuſmodi admirandi effectus materiæ, tamquam rei continuæ,
B ac proinde continuitatem ſuam tueri conanti, ſunt attribuendi: etenim materia ſine forma non eſt continuitatis cauſa, nec rurſus materię actionem, reſiſtentiamue vllam poſſumus concedere.

Altera, quæ ex mirabili hoc opere ſumitur ratio talis eſt. Quam plurima in mundo fieri videmus, queis efficiundis, non ſolùm particularis vniuſcuiuſque ratio, atque forma ſit ſatis, ſed maius aliquid eſt inquirendũ, et ne ad vniuerſalem cauſam, tanquam ad
C ignorantiæ aſylum, recurramus, admittenda eſt formalis totius. Vide fœtuum formationem, ac deperditarum ſpecierum reſtaurationem, & inuenies hanc eſſe curam totius, ne videlicet ſuæ partes deperdantur. Indiuiduum, voluit Ariſtoteles, immortalitatis deſiderio, aliud ſibi ſimile gignere, vt ſaltem viuat in ſua ſpecie, verùm hoc præter rationem dictum videtur: indiuiduum nãque, in ſua ſpecie, non habet vitam, neque Bucefalus viuit, licet viuat natura commu-
D nis equi, imo potius contrarium eſt aſſerendum, ſpeciem ſcilicet viuere in ſuis indiuiduis, quæ ſi omninò deſint, illa profectò extinguetur. Natura ergo communis eſt, quæ particularium curam habet. Hæc ad agendum ſtimulos quoſdam addit. Quare ſi qua rerũ ſpecies ſit abolita, vel aliquid à propria forma degeneret, poteſt ab anima totius, per particulares rationes ſeminales, quas habet, reformari, & reſtitui. Non autem fiet hæc rerum conſeruatio, niſi detur aliquid in toto, quod ſuis partibus ſit cõmune. hoc nil aliud eſt, quam anima: nam hæc ſola, vtporè, quæ

ex ſe, & ſpontè mouetur, poteſt ad omnia A
duci.
Iam verò ex ſupremi Artificis parte, in
hunc modum ratio conficitur. Ineffabilis
Creator, qui lumine vultus ſui, hoc eſt ſua
ipſius imagine, cuncta creata ſignauit, cum
ſit omnino vnus, vnitatem in rebus voluit
reperiri. hæc quoniam à perfecto eſt, imper-
fecta eſſe non poteſt, non tamen foret perfe-
cta, ſi per accidens, vt dicitur, vnitas foret.
quare per ſe vnitas hæc eſt. quomodo ergo
per ſe talis erit, niſi ab aliqua forma totius,
quam Mundi animam appellamus?
Præterea non ſolum diuinam vnitatem, B
ſed diuinam etiam bonitatem debuit diuinũ
opus imitari. etenim à bono, non niſi bonũ,
id tamen ſolum dici bonum meretur, quod
omni ex parte tale eſt, cum è contrario, ex
quolibet defectu, malum dicatur. Defectus
verò in ratione totius, eſſe maior non poteſt,
quàm ſi totius forma deſit. Hanc igitur, qui
denegaret, auarè nimis de liberaliſſimo lar-
gitore ſentiret, qui in minimis nimium per-
fectus, magno operi eam perfectionem, quã
habere oportuit non conceſſiſſet.
Denique non tantum id, quod bonum eſt,
ſed id, quod melius, à Deo factum fuiſſe cre- C
dimus; melius autem eſt mundum per con-
tinuitatem, quàm per contiguitatem eſſe
vnum: nam qualitatum cœleſtium transfu-
ſioni contiguitas non ita apta eſſet, facilior-
que per continua, quam per contigua fit trã-
ſmiſſio. Ideò natura conſeruationis rerum
ſolicita, res ferè omnes in duas medietates
diuiſit, (tales ſunt fructus, & cerealia) vt ſci-
licet putredo in vna medietate concepta,
non ità promptè alteri communicetur: ob-
ſtat enim contiguitas, vbi continuitas non
obſtaret. Oportuit ergo mundum hunc in-
feriorem ſupernis lationibus non contiguũ, D
ſed continuum eſſe, vt inde vis eius guber-
netur. Adde quod abſque continuitate,
ſtabilitas rerum nulla foret, Ni velis ſupre-
mum Conditorem cogere, vt ſeipſo ſuum
artefactum ſubſtentet, ne labatur, quod vel
in artifice creato, imperfectio quædam erit.
At diuinus Opifex res omnes, poſtquam fue-
runt creatæ, ſuis naturis reliquit, & mediãti-
bus illis operatur, niſi quando nos vult, vel
ad contemplationem, & amorem ſui ſuper-
naturali medio erigere, vel ab erroribus de-
terrere. Igitur ſi continuas, non verò conti-
guas mundi partes agnoſcimus, non illum

per aggregationem, vt vocant, ſed per ſe
vnum appellabimus; vnum verò per ſe ab
vna forma tale eſt. Ex his concluditur dari
animam mundi, quæ *totos infuſa per artus
hanc agitat molem, & magno ſe corpore mi-
ſcet.* Hanc Galenus de fœtus form. cap. vlt.
ex Platonis doctrina, aliqua ex parte, videtur
admittere, cuius nos ſententiam inferius, cũ
de formatrice facultate incidet ſermo, paulo
altius contemplabimur.

Similitudo inter animam mundi, & animam hominis oſtenditur, rationes eorum, qui mundi animam negant Soluuntur.

CAP. II.

CAVENDVM tamen eſt,
ne hanc vniuerſi animam,
Deum eſſe credamus, id,
quod Poeta 4. Georg. licet
ex aliorum opinione, hiſce
carminibus aſſeruit.

His quidam ſignis, atque hæc exempla ſequuti
Eſſe apibus partem diuinæ mẽtis, & hauſtus
AEthereos dixere, Deum namq; ire per omnes
Terraſq; tractuſq; maris, cœlumq; profundũ.

Enim vero hæc opinio, quamquàm, dum
Deum rebus omnibus adeſſe affirmat, vera
quidem eſt, tamen dum ſupremum mundi
conditorem formam mundi eſſe innuit, ne-
quaquàm eſt recipienda, niſi quis tropologi-
cè, ac per metaphoram loqui velit, neque ſic
quidem libenter annuam: quoniam Deum
formalis cauſæ concurſum ſupplere non de-
cet: hæc namque cauſa aliquantulam inuo-
luit imperfectionem, quatenus non poteſt
materiam perficere, niſi ab ea contineatur,
contineri vero, paſſio, cum ſit, imperfectio
quædam eſt. Præterea ſi Deus ideò forma
mundi creditur, quia toti vniuerſo adeſt, to-
tiuſque operationes regit, atque moderatur,
eadem ratione dicendus & ipſe eſſet ſingula-
rum rerum forma, quandoquidem nihil ſine
Deo conſiſtit, *in quo viuimus, mouemur, &
ſumus* hoc verò non tollit quo minus vna-
quæque res ſuam habeat formam. Eodem
prorſus modo circa hominis animam dam-
nanda eorum hæreſis eſt, qui eam (ſicut Sa-
tyricus loquitur) *diuinæ particulam auræ*
faciunt, inter quos eſt Plutarchus, qui ani-
mam noſtram non ſolùm opus Dei, verum
etiam

etiam partem appellat; & Philo, cui incredibile videtur tam exiguam mentem humanã membranula cerebri, aut corde haud amplis ſpatijs incluſam, tantam Cœli, mundique magnitudinem capere, niſi illius diuinæ, feliciſque animæ particula eſſet indiuiſibilis. & Plato, quem refert Gal. li. 9. de plac. c. 9. qui mundi conditorem, ait filijs ſuis iuſſiſſe, vt ratione hominum genus fingerent, ſumerentque à ſe immortalis animæ ſubſtantiam, ſed illud tamen adderent, vt generabilis efficeretur. Hic etiam error tenuit Carpocratem relatum ab Irenæo, & Cerdonẽ à Theodoreto; nec non Gnoſticos, Manichæos, & Priſcillianiſtas, qui omnes neſcio quomodo in Deo (*ſi Deus eſt anima*, vt illi dicunt) poſſent mutationem admittere: quippe anima mutatur vel proficiendo in melius, vel deficiendo in deterius.

Conformatur præterea mundi anima hominis animæ, in modo, quo vtraque fuit creata: vtramque enim ſpiritu Dei productam agnoſcimus; nempe mundi animam ſpiritu domini, qui ferebatur ſuper aquas, ſeu incubante ſuper faciem aquarum, animam autem hominis, eo Spiritu, quo in illum Deus omnipotens ſpiraculum vitæ inſpirauit.

Vtraque præter proprium, in vno quoque membro, vigorem, habet alium communicatum, humana à corde, quod ſol in corpore hominis dicitur; mundana à Sole, qui cor vniuerſi nominatur.

Sed expendamus quantum habeant ponderis rationes eorum, qui pertinaciter mundi animam negant. Ac in primis, quod aiunt, non videri poſſibile poſſe animam tam vaſtum ſpatium occupare, inane quidem eſt: nam ſi de magnitudine ſpatij dubitant, & de paruitate dubitare par eſt. Qua propter eodem iure pulices, & minora adhuc animalcula, animam non habere, contendent. Deinde quid mirum, quando tam vaſtum datur corpus, tam vaſtam (vt ita dicam) animam dari? occupat illa quodlibet corpus, cui informando eſt data, de magnitudine, & paruitate, quis cum authore diſputabit?

Argumentantur pręterea, omnem formã, boni alicuius obtinendi gratia, cum materia, copulari, non apparet autem, cuius nam boni cauſa mundo anima iungi queat; non propter functiones facultatis vegetatiuæ, nẽpè nutritionem, accretionem, generationem; hæ namque ſolis corporibus interitum ſubi-

A turis, conuenire poſſunt; non propter ſenſuum operationem, cùm ſentiendi organa, mundo non inſint; neque ob intellectionem, cùm corpus non niſi ſenſuum miniſterio intellectui inſeruiat; nec poſtremò ob localem motum, ſiquidem ad hunc exhibendum, nõ informatio requiritur, ſed appulſus virtutis, qua motor rem motam attingit. Hæc illi. Cęterũ cum maximæ vtilitatis, quas anima vniuerſo affert, ſupra iam ſatis ſint inculcatæ, parùm vrgemur hac argumentatione, vt à tam ſeria opinione diſcedamus; nam præter vegetatiuæ, ſenſitiuæ, intellectiuæ facul-
B tatis, vſum, habet anima non minus neceſſarium, nempe facere, vt partes in vnum totum conſpirent. diſce hoc a microcoſmo, de quo Hippocrates, in libro de alimento protulit illa verba, conſpiratio vna, conſentientia cuncta, natura communis vna. Quidni in macrocoſmo in quo omnium partium eſt communis conſpiratio, Sympathiaue? Nec verò cum Galeno lib. 2. de pulſ. cap. 12 opinari oportet conſpirationem illam membrorum ſoli colligantiæ, quam venæ, arteriæ, neruique, inter ſe habent, eſſe tribuendam: quippe diuerſæ facultates, vt in vnum cor-
C pus conſpirent, vno principio omnibus communi indigent. Ita etiam licet mirabili quodam ordine, partes vniuerſi, tùnc cùm crearentur, fuerunt connexæ, neceſſario vnica formalis ratio, omnia comprehendens, eſt concedenda; Itaque tum microcoſmi, tum etiam macrocoſmi partes ſe inuicem adiuuant, & tuentur. Nec tamen hæc mutua eſt membrorum gratia, beneuolentiaue (nam quis has rationales dotes membris tribuat naturalibus?) ſed vnius animæ ſuum totum conſeruantis cura, atque prouidentia. Tandem, quod pro indubitato afferunt axioma-
D te, facultatem ſcilicet vegetatiuam non conuenire, niſi rebus interitum ſubituris, probare debuerant, neque deeſt ratio quæ oppoſitum ſuadeat: nam quid prohibet rem in infinitum vegetari, atque ita immortalitatem quamdam tueri? qualis, ex opinione multorum fuiſſet illa, quam homo, ni cecidiſſet, haberet.

Inſuper argumentum conficiunt hoc modo. Aut hæc mundi anima, in naturalium rerum compoſitionem venit, aut non venit. Si detur primum iam nullum ens naturale erit vnum per ſe, vt pote ex multis formis conflatum. ſi poſterius non igitur ea anima vitales

phyſi-

Digitized by Google

phyſicarum rerum actiones obit: ſi quidem omnis actio ab interno principio oritur. Huius argumenti authores, eius opinionis eſſe videntur, quæ etiam ſingulis animalibus, præter animam totius, dari etiam particulares membrorum formas negant, veluti oſſi formam oſſis, neruo nerui, & cæterorum ſimiles, quas tamen membrorum formas, formæ totius ſubordinatas, dari, non eſt inconueniens: etenim ſubordinatio formarum, veram vnitatem non impedit, quando forma inferior habet ſe veluti materia reſpectu ſuperioris.

Demum eſt quod miremur huiuſmodi argumentatores, qui mundum non continuitate, ſed aggregatione eſſe vnum volunt, (quod in decens nimis eſſe ſuperius demonſtrauimus) & tamen mirabiles effectus, qui in muudo contingunt ad mutuam operam referunt, qua ſe inuicem mundi partes, tanquam vnius corporis membra adiuuãt. Profectò hanc mutuam operam nunquam inter partes vnius aggregati videmus: hæ namque cum in aliquo vno reali non conueniant, non ſe inuicem agnoſcunt, adiuuantue. ſed de his videmur plura dixiſſe, quàm præſens poſtulat tractatio.

Vt Anima hominis, ſic anima mundi Spiritibus vtitur pro inſtrumentis, licet aliqua inter vtroſque ſit diuerſitas.

CAP. III

CVM inter corpus ſenſibus expoſitum, & animam incorpoream, nullique ſenſui ſubiectam, nulla ſit omnino proportio, medium aliquod accomodatũ dari oportuit, quod animæ per ſuam tenuitatem, corpori per ſuum corpus (quo non caret penitus) inſeruiat. Tales ſunt ſpiritus, ſic nominati, non quod prorſus ſint corporis expertes, ſed quoniam huic gradui proximè accedunt. Igitur tàm inter animam, & corpus hominis; quàm inter mundi animam, & viſibile vniuerſum ſpiritus hi mediant, animarum non vincula, ſed inſtrumenta, quibus earum vis corpori adhibetur. Differunt tamen noſtri Spiritus

A ab ijs, qui in mundo ſunt: quia illi in nobis ex craſſa, terrenaque materia eleuantur, hi in vniuerſo prorſus ætherei cœleſtem, ac penè diuinam conditionem ſubeunt. Ac ſi Platonem ſemper ænigmaticè loquentem explicare libeat, quemadmodum de ſuis Ideis non craſſa minerua (vt diſcipulus eius voluit) eſt intelligendus, ſed maius quoddam exemplar in mente Diuina poſitum interpretari licet, eodem modo crediderim ea, quę de Dæmonum vi, & actione ſuis ſcriptis inculcauit, non ſic eſſe accipienda, quaſi ſint ij, de quibus ait D. Paulus *omnes ſunt admini-*
B *ſtratorij ſpiritus in miniſterium miſſi propter eos, qui hæreditatem accipient ſalutis.* immo potius de ſubſtantia quadam ætherea debere intelligi, quæ per vniuerſum diffuſa non minus eſt animę mundi inſtrumentum, quàm ſunt ſpiritus in nobis, quibus anima noſtra vtitur. Hoc autem ita dictum a nobis intelligatur, non quod Angelos tàm bonos, quàm prauos eſſe negemus (quod ſat multis paginæ Sacræ locis conuincitur) ſed quoniam huic Angelicæ naturæ non conueniant ea, quæ in Platonis ſcriptis de Dæmone dicuntur.

C AEthereos in Epinomide poſuit, aereos aliquos, tertios etiam aqueos. Hos omnes quid aliud eſſe dicas, quam puram illam, tenuemque ſubſtantiam ætheris naturam attingentem, quæ per elementa vagatur, ſeu verius, quæ elementa conſtituit? nam elementi ratio non in nudo corpore, ſed in ſpirituali ſubſtantia, quæ in eo eſt, conſiſtit.

Præterea cùm apud Platonem, in libro de legibus, reperitur, eas regiones feliciores eſſe, quæ meliores Dæmones rectores fuerunt ſortitę; intelligi debet ea mundi Climata, quæ purioribus ſpiritibus, à proſpero ſcilicet
D aſtrorum influxu deputatis, abundant, feliciora eſſe.

Dęmones aliquo in loco literas docentes dicemus eſſe puriores eo in loco ſpiritus, quorum hauſtu intellectus purior redditur: mundani.n. hi ſpiritus alibi puriſſimi ſunt, vtpotè à Sole illuſtrati; alibi impuri videlicet à Saturno turbidi nimis facti. vnde Euboici craſſo nimis ingenio eſſe dicunt, Theſſali ingenioſi.

Vlterius, meliore Dęmone aliquem frui (quod de Socrate narratur) idem eſt ac ſi diceremus talem hominem, per virtutes Cœli ſibi accommodatas magnam, meliorum ſpirituum copiam recepiſſe.

Iam

Iam verò cum Plato Dæmoni Sacrificare A
præcipit, lepidum ſapit Schemma eiuſdem
Platonis ad Xenocratem, & Dionem, ſeue-
rioris naturæ viros, oportere nempè illos
gratijs ſacrificare, hoc eſt gratias ſibi adapta-
re. Dæmoni igitur ſacrificium facere illum
dicemus, qui corpus ſuum ita vniuerſi ſpiri-
tibus adaptat, vt magnam ipſorum vim ad ſe
proliciat, qua admirandos, præ cęteris homi-
nibus edat effectus: hinc eſt quod aliqui ſe
eximios inter cęteros præſtiterunt. Quarè
rectè Indus Hiarchas Apollonio Theanæo
dixiſſe fertur, mirari nemo debet ò Apollo-
ni te diuinandi ſcientiam conſequutum, cum B
tantum ęthetis in anima geras.

Cum igitur de Dęmonum vi Platonem
loquentem audimus ad ſpiritus mundanos,
qui ſunt quinta quędam eſſentia, mentem
dirigere oportet, licet aliò longa orationis
pompa, multoque authoritatum aggregatu
nos Fernelius velit ducere, cuius lectioni
(aliàs tamen ſatis doctę) caute incumben-
dum eſt, tùm ne interdùm nos fallant ea quę
ex Dialogi lege, in libro de abditis rerum cau
ſis, ad contradictionem affert; tum etiã: quia
autoris ingenium ſolitum in ea, quę mirabi-
liora ſunt rapi, per ſalebras multoties poterit C
incautos ducere.

Sed relicto Platone, Cœlum, & Sydera
agunt in iſta inferiora, quod nemo ſanę mẽ-
tis negabit, cumque omnis actio contactu
fiat, corpora illa cœleſtia hùc, ſi non ſe ipſis,
at certe ſuo inſtrumento attingunt, tale, ſub-
ſtantia quædam ſubtilis eſt, quam eleganter
Hippocrates oculis non conſpicuam, ſed cõ-
ſideratione tantum cognitam & effectu ma-
nifeſtam eſſe dicit. Hac omne id, quod in-
ter Cœlum, & terram eſt, repletum eſſe affir-
mat. Huic hyemis, ęſtatis, nec non, & tem-
peſtatum attribuit cauſam, nihil diſſentiens D
à Pſalmographo, qui ſpiritus procellarum,
verbum Domini facere, hoc eſt ad arbitrium
autoris naturę moueri, cecinit. Et alibi ele-
mentorum ordinem, naturęque prouiden-
tiam deſcribens, laudat Dominum, *qui facit
Angelos ſuos, Spiritus, & Miniſtros ſuos ignẽ
vrentem*. Quę verba per hiſterologiam (vt
non nullis placet) expoſita, ità vt à parte po-
ſteriore Angeli, tanquam ſubiecta, & non
tanquam pręedicata ponantur, hunc ſenſum
efficiunt. Qui vtitur ſpiritibus pro nuntijs
ſuis, & miniſtris, ſeu qui ſpiritus velociſſi-
mos, ac nimia actiuitate pręditos, & proinde
naturę ignis comparatos, quòcumque vult
mittit. Hi ſunt animę mundi inſtrumenta,
ideo ſurſum, deorſum, & in omne latus mo-
uentur, mirabileſque effectus producunt, ſe-
que omni ſpeciei formandę, tuendę, propa-
gandę accomodant. Mundus igitur (vt au-
tor non contemnendus ait) animal eſt, prin-
cipemque, ac primogenitum ſpiritum per
omnia diffuſum habet, quam eandem ſen-
tentiam Seneca in ſuis naturalibus quęſtio-
nibus diffuse, concinneque proſequitur.

Homo microcoſmus ideſt mundus paruus & in eo meteora quemadmodum in magno mundo fiunt.

CAP. IIII.

IAM proprius accedamus
ad parui mundi notionem,
quę ſummoperè medicinã
facienti, neceſſaria eſt, ne
in arte ſua videatur claudi-
care: nam theoriam, & pra-
xim duo medicinę crura aliquando Galenus ap
pellat vnde ſiquis, architechonica parte cõ-
tempta, ad exercitationem ſe conferat, velu-
ti claudus vacillabit. iccircò ſapientię culto-
res, quorum animis infixa erat aurea illa ſen-
tentia Γνῶθι σεαυτὸν in te ipſis hoc eſt in ho-
mine cognoſcendo impense laborantes, mul-
tiplicem humanę fabricę perfectionem ad-
mirati, hominem (vti diximus) μικρόκοσμον
nuncuparunt: quia videlicet in eo omnes
viuentium gradus, cunctas vniuerſę naturę
dotes, & quaſi totius mundi compendium
reperiebant. Et quemadmodum magnus
mundus bipartitus eſt, viſibilis, & inuiſibi-
lis, ſic paruus mundus duplex eſt viſibilis ſe-
cundum corpus. inuiſibilis, ſecundum ſpiri-
tum. Magis propriè triplex, iuxta triplicem
mundum, quem agnouit antiquitas compre-
henſum in archetypo tabernaculi, quem re-
rum opifex Moſy oſtendit exod. c. 16. pri-
mus erat, quem vltra mundanum dixerunt,
theologi Angelicum, philoſophi intellectua-
lem, huic comparatur homo per animam in-
tellectualem à Deo inſpiratam. Alter cœle-
ſtis, cum quo humana natura per aſtrales ſi-
gnaturas, & arcanas motiones, quibus abun-
dat,

dat, ſimilitudinem habet. Tertius elementalis, in quo, tanquam in magno libro, hominis naturam, & conditionem legimus, addiſcimus.

Trahit homo, à ſuo illo ſeminali principio, à quo fuit acceptus, omnes vniuerſarum rerum proprietates, has appetitionum multiplicitas oſtendit: quippe appetitus adſimilia fertur, homo, qui multipliciter appetit, multiplices rerum ſimilitudines, potius ſeminaria complectitur. Hæc varijs temporibus germinant, non ſine magna ignorantiũ admiratione, quos etiam deceret admirari, cum terram nigram, fuſcam, & ſordidam, varios colores, omnemque pulchritudinem ex ſe proferre vident. At in homine, qui ex ſemine omnis perfectionis participe, ſumptus eſt, quid mirum ſi omnis perfectio latet? quæ tandem aſtrali virtute excuſſa tãquam ignis ex ſilice excuſſu chalybis erumpit.

Oſtenditur etiam microcoſmi, ad macrocoſmum relatio, ex multiplicitate cogitationum, ex qua fit verum id, quod Ariſtoteles ait, *hominem* ſcilicet *eſſe vnum, & omnia:* ſentire enim eſt quoddam pati, ſed hoc pati nihil aliud eſt, quàm animam quodammodo fieri illud ipſum, quod ſentiendo agnoſcit, cum igitur anima omnia percipiat, quodammodo fit omnia. anima autem non recipit ſola, ſed ſimul cum corpore, igitur tam ſecundum partes corporales, quam ſpirituales homo omnia fit.

Præterea crebra hominis mutatio, ad mutationem vniuerſi, non ne indicat microcoſmum macrocoſmo naturæ vinculis alligari? tangitur quidem microcoſmus à macrocoſmo tanquam vniſonũ à ſuo vniſono, at quia microcoſmus inferior in virtute eſt, reciprocè non poteſt agere. Memini me legiſſe apud Galenum, cap. 11. de theriaca ad Piſonem quendam ex ſodalibus ſuis fuiſſe, qui etiam dum in lecto cubaret, ex alteratione circa caput facta quis ventus ſpiraret agnoſcebat: nam quoties grauari ſibi caput ſentiebat ſtatim dignoſcebat flantem ventum auſtrum eſſe. *Si iuxta ignem ſteterimus* (ait Ariſtotelis 7. ſect. prob. 3.) *non mingimus, ſi iuxta flumium mingimus, quoniam omnis aqua memoriam in nobis excitat illius humiditatis, quæ eſt in corpore, & egreſſum prouocat.* In temporibus (ait Hippocrates) cum modo calor, modò frigus adeſt, autumnales morbos exiſtimare oportet, hoc non intelligas

A ſic dictum, quaſi autumno vigeant autumnales ægritudines: ita enim non eſſet diuino Hippocrate ſententia digna. Sed cùm tempora ita euariant, vt extrà autumnum autumnus repreſentetur, eadem in microcoſmo conſtitutio expectanda eſt. At dices in brutis animalibus has etiam mutationes tẽporum experimur: galli enim gallinacei in tempeſtatibus crocitant, oues auſtro flante non ingrauidantur, & ſimilia. Ita eſt, ſed ſingulis ſingula accidunt, homo verò omnia etiam minima in ſe recipit: conſtitutiones namque temporum fiunt ab aſtris, homo in
B ſe habet aſtra, hoc eſt aſtrorum ſignaturas, neque hoc, quia non conſpicitur, ideo non eſſe dicas, nam neque ea, quæ manifeſtiora ſunt ignem, ſcilicet aquam, aerem, terram, ex quibus mixta conſtare ais, ibi conſpiciuntur. Sed per effectus dumtaxat ea comprehendis. Adſunt ſimiliter in homine aſtra, quæ ſuis effectibus innoteſcunt, ſiue valetudinem reſpicias, ſiue mores. Sic Damaſcenus Aph. 3. *Ex ſiderum mutatione in longitudinem ſtellarum, & latitudinem, vitia ægritudines, & conſuetudines quæque ſubinde tranſmutari* dixit.

C Verum obijcies, & meritò, hos effectus ſtellis, quæ in cœlo ſunt, omnino deberi hoc libenter admitto, dummodo mihi dicas cum influxus cœleſtes, tàm ſuper lapides, quàm ſuper herbas, & bruta animalia cadant, cur in homine magis ſuam vim exercent? reſpõdebis, arbitror, id ex hominis maiore capacitate prouenire quęram rurſus vnde illi hæc capacitas? teneberis profecto admittere ſimilitudinem naturæ, qua imperfectum perfectius appetit. Iam igitur conuenimus: hęc enim ſimilitudo naturę humanæ ad ſuperiora corpora aſtrale quidpiam & eſt, & appel-
D latur. Etenim ſi rerum ſympathias ad ſua principia velis reducere ſemper ad quamdã naturæ identitatem oportebit peruenire, hanc ergo in homine cum ſtellis ineſſe attractrix vis, qua ſibi aſtrorum facultates conciliat, nobis oſtendit.

Mercuriales aliquos homines dicimus, nõ ſolùm quia Mercurij impreſſiones, in ſe ipſis, recipiunt, ſed quoniam eiſdem recipiendis per prædominium talis potentiæ ſunt apti, & quemadmodum propriam figuram vnuſquiſque, vel etiam inuitus, habet: nec enim poteſt, aut naſum ſimum, aut oculos non habere cæſios, ſi tale quidpiam a natura

habet,

habet, ita nec aſtrales ſignaturas à ſe poteſt abijcere, licet per Superiorem quamdam naturam earum effectus poſſit cohibere.

Quatuor ſubſtantiæ vniuerſum orbem replent, ignis, aer, aqua, terra, has cum Ariſtotele, & Galeno, rerum primordia, ſeu elementa dicis, ego non minus ex elementis factas, quam res alias agnoſco, & in homine alias quatuor, quæ his proportione reſpondent aſſignabo. In mundo magno, ex ſuis ſubſtantijs, imperfecta mixta accidunt: meteora ideo appellata, quia magna ex parte in ſublimi regione fiunt. ſimiliter in mundo paruo, ex ſuis, meteora fiunt, hoc eſt imperfectiones, ægritudines, & affectus præter naturam, quos ſeu cauſas morborum, ſiue morbos, aut ſymptomata, dixeris parum intereſt. hoc enim, vt Philoteus eſt auctor, nihil antiquiores curarunt, neque Hippocrates hac vnquam diſtinctionē eſt vſus, ſolus Galenus, forſitan in hoc curioſior, quam oportuit, exquiſitam harum rerum diſtinctionem quæſiuit. De his meteoris antequam agamus, operæpretium erit, ex quibus vterque mundus conſtet declarare.

Elementa vt ſunt in mixto.

CAP. V.

NEMO ex antiquis fuit, qui elemēta eſſe negauerit, quæ autem ea ſint non conuenit inter illos: ſed neque negabo eorum aliquos, ſi rectè explicentur, verbo tenus dumtaxat interſe diſſentire. In hoc tamen non immorabor; vt neque in examinanda elementi definitione, ſiue enim cum Ariſtotele lib. 3. de cœlo tex. 31. dicatur *illud, in quod alia corpora diuiduntur, in quibus ineſt potentia, aut actu: ipſum autem eſt in diuerſa ſpecie indiuiſibile*, ſiue cum eodem lib. 5. metaph. tex. 4. *ex quo componitur primò in exiſtenti indiuiſibili ſpecie inaliam ſpeciem* ſiue cum Galeno lib. 1. de element. c. 6. *minima pars rei, quam conſtituis*, ſeu cum Auic. pri. 1. doct. 2. cap. vnico *partes primæ corporis humani, & aliorum, quæ in corpora diuerſarū formarum diuidi minimè poſſunt, ex quorum commixtione ſpecies diuerſa generatorū fiunt.* quocumque modo definias, hoc vnum certū eſt elementum eſſe, ex quo alia fiunt, tan-
A quam ex materia: addo tanquam ex materia: quia licet Plato in Timæo, & Ariſtoteles
in metaphyſicis principium, & elementum
videantur confundere, nihilominus, ſi ex-
quiſitè loquamur, principij nomen latius pa-
tet, quam elementi, cum docente Galeno *mi-
nimè neceſſe ſit principia in eodem eſſe gene-
re, cum his, quorum ſunt principia, ſicut ele-
menta ad idem ſemper genus pertinent*. Ad-
uerte tamen materiæ nomen non intelligi
illam informem, quam Ariſtoteles primam
vocat, & Diuus Auguſtinus prope nihil, imò
appellabis penitus nihil, ſi actus, & exiſten-
B tiam ſpectes. hæc enim quamuis (ſi datur)
digna quidem eſt, quæ elementi nomen ab-
ſolutè ſubeat: quia prima rerum omnium
ſupponitur, (quæ forſan Empedoclis mens
fuit) non eſt præſentis inſtituti: nam ego cū
Ariſtotele non abſolutè elementum, ſed ele-
mentum corporis tractandum ſuſcipio, tale
autem elementum materia prima, vtpotè
quæ corporis eſt expers, eſſe non poteſt: nam
vt habetur 3. de cœlo tex. 65. *ex corpore,
non niſi corpus*.

Et hinc excluſa maneret opinio eorum,
qui ſolas elementorum qualitates mixtionē
C ingredi autumant, ni multi, qui controuer-
ſias ſcribunt. ex re minimè controuerſa, con-
trouerſiam facerent. Sed quænam quæſo eſt
iſthæc quæſtio? maximè apud eos, quibus
elementorum qualitates eorumdem formas
eſſe non ſine Ariſtotelis, & Galeni authori-
tate placet. Quid enim aliud eſt ſecundū
qualitates elementa manere, quam ſecundū
formas. Sed neque alij, qui præter qualita-
tes, formas etiā ſubſtantiales ſtatuunt, quic-
quam efficiunt: nam cum neque forma, ne-
que materia prima, corpus habeant, non po-
terunt igni, aeri, aquæ, terræ, corpus tribue-
D re. atque adeo aliquid aliud debet eſſe, quod
corpora cōſtituat, ſi quidem verum eſt axio-
ma, *corpus non niſi ex corpore*, igitur qua-
tuor illæ ſubſtantiæ, vt ſint corporis elemen-
ta, aliud præter formas ſubſtantiales in mix-
to relinquent. Multi præter qualitates ele-
mentorum nihil remanere aiunt, quod &
Ariſtotelis, & Galeni authoritate probare
contendūnt. in primis enim Ariſtoteles 2. de
part. anim. c. 1. ſic ait, *cum itaque triplex ſit
compoſitio, prima ſtatui poteſt ea, quæ ex pri-
mordijs conficitur ijs, quæ non nulli elementa
appellant terram dico, aquam, aerem, & ignē,
ſed melius fortaſſe dici poteſt, ex virtutibus*

conſici elementorum, ijſque non omnibus, ſed vt antea expoſitum eſt: humiditas enim, & ſiccitas, & caliditas, & frigiditas, materia ſunt corporum compoſitorum. præterea 3. cœli *in carne, inquit, & ligno, & ſimilibus ineſt ignis potentia, atque terra.* lib. 1. de ortu, & interitu, *& quoniam eorum, quæ ſunt alia facultate, alia actu ſunt, fit, vt quæ in mixtionem recipiuntur quodammodo ſint, & nõ ſint* tunc paulo inferius, ſe explicans, ait. *nec verò actu permanent, vti corpus, & albedo, neque corrumpuntur, aut ambo, aut alterum: nam eorum virtus, & potentia ſalua manet.* ex Galeno etiam non minus manifeſta eruuntur teſtimonia ad hanc partem confirmandam. Nam in fragmento de nat. facult. ſubſtant. ſic habet. *corpora, quæ apud nos ſunt, quatuor elementorum temperatione conſtare vniuerſa certo me ſcire aio. Quæ præterea, & per ſe contemperentur tota, non vti putabat Empedocles, exiguis comminuta partibus miſceantur. Num autem ſe totis peruadentibus corporeis inuicem ſubſtantijs, an ſolis qualitatibus? neque cognitu neceſſarium arbitror, neque pronuntio: cęterum qualitatibus fieri temperaturas probabilius cenſeo.* Item 1. meth. med. circa hoc controuerſiam eſſe inter ſtoicos, & Ariſtotelem commemorans hæc addit. *diſsidene in eo, quod Ariſtoteles qualitates tantum in ſe mutuo tranſire, omninoque miſceri: Stoici non has modò, ſed etiam ſubſtantias exiſtiment: Quod autem hoc definire medico ſuperuacaneum ſit, quodque ad opus, abunde ſit, ſi tantum concedantur ea, quæ ab vtriſque ſunt demonſtrata: item quod qualitates, virtutesque in mixtis tota ſint totis per mixta hæc, & ante à me ſunt demonſtrata.* ſimiliter 8. de placitis. *Accuratius de elementis medicoque vtilius ſcripſiſſe Hippocratem conſtat: quippe qui, cum ex quatuor elementis corpus noſtrum dicat extitiſſe ab effectricibus qualitatibus ea appellat ſiccum, humidum, calidum, frigidum. Poteſtate ſi quidem in corporibus non actu inſunt. actu verò inſunt, quæ ex ipſis per media alimenta gignuntur, ſanguis, pituita, flaua, & atrabilis igni flaua, terra atra, pituita aqua correſpondet.*

His Ariſtotelis, & Galeni teſtimonijs, quibus nihil manifeſtius dici poſſe videtur, non acquieſcunt ex altera parte multi, qui ſubſtantias elementorum manere tenent, & hãc fuiſſe Ariſtotelis, & Galeni ſententiam, ne à tantorum virorum authoritate deciſcere

A videantur, etiam probare nituntur. Ab Ariſtotele inquiunt elementa non in eſſe actu fuiſſe dictum, quia in mixto attemperantur, coercentur, ſuumque ius amittunt, adeo vt ignis non vrat, ſed calefaciat; aqua non obſtupefaciat, ſed refrigeret. Cęterum quoniam ab illis, qui qualitates ſolas manere aiunt argumenta proponuntur argumentis etiam reſpondent. Dicitur ex aduerſo, non poſſe ex pluribus, quæ actu inſunt fieri vnum per ſe. Reſpondent illi, elementa, licet ſint actu, eſſe tamen in potentia ad vlteriorem formam, atque ita effici vnum ex pluribus
B potentia, non ex pluribus actu, quæ reſponſio chymeram ſapit: nam quomodo intellectus poteſt fingere plura elementa formas actu habentia habere etiam potentiam ad vlteriorem formam, ita vt illa vlterior forma adueniens faciat vnum per ſe, nec dicatur illud vnum fieri ex pluribus actu quamuis plura actu ibi adſint. At dicunt illi quemadmodum eſt forma oſſis, & nerui, & aliorum, & cum hac forma ſtat forma totius, quæ efficit vnum per ſe, eodem modo cum formis elementorum forma altera adueniens indiuiduum conſtituit in ſpecie. Ita fit. Verum
C oſſa, & neruos vides diſtinctos, terram autem, & ignem non vides. Adhuc reſpondeant eodem etiam modo in tetrapharmaco ceram, & reſinam, quæ ibi adſunt non videri. Verum neque adhuc effugient: nam neque tetrapharmacum, neque theriacam ſimpliciter, vnum dicam, ſed multa ſimul. neque talis eſt perfecta mixtio, vt optime Conciliator differ. 16. animaduertit.

Aliud argumentum. accipiatur minima carnis particula ex quatuor elementorum fruſtulis minimis conflata. iſtius minimæ particulæ pars ignea, aut erit caro, & ſic da-
D bitur aliquid mixtum, quod vno dumtaxat conſtet elemento; dabuntur etiam duæ formæ ſubſtantiales, in eadem materia. Aut non erit caro, atque cum in ignea particula non ſit forma carnis eàdem ratione non erit in aerea, neque in aquea, neque in terrea, vnde forma corporea erit in toto, & tamen in nulla totius parte, non aliter ac anima irrationalis, aut forma circuli. Hoc etiam argumentum ſoluere ſe putant, dicentes in ſingulis elementis formam carnis ineſſe, & mixtum conſtare poſſe vno tantum elemento, dummodo ab alijs non ſit ſeiunctum. Nam ſicut minus minimo ſeiunctum non reperias.

rias, ita mixtum vno conſtans elemento, per ſe ſecretum, non monſtrabis. atque adeò nulla pars mixti ſignabilis eſt, quæ per ſe exiſtere poſsit quin quatuor elementa contineat. Hæc etiam reſponſio fallaciā continet. Nam minus minimo ſeiunctum non datur: quia nec datur coniunctum: inuoluit enim contradictionem dari minus minimo: ſi enim id minus eſt eo, cuius eſt pars, iam pars illa non erit minima quandoquidem habet alteram minorem, at in mixtis quidem dantur partes, quas Galenus 1. de elementis à linceo conſpici poſſe fatetur, & hæ partes ideo dicuntur minimæ, quia ſi ſecentur in eadem B ſpecie remanere non poſſunt. Hanc igitur partem minimam expetit argumentum, cur ſeparata non dabitur ſi in ea forma ignis cōſeruari poteſt? reſpondebis, arbitror, ſeruabitur in ea ſeparata forma ignis, non verò forma carnis, & hoc quidem non præter rationem dictum videtur, quamuis difficile ſit explicatu, cur ſub minore quantitate ſeruari poſſit forma ignis, aeris, aquæ, aut terræ, quam forma carnis, aut oſſis, aut lapidis, aut ſimilium.

Itaque probant iſti poſteriores, elementa, qualia ſunt in vniuerſo, talia etiam in ani- C mantium ineſſe corporibus. In mixto ſunt partes ſingula elementa referentes, ſunt ergo, & elementa. nec tamen putandum eſt ideò elementa mixtis non ineſſe, quia non conſpiciuntur nam (vt 1. de elementis Galenus abunde docet) in tetraphatmaco, quod ex cera, pice, reſina, & adipe componitur nemo poſt mixtionem, alicuius eorum portionem quampiam oſtendere valebit. Nec mirum nullum elementū purum oſtēdi, quamuis corpus ex eiſdem conſtituatur: nam neque in vniuerſo elementum purum reperies. his, & ſimilibus ſe ſe inuoluunt D diſceptationibus, quæ ex inferius dicendis melius dillucidabuntur.

Iuuat tamen nunc Ariſtotelem, & Galenum, relinquere, quorum neuter de hac re aliquid certi affirmaſſe videtur: nam & Ariſtot. tertio de Cœlo ambiguū ſe in hoc eſſe fatetur, & Galenus non ſemel hanc quæſtionem, tanquam medico non neceſſariam renuit. quod ſi vterque alibi ſuam ſententiam interpoſuit, id videtur magis dubitanter, quā aſſerenter feciſſe. Verum, Ariſtoteles, qui mundi creationem non agnouit, eiuſdem compoſitionem ſuo modo ſtatuat. Galenus, qui Philoſophis hæc diſputanda reliquit, relinquatur etiam à nobis, & dum hi duo proceres ſilent, liceat nobis aliquid dicere.

Ignem, aerem, aquam, & terram non minus, quàm reliqua ex ſuis etiam principijs conſtare fatebere, ſi conſideres materiam primam, & formam ſubſtantialem, quæ duo non ſunt corpora, non poſſe ilidem corpora efficere, quare aliquid habent hæ quatuor ſubſtantiæ, præter materiam, & formā à quo ſint corpora. Habent quidem, neque quid ſit interogabis ſi diſcas corpoream molem à Summo opifice fuiſſe creatam, ac non minus aeri, aquæ, igni, & terræ, quàm reliquis fuiſſe impertitam. qua propter (vti inferius ſuſius proſequemur,) hæc omnia elementis conſtant. elementa autem, & partis, & principij rationem habentia ſunt varij ſpiritus, ſeu mauis particulæ ſuam ſeminalem vim habentes, ita vt iam, licet atomos conſtituas, non vnum tantum elementum cogeris dicere, ſed corpuſcula multiplicem naturam habentia. Hæc ita pro hypotheſi nunc accipe, & quod ad præſens inſtitutum attinet, quære. Nempe quomodo iſtæ particulæ ſuum totum componant? num remanentes ipſæ? an ſuas duntaxat facultates relinquentes?

Conſidera rerum facultates ſiue virtutes, potentias, aut qualitates, duplices eſſe, quaſdam, quæ anguſtiores ſunt ſua ſpecie, vt in pomo perſico videbis, cuius venefica vis, qua in Perſia erat prędita, apud nos deperdita eſt. Alias, quæ ampliores ſunt, quam ſua ſpecies, vt viperæ venenum, quod ſicut erat in vipera viuente, ita manet in cadauere viperæ, ita vt mutata ſpecie a vipera, ad cadauer remanſerit idem venenum. Tunc ſic, Spiritus illi varij efformant vnum totū, & ita vna forma denuò adueniente, ſpecies rei nouæ euadunt, facultates verò, quæ prius inerant non deperduntur: quia ampliores ſunt, quàm ſua ſpecies, imò verò de ſpecie in ſpeciem tranſeunt: totum verò illud ex tali, vel tali mixtione aliquas facultates acquirit, quæ cum ſint anguſtiores, quam eſt ſpecies per corruptionem totius deperduntur. Atque ita intelliges, ineſſe mixto facultates corpuſculorum componentium, licet corpuſcula, mixti formam induant. ineſſe & facultates alias, quæ quia tali mixto adueniunt ex ſua mixtione, diſſoluto illo euaneſcunt.

B 2 Eſt

Eſt tamen quod dicas, ſi corpuſcula illa dū
cohęrent propriā amittunt ſpeciem, non erit
mixtio, ſed generatio: quia fit præ exiſtente
corruptione. hoc ego admittam, & impoſ-
ſibilitatem nullam in ſe habere inferius ad-
diſces. Interim ſcito poſſe aliquas generatio-
nes fieri, non à particulari generāte, ſed à cau-
ſa vniuerſaliore. ſed iam ad communiter re-
cepta elementa libet accedere.

Ex Tribus fundamentis, quibus quatuor elementa Ariſtoteles ſtatuit, primum impugnatur.

CAPIT. VI.

QVONIAM Ariſtoteles ele-
menta plura, quam vnum,
nec tamen infinita, debere
eſſe, varijs ſuæ doctrinæ lo-
cis, ſatis probauit. quaterna-
rium elementorum ex tri-
plice fundamento aſſumit. Primò ex motu,
deinde ex qualitatum primarum combina-
tione, tandem ex mixtorū reſolutione. quod
attinet ad motum lib. 4. de Cœlo tex. 37.
vnum eſſe ait ſolum, quod ſupereminet, &
omnia, & vnum item, quod ſubſidet vni-
uerſis, qua propter duo alia putat neceſſariò
concedenda, quæ, & cuipiam ſubſiſtant, &
ſuper aliud collocentur, quatuor igitur erūt,
& totidem materiæ, ex quibus hæc ſunt.

Quatuor itaque loca conſtituit, ſupremū,
infimum, & duo media, qua propter horum
quatuor locorum ratione, quatuor motio-
nes debent aſſignari: nam vnusquiſque mo-
tus naturalis ad locum naturalem inclinat
eius rei, cuius eſt motus. cæterum quaterna-
rius iſte ſi poteſt non dari, quæ nam neceſſi-
tas coget, vt illud conſtituamus? profectò
Ariſtoteles 1. de Cœlo tex. 6. cum triplicem
lationem dumtaxat admittat vnam a me-
dio, alteram ad medium, tertiam circa me-
dium, relicta hac tertia, quæ cœleſtium ſphę-
rarū eſt propria, ſolæ duæ remanebunt. Præ-
terea ibidem motum vniuerſalius diuidit in
rectum, circularem, & mixtum, circularis,
vt diximus, ſoli Cœlo conuenit, rectus ele-
mentis, mixtus corporibus mixtis, de mi-
xto motu non agam, nam nullum mixtum

A repetio (animalium motiones arbitrarias re-
linquo) quod alio motu præter quam recto
moueatur, de recto autem dico tam ſimpli-
cia, quam mixta corpora, vna dumtaxat la-
tione moueri, nam ſi ignem excipias, cuius
motus nullus eſt, ſed ſemper verſus ſuum
pabulum vorax mouetur, aquam, & terram
deorſum ferri quis non videt? aerem eodem
inclinare agnoſces, ſi vtrem, aut veſicam ple-
nam aere conſiderabis, quæ longe grauior
eſt, quam cum vacua exiſtit. At dices hunc
ignem, neque hunc aerem eſſe elementa, ego
tamen quæro, vbi ſunt hæc ſimplicia corpo-
B ra, hæc pura elementa, vt experimento eo-
rum leuitatem, grauitatemue, & reliqua,
quæ cognoſcenda ſunt, cognoſcam?

Cęterum de ſitu, & locatione elemento-
rum, de que eorumdem motu conſideratio
nihil pertinet ad medicum, quoniam tamen
in eam nolens incidi, pauca ſubiungam, vt
etiam in hac parte quantum receptę opinio-
ni tribuendum exiſtimem, tibi palam faciā.
Et quod attinet ad locum, ſupremus igni, in-
fimus terræ tribuitur, aquæ, & aeri medius,
ita vt aer aquæ ſupereminеat. ſed numquid
iſte ordo conſeruationi aliarum rerum, an
C verò ipſis dumtaxat quatuor ſubſtātijs igni,
aeri, aquæ, & terræ, conueniens eſt? non qui-
dem aliarum rerum naturis: ſiquidē, vt illis
melius inſeruiatur, prædictus mutatur ordo,
nō eiſdē quatuor ſubſtātijs: nam ſi melius ſic
eſſent, ſic permanerent, & non aliter; at vi-
demus terram, ſaltem habitabilem, eſſe extra
aquam; aerem, ſubtus terram; aquam etiam
in terræ viſceribus, & hoc ſempiternum eſt
a mundi creatione, qua propter ſi illa alia lo-
ca, quæ communiter, imaginatione potius,
quā re, aſſignantur, ſunt naturalia, iſta erunt
violenta, & dabitur, præter Ariſtotelis opi-
D nionem, violentum ſempiternum. Auer.
in 3. cœli com. 20. & 2. meteor. hæc non
violenta, ſed præter naturalia, & neutra ap-
pellat, & ſic effugiſſe putat, non tamen effu-
git; nam omne, quod extra naturam ſuam
eſt conſtitutum reduci appetit, quod appe-
tit, & non conſequitur, violentiam patitur,
itaque ſiue violentum, ſiue præter naturam
dixeris, perinde eſt. Perámatus aliter reſpon-
det, nempe nullum violentum per ſe, & qua-
tenus tale, perpetuum eſſe, per accidens ta-
men, ſi contigerit cauſam violentiæ perpe-
tuam eſſe, violentus pariter, & perpetuus
ſequetur effectus. Verum ò Peramate ſit ita

ſequatur, ad cauſam perpetuam, violentum A perpetuum. Non quæro an poſſibile ſit: hoc enim quis neſcit? poſſe nimirum ad cauſam perpetuam perpetuum ſequi effectum. ſed quæro an conueniat? de quo ſummopere dubito: non enim dicenda erit ſuauiter omnia diſponere, natura, ſi multa in mundi conſeruatione, diſponit violenter.

Non etiam locorum ordo communiter aſſignatus vt aliæ res, ab his quatuor, conſeruentur, eſt optimus. Imo potius ordinem illum perturbari dices, vt ſic rerum conſeruationi melius inſeruiatur: nam aerem ſubtus terram conſtituis, vt eam ſubſtineat, & B quo minus ab aqua ambiatur, impedimento ſit, non aliter quàm nauis onuſta, leuitate ſua, lapides, ferrum, aurum, & alia grauiſſima ſubſtrahit. Eſt etiam aer in terræ viſceribus, vt habes ex Ariſtotele 1. meteor. c. t 3. vt potus materiam præſtet viuentibus: aer enim, ſubtus terram incluſus, terræ frigore, in aquam concreſcit, Itaque quatuor ſubſtantijs, quas tu elementa vocas, & ſibi ipſis, & rebus alijs, melius eſt eſſe inter ſe confuſas, quàm locis, à te ſtatutis, diſtinctas. Sibi ipſis: quia ſic melius inuicem vna ab alia, nutriuntur: nam ex aere fit aqua, ex aqua, aer. C Rebus alijs: quia terra ſic alijs permixta fęcunda in vſum animalium redditur.

Non ſanè diuinus hiſtoricus terram ſub aquis creatam dixit, ſed congregatas fuiſſe aquas, in locum vnum, & apparuiſſe aridam, ideſt terrã. Itaque ſeorſim, non vna, ſub alia, hæ duæ ſubſtantiæ conſtitutæ ſunt. Si quæras in quo ſubſtentetur pondus terræ? Ouidius reſpondet *ponderibus librata ſuis*, Pſalmographus pro reſponſione interrogationẽ tibi rependit. *Quis confirmauit columnas terræ, quæ non mouebuntur*. Aeris verò, vt eſt omnia permeare, ſic per omnia fuit creatus. D Quemadmodũ enim in diuiſione terræ promiſſionis, quæ fuit primæ creationis ſimulachrum, tribus Simeon, & Leui nullam peculiarem habuerũt partem, ſed per omnes permixtæ illius tribus familiæ fuerunt, altera, vt doctrinam humanam, altera vt diuinam ſubminiſtrarẽt. Ita etiam diſpoſiti, ignis, & aer per omnia permearunt, neque peculiarẽ obtinuerunt locum, vt ſic melius inſeruirent aer nutrimento; ignis vitæ. Vides aerem in ſpecubus, vides ignem in ſubterraneis locis, quid negas, quæ conſpicis, profiteris quæ non vides? quis tibi ignis illam ſupremam, regionem, cuius diuina hiſtoria non meminit, perſuadere potuit? Nec verò ſola diuina veritas, quæ ſatis foret, ſed humana, hoc eſt Hippocrates (aureo libello de flatibus) omnia, quæ inter cœlum, & terram ſunt ſpiritibus plena ſtatuit. vbi igitur ignis? Nec etiã Ariſtoteles videtur hanc ignis Sphæram admiſiſſe, quando 1. meteor. cap. 3. ſic ait *grauiſſimum igitur corpus, atque frigidiſſimum terra inquam, & aqua, in medio, & circa medium ſegregata exiſtunt circa quæ illa quoque ſunt, quæ hiſce hærent, aer ſcilicet atque id, quod quamuis ignem aſſueuimus appellare, ignis tamen haud quamquam eſt, ſiquidem ignis caloris exuperãtia, ac veluti feruor exiſtit*. Scio non deeſſe tibi reſponſiones, ſed futiles. Sacram paginam trahis, non ducis. Hippocratem, inquis, nomine ſpirituum, tam aerem, quam ignem ſignificaſſe. Ariſtotelem non negaſſe ignem in ſuperiore ſphæra exiſtere, negaſſe tamen, illum perinde eſſe atq; hunc noſtrum: nam hic noſter ob feruorem vſtionem, caloris intemperantiam, atque efficientiam ita appellatur, æthereus quamuis ſumme calidus, ob tenuitatem ſummam, quam habet, non ardet nec vrit. præclaræ ſunt interpretationes iſtæ, de ſacris ne loquito, neque tibi hoc fas eſt inſiſtere limen. Hippocrates, qui nullam ſpirituum diuerſitatem conſtituit, neſcio quomodo potuit vno & eodem vocabulo res diuerſas ſignificare. Ariſtoteles, alibi forſan ſphæram ignis ſtatuit, ibi verò denegaſſe non eſt dubium: nam quod ais æthereum illum ignem non eſſe vt noſtrum, falſum eſt, ſi modo ille ignis noſtris vſibus eſt creatus. & cur non ardebit ſi materiam habet? & cur durat ſine materia voraciſſimus ſuapte natura cum ſit? tandem adhæreo Ariſtoteli 2. de gener. anim. dicenti *ignis nullum animal generat*. Vnde colligo ignem nulli generationi eſſe neceſſarium quod ſi diuerſos ignes agnoſceret ipſe ſe ipſum explicaret.

Demum dic mihi quo pabulo ſuſtentatur ignis ille in ſua ſphæra? dic cuius nam finis gratia ſphæra illa fingitur? quomodo tanta ſphæra non magnos parit æſtus, cum minora incendia intolerabiles efficiant? Ad hæc reſpondes illum ignem ęthereum, tenuiſſimus cum ſit, adeo vt ob tenuitatem non conſpiciatur, pabulo non indigere. Finem verò huius ignis eſſe tum conferre ad ornatum mundi, tum ad mixtionem. deſcendit enim

ignicu-

igniculus ad terræ viſcera, ſic dictante natura. Non parit magnos æſtus ꝓpter ſubtilem, raramque ſubſtantiam. Nam quò ignis craſſior eſt, eò vehementius vrit: quia actionis vehementiam referunt philoſophi ad multitudinem formæ non ad intenſionem: formæ autem multitudinem ex materiæ copia metiuntur. quare, cum æthereus ignis minimè materialis ſit, aerem accendere nequit. Ita reſpondes. ſed vide quàm inaniter. Voracitatẽ ignis habet, ex ſua natura, & proinde eam ſemper habet. neque verò magis vorax eſt, quia magis craſſus, atque ita a craſſitudine, ad tenuitatem deſcendendo. non erit nullius pabuli indigẽs quia tenuiſſimus, etenim tam repugnat igni non vorare, quam non calefacere. Nec etiam quia rarus, ideo inuiſibilis: Siquidem tantas magnitudine compenſatur. ignis enim ſphera Vniuerſum ambit. Finem dicis eſſe ad ornatum, ſed ſi non conſpicitur, quem nam confert ornatũ? deſcendere ais in viſcera terræ, ad mixtionẽ, & hoc inter naturæ miracula reponis. ò pulchram rationem. ignis, quem in ſua ſphæra nihil conſumere ais, deſcendit vt mixtionem ingrediatur, & tunc eam naturam accipit, quæ mixtioni repugnat, nempè omnia ſuperare. dicis tandem non æſtus facere quia rarus eſt, at video aerem quò rariorem, eò magis æſtuantem. certè in tam magna ignis quantitate, qualem fateberis eſſe totam illam ſupremam ſphæram, conſideratio hæc ridicula eſt: ignis enim, quantumuis æthereus, quantumuis rarus, quantumuis tenuis, ſi ignis eſt, & in tanta multitudine, vt illa ſola ſphæra adæquet, vel ſuperet tres alias, non poterit non ſenſum caloris inducere. Sed hæc obiter ſufficiant, quæ alij ex profeſſo præſtiterunt nunc ad motum me confero.

De motu pauciſſima addam. elementa dicuntur ad ſua loca naturalia naturaliter moueri. Si quæras quis nam naturalis ſit locus? aut dicent totam elementi illius ſphæram, aut duntaxat centrum. ſi tota ſphæra eſt cur non quieſcunt elementa cum ad eam perueniunt ſed vlterius pergent, ſi pergendi dabitur locus? Si duntaxat centrum, cum centrũ nihil præter indiuiſibile punctum ſit, nulla quies vnquam dabitur, cumq; omnia moueantur propter quietem, fruſtra mouebuntur. Dicendum igitur mihi videtur maximam eſſe naturæ curam, & ſtudium vt vnitatem partium vniuerſi quoad poteſt conſeruet,

A atq; hanc eſſe rationem cur omnia moueantur, ne videlicet detur continui ſolutio. Huius rei argumentum eſt, quod quælibet pars terræ, aeris, aut aquæ, licet ſit extra ſuum totum, ſi ita eſt conſtituta vt non poſsit ex loco in quo eſt egredi quin remaneat vacuum, nunquam egredietur. atq; ita non tendet ad naturalem locum. ſi rurſus in naturali loco eſt, & periculum vacui in vicino, ſed non naturali loco adeſt, deſerit ſuum locum. Hoc ne violentum? minime: nam nec repugnat naturæ totius: quando quidẽ integritatẽ ſuam appetit, nec naturæ partis: pars

B enim totum integrum conſeruare nititur. naturalis eſt inſtinctus quo manus vel nihil cogitante homine, vt vulnus capitis impediat gladio ſe offert. naturalis erit etiam inſtinctus quo in clepſydra aqua ne aer vulnus patiatur, aſcendit. Itaq; tàm aſcenſus, quàm deſcenſus rerum, vt occupent vacui locum naturalis eſt. non diffiteor vnũ quodq; promptius ſuæ ſpeciei vniri, quam reliquis. Sed, dices cum lapis V. G. deſcendit nulli vacuo occurrit. Hoc quidem per quam verum eſt, ſcito tamen res omnes ſuam integritatem melius, ſuis proprijs partibus tueri minus

C bene alienis. qua propter cum terra, vel terræ participãtia terram quęrunt, id efficiunt, vt tamquam terræ partes, vniantur ſuo toti, illiuſque integritatem ſeruent, quæ ab illis melius, quàm ab aqua, aut aere, rebus nempe externis ſeruatur. vel dic (quod inferius repetam) deſcenſum magis rebus omnibus cõuenire, aſcenſum non ita: hoc voluiſſe videtur Ariſtoteles 4. coel. c. 4 inquiens *& iterum vnum quodque eorũ, qua pondus habent, leuitatemque, pondus habet ſuo in loco, leuitatem autem non habet, quare ſi ſubtrahatur aqua, aer in eius locum propria grauitate de-*

D *ſcendit; pariter, & aqua ſi ſubtrahatur terra, ſi verò ignis ſubtrahatur, non aſcendet leuitate aer, ſed vt tantum vacui vitandi cauſa feretur* ſic ille, quem notat Themiſtius, quia aerem, ſi ſubtrahatur aqua, naturaliter deſcendere dixit, cum tamen egreſſus a proprio loco non ſit naturalis, ego verò non ita ſentio, ſed naturalem omnem motum appello, qui fit dictante natura. at vacuo ſuccurrendi cura omnibus naturaliter eſt indita. Non tamen mihi placet, quod deſcendere dixit naturaliter, aſcendere verò præter naturam: vtrumque enim (vti dixi) à naturæ ſancita lege ſit, niſi velit dicere, (quod ſuperius à me

eſt dictum) aſcenſum non ita rebus eſſe facilem vt eſt deſcenſus. Itaque omnis motus qui fit à naturæ inſtinctu naturalis eſt, & ſolùm cõtra naturam eum appellabo, qui proiectorum dicitur, reliqua, quæ hic adduci poterant de ijs, quę in aqua ſupernatant, & de alijs ſimilibus experimentis, pertractanda ijs relinquo, quibus maius ſuppetit otium.

Alterum Ariſtotelis fundamentum euertitur.

CAPIT. VII.

A Combinatione qualitatum, eſt alterum fundamentum, quo vtitur lib. 2. de ortu, & interitu tex. 16 ſex enim ſunt modi, quibus qualitates primę cõiungi poſſunt, ex his duo impoſſibiles habentur, quia ſunt contrariorum, contraria autem ſimul eſſe nequeunt. remanent igitur quatuor, totidemque ſunt ſimplicia corpora, ignis calidus, & ſiccus; aer calidus, & humidus; aqua frigida & humida; terra frigida, & ſicca.

Cum autem duas reijciat combinationes, quia ſunt contrarię, pari etiam lege poterat mixtiones reijcere, quę teſte eodem lib. 1. ph. tex. 42. ex contrarijs ſunt. poterat, & temperatum reijcere: quandoquidem tale non niſi ex contrarijs inuicem pugnantibus fit. ſed eſto, reijciantur combinationes duę contrariæ, tanquam impoſibiles, remaneant quatuor calidum & ſiccum, calidum, & humidum, frigidum, & humidum, frigidum & ſiccũ. libet tamen hæc nõ ita craſſa minerua accipere, ſed in minora reſecare, & quantũ vnius cuiuſq; qualitatis vnicuiq; elemẽto inſit conſiderare, quod præſtitiſſe video eundem Ariſtotelẽ tex. 23. præcitati libri. Ignis igitur magis calidi, quàm ſicci habet, aer magis humidi, quàm calidi, aqua magis frigidi, quàm humidi, terra magis ſicci, quam frigidi.

Hæc ſi ita ſunt, rependam Ariſtoteli pro his quatuor elementis, quatuor alia elementa, vocentur vt vult. pro igne ſummè calido, & mediocriter ſicco, dabo aliam combinationem ſummè ſicci cum moderatè calido. pro aere extremè humido moderatè calido, dabo ſummè calidum cum moderatè

A humido; pro aqua, quæ magis habet frigoris, quàm humiditatis, afferam maiorem humiditatem, cum minore frigiditate; pro terra extremè ſicca, & mediocriter frigida, extremè frigidum afferam, cum moderata ſiccitate.

Exeat nunc aliquis pro Ariſtotele, & dicat ſufficere, vt quęlibet qualitas ſemel exuperet, neque oportere eandem rurſus in ſummo gradu conſtituere: quia ſi duo elementa eandem qualitatem extremam ſuſcipiant dabitur elementorum confuſio. hanc ego confuſionem non video: cum enim di-

B uerſæ ſint combinationes, quamuis qualitas extrema ſit eadem; elementa remanent diſtincta. ergo ſi duo elementa, ſint ſummè calida, quorum vnum calidum, & ſiccum, alterum calidum, & humidum, vtraque diſtincta manebunt. hoc me docet Galenus, qui lib. 1. de elementis cit. ab ariſtotelica menſura recedens, vnicuique elemento, vtrã que qualitatem ſummam tribuit. Quæ cum ita ſint, cur magis recipientur combinationes Ariſtotelicæ, quam alię? nun arbitror te reſponſurum id ad libitum fieri, neque enim ad libitum elementa recipiam. Reſponde-

C bis igitur combinationes Ariſtotelis ſenſui, iſtarum rerum optimo iudici, eſſe manifeſtas. at neque ſic aliquid conuinces, nam vt quidpiam ſenſus iudicio approbetur, oportet eſſe tale, vt ab eodem ſenſu ſine contradictione diſcernatur, hoc tamen ijs elementorum combinationibus non contingit, vt indicat opinãtium varietas. etenim (vt alios omittam) ſtoici aerem, non calidum (vt Ariſtoteles) ſed frigidum eſſe fortiſſimis rationibus probare contendunt.

Aliter Coſtęus fugam quęſiuit, nimirum quamquam pro vario qualitatũ exceſſu, de-

D fectu ve cogitare varias ſingulatum coniugationum differentias licet, faciunt hę, tamen diſcrimen non aliud, quàm (vt dici ſolet) ſecundum magis, & minus, quod varias ſpecies non conſtituit; quicquid igitur in elementis calidum, & ſiccum eſt, id ignis eſt, quod calidum, & humidum aer, quod frigidum, & ſiccum terra, ſi in horum elementorum partibus qualitatum exceſſus, defectuſuè vllus incidat, nun fit noua ſpecies elementorum. ſic ille; verum iam videtur elementorum combinationem Ariſtotelicam euertere, ſi enim vbicumque eſt calidum cũ ſicco in quocumque gradu ſit, erit ignis, po-

terit

Digitized by Google

terit eſſe ſiccum in ſummo, & ita non perpetuum erit igni, vt ſit moderatè ſiccus, atque adeò non iam Ariſtoteles magis ex ſuis combinationibus, quàm alius ex alijs, poteſt quaternarium elementorum colligere. tandem, ſi calidum, & ſiccum vbicumque ſit abſque vlla graduum conſideratione, ignem adeſſe neceſſarium ſit, conſtitue mihi mixtum, ex aere moderate calido, & terra ſummè ſicca, ecce calidum, & ſiccum, nunquid hoc ſine igne impoſſibile eſſe iudicas?

Sed quando quatuor Ariſtotelis combinationes ſolas admittam, cur numerum corporum ſimplicium colligam ex qualitatibus, quę eis naturaliter non inſunt? falſum me dixiſſe proclamas imo qualitates primas adeò elementis naturales eſſe dicis, vt ſint quaſi elementorũ formę, ita ais, non tamen ita ex Ariſtotele perſuadebis, qui pri. meteororum cap. 4. Cœlum, (quod primum elementum appellat) dum circulariter mouetur eam mundi, corporiſque inferioris partem, quę illi proxima eſt motu incendere, dixit, & calorem ibi gignere tenuitatem, raritatem, leuitatemque, partes verò alias, quò magis diſtant (propter immobilitatem) contrarium recipere, nempe frigiditatem, craſſitiem, denſitatem, grauitatem; quare terra, & aqua, quę ſunt corpora in ſuis locis, veluti torpentia, & immobilia, (vt potè vim cœleſtis conuerſionis ferè non accipientia,) frigida ſunt craſſa, denſa, grauia. aer, qui inter hęc, & ignem locum obtinet medium, medio quoque modo eſt affectus: nam nec rapidè, vt ignis, mouetur, nec tam ſegniter, vt aqua, & terra torpet. nec rurſus tam calidus, tenuis, rarus, leuis eſt, vt ignis, nec tam frigidus, craſſus, denſus, grauis eſt, vt aqua, & terra. Ex his collige iuxta Ariſtotelem, elementa. primas, ſecundaſque qualitates, non à ſua ipſorum natura, ſed à motu cœli habere, cui ſententię fauet Galenus lib. quod animi mores cap. 4. inquiens, aerem frigidum eſſe, vt Stoicis placet, ſed ignis vicinia incaleſcere.

Scio quid reſpondeant Peripatetici, nempè hęc elementa poteſtate eſſe talia, actu verò talia euadere ob motum cœleſtem: nam motus eſt cauſa caloris in ijs, quę calefieri poſſunt, hoc licet admittam, quid inde ſequetur? nam non quęro, quam potentiam habeant ad hanc, vel illam qualitatem recipiendam, ſed quas qualitates actu poſſideat.

A profectò, qui à motu Cœli calorem elementis in eſſe dicis, cogeris dicere, ſi cœlum à motu quieſcat, omnia elementa, tam ſuperiora, quam inferiora frigiditatem poſſidere, (quę eſt Cardani abſurda ſententia lib. 2. de ſubtilitate) & proinde fruſtra elementorum numerum ex numero qualitatum, aut coniugationum cum Ariſtotele venaberis.

Alexander, Olympiodorus, & Philoponus, motus nomine intelligũt mutationem, qua elementa alterantur; immobilitatis vocabulo, quietem mutationi contrariam, huius autem mutationis, inquiunt, cauſam, &

B originem retulit Ariſtoteles ad conuerſionẽ cœli inquiens neceſſe eſſe, vt hic mundus inferior ſuperiori ſit continuus, vt inde vis eius gubernetur. Verumtamen cum non minus inferiora, quam ſuperiora elementa conuerſioni cœli ſubijciantur inanis eſt iſta interpretatio.

Sed non ſolùm qualitates elementis naturaliter non inſunt, verum etiam eo modo, quo eas conſtituit Ariſtoteles, nempe in ſummo gradu impoſsibiles omnino ſunt. Hoc Galenus admittet, qui 1. de natura humana com. 38. ſic ait, *Porro ſi aquam cogites exactè*

C *frigidã, & humidam eſſe iam non permanebit vlterius aqua: quippe quæ mox concreſcet, ſubſiſtetque nec amplius fluet. Terram quoque pari pacto ſi omnino frigidam, & ſiccam eſſe fingas erit huiuſmodi corpus adamante durius. Quæ ſi præterea huiuſmodi fiat, ſtirpium genitura deſinet: qua deſinente animalibus alimenta deerunt, quod ſi fiat, nempe, & animalia interibunt.* et Plato in dialogo de natura inquit, *elementum non debere eſſe hoc aliquid, ſed quale quid: quia nullibi eſt aer, aut aqua, aut terra, aut ignis ſed aereum, aqueũ, terreum, aut igneum*, quaſi inſinuans nullũ

D ex his quatuor corporibus, quę elementa appellantur, pura & ſimplicia eſſe, ſed impura & permixta. Nam ignis qui ſolus purus videri poſſet, non eſt omnino talis: flamma enim eſt denſa & multis fuliginibus plena plurimum terreum habens ad mixtum. vt vel hinc addiſcas elementa hęc eſſe figmenta quando quidẽ ijdem qui ea conſtituunt, impoſſibilia iudicant. Si enim aqua eſt ſumme frigida, & impoſſibile eſt quod ſumme frigida exiſtat; ſi terra ſumme ſicca, neque talis exiſtere poteſt; aut ſaltem ſi hęc talia exiſterent vniuerſi ordo corrumperetur, certè ex impoſſibilibus elementis mundum

con-

conſtare fateri tenentur.

Denique non ſolum qualitates in ſummo gradu eſſe impoſſibiles, ſed nullam omnino ex his quatuor, quas vocant primas, in rerum natura dari exiſtimo. In primis enim humiditas ſi daretur, vtique poſſet corpus alterare, nempe humectando, hoc tamen non ita fit: nam quicquid humidum fit, receptione corporis humidi, humeſcit; non igitur à qualitate alterante id fit. hinc crediderim dictū eſſe ab Ariſtotel. lib. 2. de anima tex. 113. *humidum non eſt ſine corpore, nec humectatum, ſed neceſſe eſt vel aquam eſſe, vel aquā habere* propterea idem 25. ſect. prob 3. aerem inquit, non humectari cum aquam attingit, *quia reliqua cum grauiora ſint ſubſidunt; itaque humorem ſibi ad mittunt, aer vt leuior, nihilo inferius vergit, quam extremū limitem tangit, ergo quia nihil interiacet, remanet expers humoris, quià ſemper ſuper aquam extat*. ex hoc conſtat nihil humeſcere niſi in ſe humidum corpus recipiens, ita aer ſi humidus eſt neutiquam putus exiſtit.

Cum humiditas nulla, ſine ſuo corpore, ſit, nihil exſiccabis niſi auferas ab eo corpus humidum à quo madeſcit, iam ergo ſiccitas non eſt aliud, quàm priuatio corporis humidi, neque ſiccitas humori, (qui nullus eſt) contrariatur, ſed corpori humido priuatiuè opponitur. Hoc quis eſt qui non agnoſcat? ſi quidem humiditas nunquā à ſiccitate, hoc eſt, à contraria qualitate extrahitur, ſed vel à calido humidum corpus abſumēte vel à frigido exprimente. Hinc eſt quod veſtes madidas, vel ad Solem, vel ad aquilonarem aerem ex ſiccamus, exſiccat ſol, quia corpus liquidum abſumit, aquilonaris autē aer quia idem corpus à corpore in quo imbibitur exprimit. Hanc veritatem Ariſtoteles non potuit negare 4. meteor. c. 1. dum calorē, & frigus humectare, & ex ſiccare dixit.

Iam igitur has duas qualitates, nempè humiditatem, & ſiccitatem, vel inuitus auferes, imo quodāmodo eas philoſophos communiter auferre video, ſi quidem vtramque vel parum, vel nihil agere, ſed omnino paſſiuas eſſe fatentur, at vnaquæque res; vt ſe habet ad eſſe, ita ſe habet ad operari. Accedamus nunc ad calorem, & frigiditatem, vnde nam has duas qualitates agnoſces? nempe ex ſenſu tactus, at tactus non diſcernit an ſint qualitates an ſubſtantiæ. ſentit quidem moleſtiam, aut delectationem, à moleſto,

A vel delectabili obiecto, ſed vtrum hoc ſit qualitas, an ſubſtantia non diſcernit. nunquid impoſſibile iudicabis corpuſcula exeuntia, & tactui occurrentia eſſe, quæ efficiunt ſenſationem, quam tu calorem, frigiditatemue appellas? ego de nomine non contendam dummodo res intelligatur. Diſcurrat vnuſquiſque ingenuè, ac liberè, neque hoc à ratione alienum iudicabit. Argumēto erunt alij ſenſus: nam olfactus à vaporibus offenditur ac delectatur, neque ſenſus adeò terreſtris, per ſpecies ſentit, ſed quid ſunt iſti vapores? nempe corpuſcula adeo tenuia vt,
B licet per annos ex re odorata, aut fœtida exeant, nunquam illius rei pondus minuetur, ſed ſi hæc corpuſcula benè vel malè olentia hanc vel illam ſenſationem in olfactu efficiunt, cur illa alia non idem in tactu preſtabunt? tactum igitur à qualitatibus offendi, aut delectari dicant ij, qui in Ariſtotelis verba iurarunt, quique eiuſdem doctrinā, quam quaſi cum lacte ſuxerunt, nolunt relinquere. relinquant tamen alios, ſuo ſenſu abundare, quibus etiam non deeſt veterum Philoſophorum, qualitates non admittentium autoritas.

C

Tertium Ariſtotelis fundamentum, quod Galenus Hippocrati tribuit, nec verum, nec Hippocraticum eſt.

CAP. VIII.

DVM Ariſtoteles diffiniens elementum ait, eſſe illud *in quod alia corpora diuidū-*
D *tur*, ſiue reſoluntur, ſententiam inſinuat ab omnibus receptiſsimam, nempè in mixtorum diſſolutione, quatuor ſubſtantias ignem, aerem, aquam, & terram reperiri, actu aut potentia: in hoc enim (vt ſuperius dixi) ambiguum ſe eſſe fatetur. Sed quando ſolæ qualitates remaneant, (cui opinioni tùm ipſe, tùm Galenus magis inclinare videntur.) ſi in reſolutione mixti iterum elementa apparent, profectò noua elementorū (ſi quidem iam ibi non aderant) generatio dicenda eſt, non autem mixti in eadem reſolutio. ſed quoniam in hac reſolutione perti-

tinaciter hærent, ad eam me confero, in qua A vellem vt mihi aliquis oſtenderet iſtum ignem, iſtum aerem, nec non & aquam, & terram, quæ diſſoluto iam mixto relinquuntur, nec pro elementis figmenta proferant, aut dicant ea non oſtendi poſſe, quia vnumquodque elementorum abijt in ſuam propriam regionem.

Conimbricenſes, & alij, in diſſolutione animalis, id manifeſtè conſpici aſſeuerant, quod cum interit, in puluerem abit, in humorem, in vaporem, in ſpiritum, ſeu partes igneas, quæ omnia terræ, aquæ, aeri, igni, reſpondent. Verum his in primis dicam, eos B diminutè reſpondere: ſi quidem cùm de omnibus mixtis quæruntur, de ſolo animale verba faciunt. At neque ſic quidem ſatisfaciunt: nam vbi iſte vapor? num ille eſt, qui expiratione efflatur? ſed expiratione fuligines expelluntur, fuliginem autem quis aerem eſſe dixerit, cum ſit potius terrena portio. Vbi igneus ſpiritus? numquid ille qui in interitu extinguitur? Vnde rectè Ariſtoteles mortem per extinctionem definijt. at quod extinguitur non remanet. Sed dices ſatis eſt quod extingui oſtendam, vt probem illic extitiſſe. Hoc quidem per quàm verum eſt. C Verumtamen cum corruptio vnius ſit alterius generatio, Vnde nam id quod denuò generatur ignem habebit? profectò aliquo Prometheo indiget, qui eum e ſua ſphera tranſportet, ſed deerit Minerua, quæ viam monſtret.

Coſtæus aliter reſpondet. Terrena, inquit, portio, vtpote quæ ſua mole reliquas partes ſuperat, & omnium aliarum eſt craſſiſſima, cerni, & tractari poteſt; aqua, quæ tenuior eſt, diſſipatur, Vnde quæ corrumpuntur areſcunt, & aqueo humore manent deſtituta, aer, & ignis, maxima ex parte, aduolãt, quod D autem eorum eſt reliquum, non percipitur ſenſu: quia tam ignis, quam aer (ſi primas qualitates excipias.) vix ſenſu percipiuntur. Sed proh quam vafra eſt iſthæc reſponſio. Affer mihi aliquod mixtum, in quo aer præualeat, num etiam in hoc terrena moles maior erit quam reliquæ? ſi terræ eſt pars maior, terra præualet, & ſic iam non mihi attuliſti, quod poſtulaui, ſæpe corpus in quo præualeat aer. Sed in omnibus video plus terrenæ portionis relinqui, quam cęterarum igitur vel in omnibus terra præualet, vel terra ſola eſt quæ remanet ex corpore, quod quidẽ non ſimplex ſed mixtum ſit. Præterea aquã mihi facis ita facilè diſſipabilem, vt ſtatim in corruptione euaneſcat, quod non quintæ cuidam eſſentiæ tenuiſſimæ accidit. & tamẽ aqua, ſi terram excipias aliorum elementorũ elementum craſſiſſimum eſt. Aerem dicis & ignem, non percipi: quia tàm aer, quàm ignis, ſi primas qualitates excipiamus, vix ſenſu percipiuntur. At ego non ſic faciam ſed primas qualitates non excipiam, imo a primis qualitatibus quæram hunc aerem, hunc ignem, quem ſcio me nunquam inuenturũ.

Sed iam accedunt chymici, & ſubſtantias vi ignis extractas, ignem, aerem, aquam, terram eſſe dicunt, quos tamen ſcire oportet aliud eſſe vnum ab alio extrahi aliud vnum in aliud reſolui, nam id quod extrahitur poſterius eſt & tempore, & natura, eo à quo extrahitur. ſic filius ex patre, ſic effectus ex ſuis cauſis extrahuntur. dices ne ignem eſſe in ſilice: quia ex ſilice excuſſu chalybis extrahitur? At etiam ex radijs ſolaribus reflectentibus ignis extrahitur. quare credere oportet ignem in Sole eſſe. Exputreſcente materia oriuntur vermes, tamen vermes non ſunt rei quæ putreſcit elementa.

Ne tamen de elementis quæ ſpagyrica arte extracta quaſi digito tangi poſſunt dubitemus, adeſt Paracelſus Archiſpagyricus, & elementa ex ſulphure bitumine, & rebus oleoſis ſeparat, ſed quomodo? *colores*, inquit, *apparent puri, vt aer flauus, aqua ſi ipſi lactis inſtar, vt a lacte vix dignoſci queat; ignis vt rubinus ardens, cum tranſparentia, & omnibus igneis inditijs, terra verò nigra prorſus, & aduſta* hæc ille. ſed vide quam rectè ex coloribus, coloris expertia elementa venatur.

Galenus hanc mixtorum, in elementa ſolutionem, in doctrina Hippocratis ſe inueniſſe putat, dum magnus ille ſenex lib. de nat. human. tex. 14. ſic ait, *neceſſe eſt ſecedere ſingula in ſuam ipſorum naturam, homine moriente, humidum nimirum ad humidum, ſiccũ ad ſiccum, calidum ad calidum. frigidum ad frigidum.* hinc colligit Galenus ſententiam Hippocratis eſſe *ſingula elementa, vbi homo vita defungitur, ſecreta inuicem ad ſuam naturam recedere*. Hæc tamen interpretatio & Galeno eidem, & veritati repugnat. Galeno quidem in ſuo introductorio c. 9. vbi ait, hominem non ex ipſis elementis igne, aere, aqua, & terra, ſed proportione ais reſpondentibus

ribus conſtare ſi ergo non ex elementis conſtat ſed ex alijs ſubſtantijs, quæ elementis proportione reſpondent, quomodo poterit in elementa ex quibus non conſtituitur reſolui?

Rationi etiam contradicit: quia Hippocrates non ignis, aeris, aquæ, aut terræ, ſed humidi, ſicci, calidi, & frigidi mentionem facit, neque eſt credibile illum voluiſſe vt calidum hominis ad ſphærā ignis, poſt mortem euolet, humidum ad aerem, frigidum ad aquam, ſiccum ad terram. ſed mens Hippocratis videtur fuiſſe, poſt quam probat in homine quatuor reperiri ſubſtantias (ideò enim dixit humidum, ſiccum, calidum, frigidum. Si enim qualitates vellet dicere humiditatem, ſiccitatem, calorem, & frigiditatem appellaret) poſtquam igitur has quatuor ſubſtantias homini ineſſe docuit, oſtendit eas omnibus rebus ineſſe, ita vt humidum rei corruptæ, abeat in humidum rei quæ denuò generatur, & ita ſiccum & reliqua. id manifeſtè oſtendunt eius verba quę ſequuntur: ſic enim habent. *Huiuſmodi autem tùm animantium, tum aliorum natura eſt: nam cūcta ſimili modo naſcuntur, & deſinunt*, hoc eſt, ſimile in ſimile transſmutatur.

In quibus verbis diuini Hippocratis ſapientiam libet admirari, ſi quidem Salomonis diuinitus afflati, ſententiæ congruenter eſt locutus. Nam Salomon. c. 3. Eccleſ. ita inquit. *Vnus interitus eſt hominum, & iumentorum & æqua vtriuſque conditio ſicut moritur homo, & alia moriuntur. Similiter ſpirant omnia, & nihil habet homo iumento amplius.*

Cęterum quamuis Hippocrates calidum ad calidum, frigidum ad frigidum, humidū ad humidum, ſiccum ad ſiccum redire dixerit, Salomon verò c. 12. *puluerem reuerti in terram ſuam vnde erat & ſpiritum ad Deum, qui dedit illum*, nullam inter Vtrumque differentiam reperies, niſi quod Salomon optimus Theologus immortalitatem animæ inſinuat, cuius cognitionem non pertinere ad medicum medicus exiſtimauit Hippocrates. de reliquo ſiue terram dumtaxat dixeris, cū Salomone, ſiue omnes quatuor ſubſtantias cū Hippocrate, idē eſt. Omnia enim in terra reperiri, in lib. de natura pueri, ab Hippocrate eſt dictum, & nos ſuo loco fuſius explanabimus. Redduntur igitur quatuor ſubſtantiæ eius rei quæ corrumpitur, quatuor ſubſtantijs

A alterius, quæ denuò generatur.

Sed iam finē impono interpretationi verborum Hippocratis, vnum tantum ſubiungens, nempe fruſtra Galenum, tanquam notatu dignum, animaduertere, dici ab Hippocrate hominem reſolui in humidum, ſiccū, calidum, frigidum, quæ quatuor ſunt elementa non verò in pituitam, ſanguinem, & vtramque bilem, qui quatuor ſunt humores. ſed cur? non ne omne reſoluitur in ea ex quibus componitur? non ne componitur homo ex quatuor humoribus? imo maximè. præterea cur non reſolui hominem dices in con-
B tinentia contenta & impetum facientia ex quibus tribus componi dicitur ab Hippocrate 6. epid. ſect. 7.? imo verò in hæc tria conſpicuè reſoluitur. & Galen. 1. de ſanit. tuenda ſemen & ſanguinem menſtruum elementa vocat, humores etiam appellat ſecunda elementa 8. de placitis Hipp. & Platonis, tamen neſcio cur ſola illa quatuor corpora ignem, aerem, aquam, terram, quæ minus imo potius nihil elementi rationem participant magis propriè elementa eſſe contendit? Cęterum humidum, ſiccum, frigidum, calidum, non tanquam elementa poſuiſſe Hip-
C pocratem ex ſequentibus innoteſcet. neque vbicumque Hippocrates de conſtitutione hominis loquitur elementa conſtituiſſe dicendus eſt. Nam, & li. 1. de diæta ſiue magni Hippocratis ſit, ſiue Ariſtonis, vel Philiſtionis, vel Pherecidis, vel Chondri, vel Phaontis (ad omnes enim hos autores refertur a Galeno varijs in locis) in eo inquam libro ex aqua, & igne cōponit hominem, ex aqua omnia nutriente, ex igne omnia mouente. quod non omnem, nec primariam hominis conſtitutionem oſtendit ſed tantum duo præcipua, quibus duo effectus omnino neceſ-
D ſarij tribuuntur. Qua propter neque ego is ſum, qui ignem in rebus reperiri negem, imo reperitur, & omninò eſt neceſſarius. Ita vt abſque eo conſeruatio rerum nulla foret. Verumtamen ignis adeſt rebus inferioribus à Sole omnis ignis origine, & fonte, quem ignē Sol non ſolùm a principio largitus eſt, ſed continuò largitur. hinc eſt quod ſi a ſuo motu ceſſaret, omnia perirent. Ne tamen hinc colligas ignem eſſe elementum, neque enim eſt aliud quàm inſtrumētum quoddam, quo virtus Solaris in rebus operatur. cęterum nō ineſt rebus tamquam componens, & permiſcens (hæc autem eſt elementi ratio) ſed tā-

quam viuificans, quod munus aliunde habet. A Neque enim elementum id eſſe poteſt, quod in certo pabulo circumfertur. & quod ſi relinquatur proprię naturę, ſuum mixtum, corrumpit, ſemper illud ad ſenectutem, quæ eſt via ad interitum, ducit. Quod præterea cum nullo alio elemento miſceri poteſt: ſi quidem omnia abſumit. Quod tandem eterogenea ſeparat, cum mixtio è contrario ſit eterogenei conſtitutio: omne enim mixtum, quà mixtum, eterogeneum eſt, quamuis cõparatione aliorum omogeneum dicatur, vt neruus, qui ſimilaris eſt comparatione totius manus, ſed diſſimilaris prout ex mixtibili- B bus varijs conſtat.

In Hippocratis doctrina de elementis nullam eſſe diſcrepantiam, & quid verè elementum ſit oſtenditur.

CAP. IX.

IN libro de natura humana (quem Galenus genuinum C Hippocrates eſſe, ex autoritate Platonis confirmat) totus eſt Hippocratis in perſuadendo, hominem nõ eſſe quidpiam vnum, ſed plura, neque vno ſed pluribus morbis laborare. E contrario in libro de flatibus totus idem eſt in oſtendendo, hominem eſſe vnum, vnum & morbum, vnam morbi cauſam. Quæ contrarietas non nullos (inter quos eſt Hieronymus Cardanus, ſed præcipue Franciſcus Valleriola) cõpulit, vt exiſtimauerint librum de flatibus, ex numero Hippocraticorum eſſe excluden- D dum. Et mirari ſubeſt Galenum, qui ſæpe ex hoc libro autoritates adducit, cum tamen in eo doctrina ſuę doctrinæ contraria contineatur. Non tamen difficilè eſt Hippocratem ſibi concordem reddere ea via, quæ nos ad veri elementi cognitionem ducit. Illud primum aduertentes, nempe apud Hippocratẽ nuſquam ignem, aerem, aquam, terram, elementi habere notionem, imò verò elementi vocabolum nec eſſe Hippocraticum, nec Platonicum, vt fatetur Galenus 8. de placit. Hipp. & Plat. c. 3. ſolùmque voluiſſe diuinum ſenem exiſtimo quatuor ſubſtantias, humidum, ſiccum, frigidum, calidum, eſſe humanam naturam, ſiue eſſe id ex quo natura humana conſtat. Sed dices fortaſſis, ſiue has quatuor ſubſtantias appellemus componentes humanam naturam, ſiue appellemus elementa, idem prorſus eſſe, atque vnum alterius veluti ſynonimum. Ego tamen non ſine diſtinctione hoc accipiam: nam ex aliquo aliquid conſtituitur, vel primariò (liceat ita dicere) vel ſecundariò. primariò res conſtituitur ex elemento, quod ita eſt principiũ, vt ſimul ſit pars eius cuius principium eſt, ſecundario non ex elemento, ſed ex elementato: nam licet ſit pars rei nõ tamen eſt principium eiuſdem. Neque verò Thaleti aſſentior principium & elementum confundenti, neque Plutarcho vtrumque inuicem omnino ſeparanti, ſed in aliquo conuenire, in alio differre dico. Itaque poteſt aliquid eſſe principium ſed non elementum, ſcilicet ſi originem rei, quæ ſit alterius generis (quemadmodum ſunt omnes cauſæ æquiuocæ) præſtet: non poteſt autem eſſe elementum quin ſit principium: duas enim conditiones elementi ratio in ſe includit, vnam vt rem gignat, alteram vt cum re genita in eodem genere maneat, quæ videtur eſſe Galeni ſententia, tùm lib. de elementis c. 6. tùm etiam 1. de natura humana. Quatuor itaque ſubſtantiæ ab Hippocrate traditæ, non ſunt principia: quoniam ex illis mixtum non gignitur, qua propter neque ſunt elementa, non gigni autem aliquid ex humido, ſicco, calido, frigido, vt talia ſunt, patet quia in ſolo ſemine vis gignendi ineſt, hoc eſt in ſpiritibus ſeminalem vim habentibus.

Sed obijcies non requiri vt elementa vim habeant gignendi, cum ſint duntaxat materiale principium. ſic medicamenta ſimplicia compoſitorum ſunt elementa, ſic literæ elementa ſunt dictionum. Scito tamen arte facta, vt ſunt pharmaca, & dictiones, non habere vera elementa, ſed metaphorica: non enim poſſunt aliquid componere niſi ſit, qui aplicet actiua paſſiuis. At in rebus naturalibus, verum elementum debet eſſe quod per ſe ipſum rem componat, hoc non poterit efficere niſi ei adſit potentia generandi. dices tamen ex mea hac ſententia ſequi mixtionẽ, & generationem idem eſſe. fateor ſi de generatione mixti intelligas, quippe mixtum ab ijs generatur, à quibus fit mixtio. aliàs latius patet generatio quam mixtio: nam corpuſcula.

puſcula, quæ mixta non ſunt, generantur abſque vlla mixtionis neceſſitate. Nec verò exiſtimes cum Galeno 1. de ſanit. tuend. c. 2. lib. de ſemin. de element. & alibi non ſemel, conſtare ſemen ex quatuor ſubſtantijs calido, frigido, humido, & ſicco: nam ſubſtantia, quæ ex his quatuor conſtat non ſemē eſt, ſed potius appellatur ſperma aut genitura. verum ſemen quid ſit mox ex Ariſtotele declarabo.

Conſtat natura ex diuerſis ſubſtantijs, quarum contrarietas dolorum, diuerſarumque ægritudinum eſt cauſa, dum tamen quatuor ſubſtantias, humidum, calidum, frigidum, ſiccum appello, non admitto quatuor qualitates, quæ primæ appellantur; nam has ſatis ſuperius rejeci, ſed communem, & vulgarem loquendi vſum recipio: nihil enim prohibet claritatis ergò communi vocabulo vti, quod in Sacris literis Theologus agnoſcit, in quibus multa leguntur, iuxta vulgatem loquēdi modum, quæ ita vt verba ſonant intelligere eſſet nefas. e. g. cum Deus omnipotens dixiſſe narratur *pænitet me hominem feciſſe*, & alia ſimilia.

Sed quando dicimus hominem, ſi eſſet vnum, non poſſe dolore vexari, neque pluribus morbis corripi, interrogabis, an melius ſit hominem eſſe vnum, quam plura? Addiſces tamen non eſſe melius, quoniam quemadmodum non doleret ſi vnus eſſet, ita etiam nec ſentiret; Rurſus quemadmodum careret morbis, ſic etiam careret, & vita, ſiquidē vita conſiſtit in actione calidi in humido, accedente frigido ad contemperandum, & ſicco ad ſoliditatem pręſtandam, quæ omnia ita nunc accipito iuxta communem normā, peculiari poſtea methodo verius declarāda.

Iam igitur ad Hippocratem de natura humana accedamus. Athenæus Attaleus Hippocratis interpres exiſtimauit illius mentem eſſe reprehendere eos, qui dicebant hominē eſſe ignem, & aerem, & aquam, & terram, quorum dogma falſum eſſe idem Athenæus probat, quia nihil iſtorum in homine apparet, Hanc tamen Athenæi rationem debilem eſſe Galenus oſtendit, exemplo tetrapharmaci, & aliorum medicamentorum, quæ arte componuntur, in quibus componentia nō apparent, & tamen ea ibi eſſe nemo ſanæ mentis negabit. Vera igitur Hippocratis mens fuiſſe dicitur inuehi in eos, qui naturā humanam ex vno tantum conſtare dicebāt, A vt Thales mileſius ex aqua; Hippaſus, & Heraclitus ex igne; Anaximenes, & Diogenes ex aere. Mihi probabile videtur non aduerſus hos Hippocratem diſputare, ſed aduerſus aliquos ſui temporis, qui licet nihil ſcriptis mandarunt, viua tamen voce diſputantes ſimpliciter, & abſolutè hominem eſſe vnum dicebant, hoc, eſt vna tantum natura conſtare.

Contra iſtos, duas præcipuè affert rationes Hippocratica breuitate comprehenſas. vna *ſi homo vnum eſſet nequaquam doleret: nam neque foret propter quod doleret cum* B *vnum eſſet*. Altera *ſi etiam doleat erit neceſſe, & remedium eſſe vnum*. Sunt hæc duo argumenta duo quaſi indicia, quibus cognoſcimus hominem non eſſe vnum: nam videmus, quod dolet, dolor non fit niſi vbi eſt contrarietas, vbi contrarietas, ibi multiplicitas. Rurſus pluribus remedijs homo vtitur, pluribus igitur conflictatur morbis, pluribus propterea morborum cauſis eſt obnoxius, ac propterea ex pluribus rebus eſt compoſitus. Nō deſunt ad probandam hanc rerum multiplicitatem aliæ rationes, quæ, tùm apud Galenum, tùm apud doctiſſimos quoſque C proſtant, idcirco eas conſulto prætereo, & iā ad librum de flatibus me confero.

Ariſtoteles 2. de gener. animal. c. 3. ſic ait, *ineſt in ſemine omnium, quod facit, vt fœcunda ſint ſemina, videlicet, quod calor vocatur, idque non ignis non talis facultas aliqua eſt, ſed ſpiritus, qui in ſemine, ſpumoſoque corpore continetur. & natura, qua in eo ſpiritu eſt proportione reſpondens elemento Stellarum, quam ob rem ignis nullum animal generat*. Ignem dixit nullum animal generare, nullius igitur animalis eſt principium, cumque apud eum principium, & elementum idem D ſint, ignis non erit elementum, & per conſequens nec erit elemētum quid piam, quod ſimilem habeat facultatem vt ſunt aer, & reliqua. Quid nam igitur erit elementum? ab eodem Ariſtotele id accipe, nempe, quod facit, vt fœcunda ſint ſemina, ſed quid facit vt fœcunda ſint ſemina? pete ab eo, hoc eſt ſpiritus qui in ſemine, & ſpumoſo corpore exiſtit proportione reſpondens elemento ſtellarum.

Vocantur ſpiritus ob ſuam tenuitatem, ſunt tamen corpora, quia ex eis corpora conflantur dicuntur meritò materia prima. quia principia ſunt corporum in ſe omnium rerū

ſemi-

ſeminaria habentes, qui doctrina quadam innata, & ab anima vniuerſi quodammodo edocti libenter ad rerum compoſitionem concurrunt, atque adeò illis virtutes omnes tribuendæ ſunt, quas Ariſtoteles formę ſubſtantiali, Galenus toti ſubſtantiæ attribuunt. Hi ſpiritus ſecum habent ſaporum, odorum, & colorum, cauſas, his debitè concurrentibus, optimum reſultat temperamentum, deuiantibus autem intemperies exiſtit. Neque verò has intemperies ad octo tantum reducam, ſed pro innumerabili horum ſpirituū, inter ſe, variatione, innumerabiles conſtituā. Ita vt verè dictum ſit a Porphyrio indiuiduū eſſe id, cuius omnes ſimul proprietates alteri rei conuenire nequeunt. hinc etiam Hippocrates lib. de a tic. *magna inquit eſt differentia naturarum in hominibus*, hæc igitur multiplex differentia multipliciumi componentium varietatem arguit talis eſt multiplex ſpiritus.

Hic Spiritus eſt, de quo Hippocrates in libello de flatibus ait *quid autem ſine hoc fit?* (hoc eſt ſine Spiritu) *aut cui rei non adeſt?* quibus verbis duas conditiones complectitur, quas diximus in elemento requiri, vna eſt vt ex eo res fiant, dum ait, quid ſine hoc fit? alterum vt ex eo conſtent, inquiens, aut cui rei non adeſt?

Igitur non in libro de natura humana ſed in libro de flatibus elementa proponuntur. etenim in libro de natura humana, de ſubſtantijs agit, quæ in corpore reperiuntur, non tamen quæ corpus gignunt, in libro autem de flatibus rem quādam rationibus illuſtrat, ex qua corpus & fit, & componitur. Conſtat corpus ex quatuor ſubſtantijs, quaſi dicas, an corporum ſpiritibus reperiuntur quatuor illæ contrarietates, immo reperiuntur & aliæ multæ, ſed omnes conueniunt in vno ſubiecto, quod neſcio an recogitet Ariſtoteles quippe 1. de ortu, & interitu tex. 43. laudat Diogenem, Apollionatem, à quo dictū eſt, *quod ſi non eſſent ex vno omnia, non eſſet facere & pati ad inuicem*. Scio Ariſtotelem illud vnum, in quo reliqua conueniunt, materiam primam appelaſſe, quam in corporibus cœleſtibus non eſſe eamdem exiſtimauit cum materia prima inferiorum ideo dictis Diogenis adiungit, *qua propter, in quibus facere eſt, & pati, neceſſe eſt horum vnam eſſe ſubiectam naturam, omnia igitur talia eſſe dicere non verum eſt*. Hoc loco duæ enodandæ ſ tent controuerſiæ, vna an detur, materia illa prima non exiſtēs, quam ille puram potentiam nominat, altera, vtrū materia cœleſtis, & ſublunaris, ſit eadē, ſed quoniam hæc obiter tracto, vt praeludiū duntaxat meteororum parui Mundi, de quibus agere meum inſtitutum eſt, nihil aliud dicam niſi materiam primam, quæ veluti ea, quæ ſomniantur, exiſtentiam non habet, ſomnium quoddam eſſe, & nihil. Cœlum verò, quod ſignificatur in lingua originali *ſamaim*, ideſt ibi aquæ, factum fuiſſe a Summo Creatore per diuiſionem aquarum ab aquis, & corpora illa tranſparentia, ex puriſſimis aquis eſſe facta, quemadmodum in mundo inferiore, vt inferius monſtrabo, lapilli tranſparentes, & criſtalla lucidiſſima, ex aquis concretis meritò facta dicuntur.

Sufficit porro, ex Ariſtotele colligere, omnia reduci ad vnum, illud autem vnum corpus eſſe debet, ſi corporis elementum eſt. Miror ſanè Ariſtotelem, & eius ſectatores, qui intelligentes materiam primam non poſſe eſſe elementum corporis, quia corpore caret, vocarunt eam abſolutè elementum, at verò elementum corporis ignem, aerem aquam, & terram dixerunt, & cum hæc quatuor ſine corpora non, e corpore, ſed ex materia prima, & forma conſtitui vo'unt quarum vtraque non eſt corpus, neque corporis (vti ſuperius dixi) poteſt eſſe elementum: nihil enim id pręſtat, quo caret, qua propter deuenire oportet ad id, quod inter corpora eſt minimum, tales ſunt ſpiritus à Deo creati, vt omnium rerum ſint elementa: ij enim omni corpori facillimè accomodantur.

Supereſt obiectio, quam diluere oportet, nam 2. de ortu, & interitu tex. 50. multiplicitas elementorum, ex multiplicitate alimentorum probatur his verbis *teſtificari autem videtur, & nutrimentum vniuſcuiuſque: omnia enim nutriuntur ex eiſdem, ex quibus ſunt, omnia verò ex multis nutriuntur* probat autem omnia nutriri ex multis *etenim quæcumque videntur vno ſolo nutriri, vt aqua plantæ, multis nutriuntur: mīſta eſt enim aqua terra, ideo agricolæ tentant cum miſcuerint irrigare*. huius argumenti falſitas detegetur, ſi ad ſyllogiſticam formam reducatur, hoc modo. Omnia nutriuntur ex eiſdem ex quibus ſunt, nutrimur ex multis, ergo ſumus ex multis. Quod ſi rectè concluderet, rectè etiam concluderet & hoc omnia nutriuntur

ex

ex eiſdem, ex quibus ſunt, nutrimur ex mixtis, ergò ſumus ex mixtis. Atque ita concluderetur, elementa, ex quibus ſumus, non eſſe ſimplicia. concluderet etiam in alia forma, ex eodem axiomate ducta argumentatio. Omnia nutriūtur ex eiſdem, ex quibus ſunt, ſumus ex elementis, ergo nutrimur ex elementis Sed elementa non nutriunt, ideò dixit Ariſtoteles agricolas cum miſcuerint irrigare. Dicet fortaſſe aliquis nutrire quidem elementa, (vt ait Galenus) per multas mutationes lic. 1. de element. cap. 5. *Concedes forſan iuglandes quidem, ficuſque ex totius vniuerſi elementis conſtare, atque etiam ſtirpes his ipſis priores: quippe qui videas cuiuſq; eorum ſemen per exiguum, quod terræ mandatum eſt, neque milleſimam eſſe particulam totius plantæ, quæ aliam vel vniuerſam ſubſtantiam totius vniuerſitatis referant elementa* ſic Galenus qui poſtea ex plātis oues & ſues, quibus homines veſcuntur, ali dixit, vt ſic per multas tranſmutationes, hominem ex elementis conſtitueret. ſed quorſum hæ trāſmutationes? ſi plantas ex elementis dixit, quia ex admodum exiguo ſemine fiunt, & hominem ex elementis dicere potuiſſet qui fit etiam ex ſemine exiguo.

Doctrinam quæ in libello de flatibus continetur Veram eſſe oſtenditur aduerſus Valleriolam.

CAPIT. X.

SPIRITVS, ex quibus omnia fieri, & quos omnibus ad eſſe, dixit autor libri de flatibus, multiplices ſunt, iuxta multiplicia rerum ſeminaria, quæ habent, quòd infra monſtrabimus, ſufficiat nunc ſcire fuiſſe mentem autoris eius libri vt oſtenderet omnia ex ſpiritibus eſſe. Hæc doctrina, quæ ſublimem in ſe continet contemplationem, adeò à veritate aliena videtur, vt Valleriola libellum illum, (quem totum aureum eſſe dices ſi attentè legeris) non eſſe genuinum Hippocratis, longa narratione contendat. quem tamen Galenus, optimus alioquin librorum Hippocratis cenſor, non reijcit imò A potius ex eo ſententias elicit vtiliſſimas.

Porro exiſtimat Valleriola, ex libri inſcriptione, quæ eſt περὶ φυσῶν, ſeu de flatibus, & ex vocabulo, quo Hippocrates vtitur, nempè πνεῦμα, quod ſignificare ait aerem ambientē; Hippocratem in eo opere, multa tribuere aeri, quę nullo modo conſtare poſſunt. Vt quòd omne quod eſt inter cœlum, & terram ſit ſpiritu (ideſt aere) repletum, quòd ſidera ſpiritu moueantur, quòd omnes morbi ex ſpiritu (ideſt ex aere) fiant, multo minus quòd omnes morbi ſint vnum, & quàm pluta alia, quorum nos, quoties in hoc opere da- B bitur occaſio, libenter defenſionem ſuſcipiemus.

Cęterum de inſcriptione non dubito: inſcribitur enim liber, de ſpiritibus craſſis, ſeu (vt optimè notauit Ludouicus Mercatus,) de vitioſis ſpiritibus: eſt enim ſcopus autoris agere de vitijs quæ accidunt ſpiritibus. Vox autem πνεῦμα, non aerem ambientem ſolùm, ſed quamcumque ſubſtantiam ætheream, tenuiſſimāq. ſignificat, vt præter alios declarat Ioānes Gorræus peritiſſimus linguæ Grecæ in ſuis definitionibus medicis Qua propter, cum valleriola ſolùm ideo falſum eſſe C putet ſpiritu omnia repleri, quia ſpiritus illic aer ſignificat, iam illa ſententia videtur a calumnia vindicata, quam idem valleriola, ſi vocabulū id toleraſſet, non negat imò agnoſcit ſpiritu a Platone adducto, & omnibus rebus vigorem, originemque præſtante, omnia eſſe plena, vnde verè *Iouis omnia plena* dicuntur.

Stellas, inquit, non eſſe in aere: quia cum vento agitatus aer inordinatè, violenterque fluctuet, inordinatè etiam violenterque mouerentur; ſed hæc ratio nihil concludit: D nam ſuperna regio ventis caret, vt experimento didicerunt antiqui in monte Atho, ad quem aſcendebant, ſacrificandi cauſa, & cineres ſpargebant, quos ſequenti anno reperiebant intactos, & quamuis ratio conuinceret, non eſt tamen Hippocratis mens ſtellas in aere collocare. Non eſſet autem præter rationem, eas quaſi piſces nantes in ſuperna regione ſtatuere, neque aliud inter terram, & cœlum impyreum agnoſcere, quàm quod ſacræ literæ vocant expāſionem ſiue firmamentum, in quo commendatur creatoris potentia, atque ſapientia, qui rem fluxam, & labilem, tamquam ſi ſolidiſſima ex ære fuſa eſſet, ſtabilem, perpetuamque eſt fabricatus,

quod

Digitized by Google

quod Iob cap. 37. his verbis expreſſit, *tu forſan cum ipſo fabricatus es cælos, qui ſolidiſſimi quaſi ære fuſi ſunt.* De intelligentijs, quas Ariſtoteles orbibus præfixit, longa eſſet decertatio. Sanè cœlos animatos ſtatuere eſt nefas, ſed illis potentiam motricem, ob quam externo impulſu non egeant, concedere nihil prohibet: quandoquidem Salomon (vt quam plurimi grauiſſimi autores interpretantur) Solem ſpiritum appellauit cap. 1. eccleſ. inquiens, *oritur Sol, & occidit, & ad locum ſuum reuertitur, ibique renaſcens gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonẽ. Luſtrans vniuerſa in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos reuertitur.*

Morbum eſſe vnum nõ tolerat Valleriola: tum quia fruſtra Galenus tam multa de morborum differentijs & cauſis ſcripta reliquiſſet, tum quia vno tantum remedio eſſet opus. Cęterum non potuit Hippocrates ſe ſe Galeno accommodare, potuit certè eum pręmonere quod fecit, tamen Galeno non hac via, quam liber de flatibus monſtrat, incedere placuit, nihilominus (vt diximus) prædictum libellum non reijcit. Quod verò vno tantum remedio indigeat homo, ſi morbus ſit vnus, argumentum eſt ab Hippocrate allatum, in libro de natura humana & a nobis ſuperius relatum, ſed Hippocrates eo vtitur, vt probet hominem non eſſe vnum: quia ſcilicet vel non doleret, vel ſi doleret vno tantũ indigeret remedio Valleriola autẽ vtitur eodẽ ad demonſtrandũ: morbum non eſſe vnũ, quia vno tantum remedio curaretur. Quid ni? nunquid vnus morbus plura remedia nõ expoſtulat, *multa de quocumque rectè præcipi poſſunt*, inquit Hippocrates. Præterea videre oportet quomodo morbus ſit vnus, atque ita patebit forſitan tunc plura remedia debere concurrere, quam cum plures morbos ſtatuis, qui ſi ſunt in intẽperie pauciſſimis cõtrarijs indigebunt. cęterum morbum vnum in genere dum intelligas, multas ſpecies non excludes, Tu in intemperie in numero in figura, & reliquis morbos ſtatuis, ex quibus generibus rurſus plurimas morborũ ſpecies elicis. Sed nunquid non melius erit ſi ex vno tantum genere plurimæ iſtæ ſpecies deducantur? profectò in ſcientijs omnia ad vnum principium reducere optimum eſt, rationi conſentaneum eſt, ſcientificum eſt.

Si verò Valleriola attentè libellum, quem

A reijcit, legiſſet, nec magis reprehendendi, quàm addiſcendi, animo paratus accederet, profectò inueniſſet, Hippocratem ibi, & genere, & ſpecie, plures morbos conſtituiſſe. Nam, licet duntaxat in ſpiritibus vitiatis morbi conſiſtant, quoniam ab ſpiritu qui per reſpirationem & cibum potumque ingreditur fiunt, cum hoc etiam ſtat variari morbos. Non ne hoc Hippocrates eodem libro fatetur? inquiens medicinam nihil aliud eſſe niſi appoſitionem, & ablationem. Ecce duplex morborum genus, vnum per defectum, aliud per exceſſum. Non ne dum

B morborum omnium vnum, & eundem modum eſſe affirmat, plures eſſe morbos inſinuat? ſiquidem morborum dixit non vnius morbi? Non ne febrem omnium morborum comitem eſſe dixit? omnium tamen intelligito (obiter hoc ſit dictum) quaſi dixerit ferè omnium. Non ne toto illo opuſculo, per varias ægritudines diſcurrens, quid omnibus ſit commune oſtendit. At tibi quoniam ad quatuor humores too reduxit morborum cauſas, non placet hæc doctrina. Sed vàh quàm fallax eſt iſta humorum contemplatio, quam in libro de vetere medicina Hip-

C pocrates non recipit, vt ſuo loco explicabo. At tu, quæ tua eſt libertas, & peruicacia, neq; librum de vetere medicina recipies, imperioſè te geres, ego tamen non obediam, & ſic vnuſquiſque propriæ indulgens opinioni ad libitum autores recipiet ad libitum reijciet, quæ coofuſio erit maxima. Hanc effugere oportet, & quando in librorum autoribus non conuenimus, ad rationem eſt accedendum iuxta cuius normam omnis veritas menſuratur.

D *De atomis quid ſenſerint antiqui.*

CAP. XI.

SPIRITVS generationis principia in ſemine contenta, quæ corpuſcula, ſiue atoma, hoc eſt inſectilia dicuntur, veterum fuit inuentum: ſiquidẽ inter philoſophos Democritus, Leucippus, Mneſitheus, Epicurus, omnia ex inſectionibus, quæ ἀτόμους vocabant conſtare dicebant, inter medicos Aſclepiades Bithynius, & Heraclides Ponti-

eus principia rerum ἀνάρμους ὄγκους ideſt incompacta corpuſcula dixerunt, vt teſtatur autor libri de Hiſtoria philoſophica, qui potius Plutarchus, quam Galenus eſſe perhibetur, quorum ſententia à multis, ſed precipue ab Ariſtotele, & Galeno varijs ſuorum operum locis refutatur. Quod ſi iſta opinio ita accipienda ſit, vt proponitur ab ijs, qui eam refutant, indigna quidẽ eſt, quæ à ſanæ mentis hominibus, ne dicam à Philoſophis, fuerit habita; nec tamen ſcire poſſumus, verum aliter ſenſerint: ſi quidem eorum ſcripta nun extant, & quicquid ad nos peruenit per manus eorum eſt traditum, qui fortan ex alieno vituperio propriam laudem aucupantur. Sed cur ſapientes viros, qui priſco illo, & ſcientiæ pleno ſeculo magnæ apud ſuos authoritatis magnæ fuerunt apud exteros exiſtimationis adeò deliraſſe crediderim, vt ſi non vera, ſaltem veriſimilia non dixerint?

Qua propter ſi Epicurus fortuito συγκρίματα hoc eſt concretiones ex corpuſculis fieri dixit, meritò à quamplurimis damnatur præcipue a Galeno, qui 11. de vſu part. c. 7. ſatis improprium ait eſſe, quod prouidentiæ eſt proprium, fortunæ tribuere, & melius 17. eiuſdem operis c. 1. eos miratur, *qui naturam aiunt arte carere, ſi ſtatuarios quidem laudãt, cum partes dextras ſiniſtris æquales omnino fecerint: naturam autem non laudant, quæ præter partium æqualitatem, actiones etiam exhibuit*. multa etiam in hanc ſententiam dicta ſunt a Lactantio Firmiano, & alijs, lepidè tamen, & appoſitè Cicero lib. 2. de nat. Deor. *non intelligere ſe ait ſi mundus ornatiſſimus, & pulcherrimus ex fortuito corpuſculorum concurſu ſit, quomodo ſi innumerabiles vnius ex viginti literarum formæ, vel aureæ, vel quales libet aliquò conijciantur, non poſſint, ex ijs in terram excuſſis, annales Ennij, vt deinceps legi poſſint, effici, quod nè in vno quidem verſu poteſt quidem tantum valere fortuna*: & poſt pauca addit, *quod ſi mundum efficere poteſt concurſus atomorum cur templum, cur porticum, cur domum, cur vrbem non poteſt? euaneſcat igitur hæc fortuita atomorum concretio*.

Alios puto, qui prouidentiæ legem omnibus rebus ſancitam non negarunt, (& tamẽ corpuſcula infinita eſſe dixerunt in quorum numero extitit Anaxagoras) numerum, qui innumerabilis a nobis, non vero ex parte rei

A eſt, pro infinito numero accipiſſe, ſic etiam dicimus infinitas eſſe arenas maris, infinitũ terræ puluerem, ſtellas infinitas, & infinitatem quoque ſpecierum, multòque magis indiuiduorum. Cæterum omnium horũ numerum agnouit ille, qui appendit tribus digitis molem terræ.

Alij dixerunt corpuſcula eſſe qualitatis omnis expertia, quos puto de qualitatibus, quæ primæ cõmuniter dicuntur, intellexiſſe, neque negaſſem dari alias, quas licet peripatetici ſecundas appellent, & à primis procedere dicant, tamen atomorum autores nõ

B ita admittunt, ſed quæ longè aliter eueniãt.

Quod non omnes qualitates negauerint conijcio ex eo, quod Ariſtoteles refert, nempè Democritum ex atomis quaſdam eſſe leues, alias graues exiſtimaſſe, imo Epicurus atomis non negat grauitatem ſic Plutar. de Placitis Philos. c. 3. his verbis *Democritus duo poſuit, magnitudinem, & figuram, quibus tertium adiunxit Epicurus pondus, moueantur enim, inquit, oportet ponderis pulſu corpora, alioquin non mouerentur*, ſi igitur grauitatem, leuitatem que habent, qualitatum non ſunt expertes. Dura cuncta corpu-

C ſcula, & ſolidiſsima conſtituebant, igitur nõ ex qualia. Exiſtimat Ariſtoteles corpus ex ijs conflatũ non poſſe pati; cæterum ſi paſſio ſumitur pro alteratione in primis qualitatibus, fateor Democritum hanc non admiſiſſe, vt potè, qui nec qualitates, quibus alteratio fit vnquam conceſsit. ſin accipitur pro alia mutatione, quid quæſo prohibet mutari corporis conſtitutionem ad corpuſculorũ mutationem, & quamuis corpuſcula ſint dura, omne corpus ex ijs conflatum durum non eſt, nam mollities cum raritate, & durities cum denſitate confunduntur, adeò vt res cõ-

D texturę rarioris molles dicantur, denſam autem habentes contexturam duriores ſic Lucretius.

Sunt igitur ſolida pollentia ſimplicitate
Quorum condenſo magis omnia conciliatu
Arctari poſſunt: validas que oſtẽdere vires

Graue, aut leue eſt omne corpus prout in eo corpuſcula, vel grauiora, vel leuiora prędominantur, & hoc magis rationi congruit, quàm quod ex aduerſo dici ſolet, grauia eſſe illa, in quibus terra prædominatur; hoc .n. falſum eſſe iudicabit, quiſquis viderit multas eſſe res terra ipſa grauiores, multas alias

leuiſſimas, in quibus terram prædominari diſces, ſi eas combutas, ſiquidem maior eorum pars in cinere manet.

Dicebant prætetea veteres, referente eodẽ Plutarcho, *eſſe iſtorum corpuſculorum, quæ atomos vocant, comprehenſibiles figuras, non infinitas. Nam non hamatas eſſe vel vncinatas, vel circinatas. Id namque genus figurarum eſſe facile contuſile: cum atomi ſint impatibiles, indiuiſibiles, ſed habeant ſuas ratione perceptas figuras*, quibus non omnino inter ſe coaleſcentibus componuntur omnia innumeris meatibus perforata. Propterea Theſſalus cenſuit in multis morbis torum exiguorum meatuum ſtarum eſſe immutandum, quod ipſorum naturalem apertionem, ſiue poſitionem vitiatam eſſe exiſtimabat. Hinc proceſſit μετασυγκρισις hoc eſt exiguorum meatuum in naturalem ſtatum mutatio; etenim arbitratus eſt Aſclepiades Bithynius omnia ex mole. & meatibus cõſtare, & in optimo meatuum ſtatu ſanitatem, inuitiato morbum conſiſtere, vt latè explicat Cœlius Aurelianus lib. 1. acut. morb. c. 14. meatus verò in corpore noſtro reperiri autor eſt Hippocrates libello de alimento tranſpirabilia eſſe cuncta inquiens, & Galenus confirmat in Com. Timæi Platonis, cũ ait neceſſe eſſe corpus noſtrum non ſolum multas vacuitates manifeſtas, ſed ſenſui ignotas perſpirationes habere. Hoc eleganter ſuis carminibus cecinit Lucretius omnia inquiens ex corpore & inani conſtare.

Principio, quoniam duplex natura duarum.
Diſſimilis rerum longe conſtare reperta eſt
Corporum atq; loci, res in quo quæq; gerũtur
Eſſe vtramq; ſibi per ſè, puramq; neceſſe eſt,
Nã quacumq; vacat ſpatiũ, quod inane vocamus
Corpus ea non eſt: qua porro cumq; tenet ſe
Corpus: ea vacuum nequaquã conſtat inane
Præterea quoniam genitis in rebus inane eſt
Materiem circum ſolidam cõſtare neceſſe eſt
Nec res vlla poteſt vera ratione probari
Corpore inane ſuo celare, atq; intus habere,
Si non quod cohibet, ſolidũ cõſtare relinquas.

Rationẽ paulo infra ſubiũgit: quia ſcilicet ſi nihil inane remaneret, omnia forent ſolida nec daretur tranſmigratio; ſi nulla eſſent corpora, vacuitas vbique foret.

Tum porro ſi nil eſſet quod inane vacaret
Omne foret ſolidum: niſi contra corpora cæca
Eſſent, quæ loca cõplerent, quæcumq; tenerẽt,
Omne quod eſt ſpatiũ vacuũ conſtaret inane.

A Itaque rerum tranſmutationibus ita optimè inſeruitur.

Huc accedit, vti ſolidiſſima materiai
Corpora cũ cõſtent poſſunt tamẽ omnia reddi
Mollia, quæ fiant aer, aqua, terra, vapores:
Quo pacto fiunt, & qua vi quæq; geruntur,
Admiſtũ quoniam ſimul eſt in rebus inane.
At contra ſi mollia ſint primordia rerum,
Vnde queant validi ſilices, ferrumq; creari
Non poterit ratio reddi: nam funditus omnis
Principio, fundamenti natura carebit.

Probat autẽ corpuſcula illa debere eſſe minima, primò quia cum minima ſint, non cõſtant partibus, ſed ſunt partes ac proinde alia
B alijs neceſſe eſt vt adhæreant ex qua neceſſitate, rerum ſequitur compoſitio.

Tũ porro quoniã eſt extremũ quodq; cacumẽ
Corporis illius, quod noſtri cernere ſenſus
Iam nequeunt, id nimirũ ſine partibus extat,
Et minima conſtat natura, nec fuit vnquam
Per ſe ſecretum, neq; poſt hac eſſe valebit
Alterius quoniã eſt ipſũ, prima quoq; & ima
Vnde aliæ atq; aliæ ſimiles ex ordine partes,
Agmine condenſo naturam corporis explent.

Deinde, quoniã ſi ad minimum non eſſet deueniendum infinitæ eſſent partes: ſi quidem quælibet in alias diuidi poſſet.

Præterea niſi erit minimũ, paruiſſima quæq;
C *Corpora conſtabunt ex partibus infinitis.*
Quippe vbi dimidiæ partis pars ſẽper habebit
Dimidiam partem nec res præfiniet vlla.
Ergo rerũ inter ſummã, minimãq; quid eſſet
Nil erit, vt diſtet: nã quãuis funditus omnis
Sũma ſit infinita, tamen paruiſſima quæ ſunt
Ex infinitis conſtabunt partibus æque.

Itaque ſpatia ſunt inter corpuſcula, & hæc ſpatia tueri oportet in ſuo naturali ſtatu (vti diximus) vnde ortum methodicorum ſecta habuit, qui morbos omnes ad aſtrictum, & laxum reducebant quare vt habetur in libro qui introductio inſcribitur c. 30. *duplicem*
D *curationis ſpeciẽ generales duo corporis morbi ipſis indicabant, nempe ſi corpus aſtrictum eſt laxandum eſſe: ſi profluuio laborat comprimendum.* Neque verò hæc ſecta omnino eſt reprehendenda vt porequæ doctiſſimos viros habuit, qui in ea claruerunt in eo ſaltẽ cum dogmaticis concordes, quod morbum in ametria, ſanitatem in ſymetria, conſtituebant. Vnde metasyncriſeos & metaporopeſeos nomen inditum eſt, quo nomine nõ methodici duntaxat ſed poſt eos alij celebres autores vſi ſunt apud omnes enim Græce συγκρίνεσθ τὰ σώματα κιρνᾶσθ quaſi miſceri decer-

decerniique corpora dicuntur. De methodica diſciplina, nulli extant autores præter vnũ Cælium Aurelianum, qui in ſuo libro morborum oxeon & chronicon, nihil ad methodicorum rem pertinens nobis aperuit noſtro verò hoc ſeculo diligentiſſimè Proſper Alpinus non leuem huic rei lucẽ dedit vt vnuſquiſque poterit apud eum legere. Nec verò te pudeat Democritum autorem ſequi: nã is quamuis ridebat, nõ tamen ridiculus erat, de quo Hippocrates ait, *non inſanit Democritus, ſed ſuper omnia ſapit*, & eundem in tanto pretio habuit, vt dicat Aelianus 4. var. hiſt. c. 20. Hippocratem licet Doricus eſſet, ſcripſiſſe Ionice in Democriti gratiam.

Ariſtoteles atomos impugnat, non expugnat.

CAPIT. XII.

NEGAT Ariſtoteles dari aliquod corpus, quod omnino non poſſit diuidi, ſi quidem diuiſibile, & indiuiſibile quantitatis ſunt, quare conueniet tàm magno, quàm paruo: vtrumque enim eiuſdem eſt generis, & vtrumque ad quantitatem pertinet. Sed idem Ariſt. primo Phyſic. duplex minimum ſtatuit, vnum, quod caret extenſione, vt ſunt puncta, & hoc eſt indiuiſibile mathematicè, alterum, quod extenſionem habet, ſed in minore quantitate conſeruari non poteſt, & dicitur minimum phyſicè tales autem eſſe atomos credendum eſt.

Verũ adhuc inſtabit aliquis, & dicet Ariſtotelem minimum phyſicum conſtituiſſe illud, in quo elementares partes conſeruantur, ita vt in minore non poſſint. Sed ego petam vt mihi oſtendas minimam partem illius elementi, quod in minore quantitate, quam reliqua elementa conſeruatur, & ſit v. g ignis, diuide iſtud minimũ ignem, quidnam erit vnaquæque pars diuiſa, non erit nihil: nam aliquid, in nihil reduci naturaliter eſt inpoſſibilè. non materia prima, vt exiſtimarunt aliqui, hęc enim ſine forma non exiſtit, erit ergo quicpiam nullius elemẽti qualitate, formauè veſtitum. Conimbricenſes mei hoc minimum diuidi nolunt, vel ab Angelo, quippe eius diuiſio rerum naturæ repu-

A gnat. At iam mihi concedent minimum, quod diuidi nequeat. Dicunt aliqui illas minimas partes ſubitò ac diuiſæ ſunt, alijs rebus debere adiungi. Hoc ego ſic impugno. vt rei alicuius naturam rectè conſideremus, neceſſe eſt intellectu abſtrahere, quando aliter fieri nequit, abſtrahe igitur intellectu, & finge minimum iſtud eſſe in loco vacuo, vbi non habet cui adiungatur, tunc quid fiet ex eius partibus? prætetea nec ſi alijs rebus concedã neceſſario adiungi quicpiam efficies, nam minima illa pars, quæ alicui rei adiungitur, vel remanet diuerſæ naturæ, à re, cui adiun-
B gitur, & tunc quæram cuius naturæ ſit? vel in eandem naturam cõuertetur, vt ſi ſaxo adiũgatur in ſaxum, quod ſi fit erit generatio, ita enim ex alimento carni vnito caro generatur, ſed ex quo nam fit iſta generatio? ex illa minima parte, quæ poſt diuiſionem manſit, adhuc igitur perſiſto, & quæro quid ſit iſta minima pars? Dices fortaſſe in eodem inſtante, in quo fuit pars illa diuiſa fuiſſe nouæ ſubſtantiæ partem generatam, ſed neque ſic effugies, nam ea minima pars, quæ ſub forma ignis non potuit conſeruari non poterit etiam eſſe capax diſpoſitionum, ſine qui-
C bus noua generatio non fit.

Quomodo mouerentur iſta corpuſcula, inquit Ariſtoteles. num à ſe, an ab alio? ſi à ſe ipſis, idem erit motum, & mouens, & eidẽ ſecundum idem contrarietas inerit. Si ab alio iam non erunt corpuſcula impaſſibilia. ſic ille. At nullum hinc abſurdum. mouentur & à ſe, & ab alio in primis à ſe hoc eſt a prõptitudine, quam habent ad faciendum vnũ totum. neque eſt præter rationem aliquid habere in ſe motionis principium imo verò Ariſtoteles met lib. 8. phyſic. tex. 17. à microcoſmo ad macrocoſmum argumentum
D deducens ait, in homine, qui paruus eſt mundus motiones fiunt abſque vllo authore, nulloque alio motu, quo incitentur præeunte, quare, & in vniuerſa natura, ſeu in magno mundo idem accidet. mouentur etiam ſpiritus ab alio, hoc eſt à ſuperiore natura, ſiue anima vniuerſi, quæ ſpecierum conſeruationi per indiuidua incumbit, atque ita poſſumus dicere motum eſſe à generante, facilitatem ad motum à propria forma.

Addit ille hæc corpuſcula, non poſſe pati: quia actio fit per vacuum. atomi carent vacuo, & ſolidæ ſunt, vt atomorum autores fatentur. Cæterum iam diximus ex atomis,

& inani conſtare corpora, atque ita actio per inane datur ſic Lucretius.

Nam neque collidi ſine inani poſſe videtur
Quicquam, nec frāgi, nec findi in bina ſecādo,
Nec capere humorē, neque itē manabile frigus
Nec penetralē ignē, quibus omnia conficiūtur
Et quo quæque magis cohibet res intus inane
Iam magis his rebus penitus tentata labaſcit

Verumtamē non videmur ad huc Ariſtoteli feciſſe ſatis, nam licet inter corpuſcula inane ſit, non eſt tamen inane in corpuſculis, ac pro inde corpuſcula erunt impatibilia ex impatibilibus autem patibile fieri nequit. Reſpondebo Ariſtoteli, non eſſe inconueniens poſſe aliquid conuenire toti, non verò partibus vt intelligere: totus enim homo eſt intelligēs, non autem hominis pes, aut bracchium, immò verò neceſſarium fuit ex minimis impatibilibus corpora corpuſculis conſtare, ne res eo redigantur, vt nequeant reparari iccirco a Lucretio exiſtimo ita dictū.

Denique ſi nullam finem natura paraſſet
Frangendis rebus, iam corpora materiei
Vſque redacta forent, æuo frangente Priore,
Vt nihil ex illis à certo tempore poſſet
Conceptum, ſummum ætatis peruadere florem
Nam quid vi citius diſſolui poſſe videmus
Quam rurſus refici, quapropter longa diei
Infinita ætas ante acti temporis omne
Quod fregiſſet adhuc diſturbans, diſſolueſque
Id nunquam reliquo reparari tempore poſſet

Aliter etiam reſpondere poſſem Ariſtoteli dicenti actionem non fieri niſi per vacuū, ſi vacui nomine intelligit ſpatium, omnis corporis expers tale vacuū non datur apud Ariſtotelem, nec per talem vacuum concederet ille fieri actiones, ſi verò vacuum appellat, in quo, præter aerem nihil eſt, tale vacuum eſt corpus, nempe aer, & ex corpuſculis Cōficitur.

Pergit argumentando Ariſtoteles in hūc modum, vnum contrarium non eſt abſque altero exiſtente, ſi ergo figurę quædam ſcilicet rotundæ, calidæ ſunt, oportet profectò in alijs figuris, & atomis frigiditatem ineſſe, & ſimul ſunt, & oportet alia complere contraria, puta cum grauitate leuitatem ponere, & cum duritie, mollitiem. In hac argumentatione nulla inter atomorum Autores, & Ariſtotelem eſſet pugna. Conſtituit Democritus, & alij, ex atomis corpus, quēadmodum Ariſtoteles cum ſuis ex elementis ſint atomi alię frigidę, & alię calidę, ex his ſint graues, & leues, duræ, & molles, quid in-

A de?nēpe reducerent res ad mediocritatē. Nōne idem ex tuis elementis peripatetica conficit ſchola? certè in quatuor illis ſubſtantijs, aere, igne, terra, & aqua, datur frigus, datur calor, datur grauitas, datur leuitas, datur durities, datur mollities.

Aliud argumentum Ariſtotelis. Iſtis atomis, vel inſunt qualitates præter ipſarum figuras, vel non. ſi non, inconueniens videtur eſſe: quia tunc nec compoſita ex ipſis haberent qualitates, quod eſt contra ſenſum: nam quod non eſt quale, non facit quale; ſi verò inſunt qualitates, tunc vel ſingulæ, ideſt vni
B atomo non ineſt, niſi vna qualitas, vt frigiditas, alteri altera, vt durities, & ſic de alijs, vel non ita, ſed vni plures, ita vt vna inſit, & poſſint aliæ in eſſe, quod ſi plures inſint vni ſequitur, quod non erit atomus indiuiſibilis, quia oportet dari partem, in qua vna ſit qualitas, & partem, iu qua recipiatur altera. Hęc quoque argumentatio, ſi introſpiciatur, nihil continet difficultatis; nam in primis eſſent atomorum aſſertores qui atomos, ex quales dicerent, neque ſic contra ſenſum ſe loqui exiſtimarent: ſenſus enim, vt ſupra diximus, non iudicat an ſenſatio illa, quæ frigus
C dicitur, ſit qualitatis impreſſio an alicuius corpuſculi talem ſenſationem efficientis. Alij ſunt qui qualitates admittunt, hi vni corpuſculo vnam qualitatem in eſſe dicent. & quemadmodum illi qui elementa ſecundū ſe tota in mixto eſſe arbitrantur, non eſſe inconueniens aiunt vt vna pars carnis v.g. vno conſtet elemento dūmodo illa pars ſeorſim non poſſit exiſtere. Ita exiſtimo dicturos eos qui atomis qualitates tribuunt nihil abſurdi eſſe vt vna atomus vna tantum qualitate ſit prædita: ſi quidem (vt iam ex Lucretio maner dictum) atomi, cum ſint partes minimæ,
D & alijs partibus non conſtent non exiſtunt ſeparati, ſed naturaliter alij alijs cohærent.

Tandem vt Ariſtotelis præcipua iacula quæ in atomos coniecit prorſus infringamus ſoluendum eſt & aliud argumentum quod ſic habet. vel atomi differunt in natura, & eſſentialiter ſicut ignis ab aqua, vel non differunt niſi numero, ſuntque eiuſdem ſpeciei ſicut diuerſæ partes aquæ. ſi des hoc poſterius tunç oporteret aſſignare cauſam, quæ diuiſit & ſecuit has atomos, cum ex ſua natura ſint vnum. ſi verò des ſecundum tunc ſequitur, quod ſingula corpuſcula, præter figuras, habeant etiam ſuas naturas proprias,

iam

Iam igitur ſecundũ tales naturas erunt principia non autem ſecundum figuras. Sic Ariſtoteles cui dicam multa ex his particulis ſolo numero differre (non ita tamen vt Anaxagoras qui res ex particulis ſolo, numero diuiſis, ſed nullo intercedente vacuo, conſtituebat) plura autem etiam ſpecie. Quæ numero differunt. & figuras habent varias, diuerſa quidem ſunt, non tamen oportet quærere quis ea ſeparauit: nam actu nunquam ſeparata exiſtunt. ac præterea ſeparari poſterius eſt quam coniungi. ſi verò de potentiali ſeparatione agas dicam diuidi inter ſe per ſua indiuiduationis principia ſic vt reliqua indiuidua. Alia verò quæ ſpecie differunt, ſunt quidem principia ſecundum proprias naturas, & ſecundum proprias figuras neque hinc quicquam, quod atomos euertat concluditur, neque tanti ſunt Ariſtotelis rationes quæ atomos euaneſcere faciant.

Galeni aduerſus atomos rationes nil conuincunt.

CAPIT. XIII.

SAEPISSIME apud Galenum reprobatas atomos inuenies, aduerſus quas ſemper nouam aliquam excogitat rationem, ſed vbique infeliciter lib. 1. de ſemine c. 2. omne id quod dolet duabus præditum facultatibus neceſſariò debere eſſe contendit *vt ſit tum ſenſus tum alterationis capax: quia ſi ab omni penitus ſit alteratione alienum, eundem omnino ſtatum, quem a principio ſortitũ eſt, perpetuò ſeruabit. quod ſi tranſmutetur etiam, in quem tamen modum lapides & ligna, quæ quidem & caleſiunt, & refrigerantur & ſcinduntur, ſed nulla ſit illis innata vis ſentiendi, nihil propterea magis affectiones, ſi quæ in eo gignantur, ſentire poterit, quam lapides ſentiunt.* Sic ille, qui ex duabus conditionibus, quas vt aliquid ſentiat requirit, alterationem ipſemet aliquando non requiſiuit, quando ſcilicet dolorem fieri dixit ab iis, quę continuitatem ſoluunt, dolor igitur ſenſatio eſt continui ſolutio abſque alteratione fit nempè partibus diſiunctis, niſi velit etiam diſiunctionem partium alterationem appellare, cui non repugnaret Aſclepiades. Altera condi-

A tio, vt ſit ſenſus capax id, quod ſentire debet, quando à Galeno, & eius ſectatoribus optimè requiri videtur, nos, etiam concedamus illis, quid tunc efficient? nempe atomos, inſenſibiles cum ſint, non poſſe componere vnum corpus ſenſibile. hoc ſi ita concludũt, etiam ex ſuis quatuor elementis, quæ inſenſibilia ſunt, nihil ſenſibile componi tenentur fateri; profectò dum de principijs mixtionis quæritur confugere ad cauſas, cur animal ſentit ſumma dementia eſt: nam animal, & ſaxum in ratione mixti conueniunt, quod verò animal ſentiat non verò lapis, id altio-

B ris eſt indaginis, interim ſcire ſufficit ſeminari vegetabile in agro ſenſibili, & ſenſibile euadere.

Confert Galenus in aceruum adamantes, aut alia corpora minus ad patiendum idonea, vt oſtendat nunquam huic aceruo poſſe plagam infligi, nec aceruus illatam ſentiet. ò egregiam rationem. confer, tu mihi ex aqua, aere, & terra, & igne aceruum nunquid ijs plagam infliges, aut illatam ſentient quod ſi vnuſquiſque adamas non ſecabitur, ideo aceruus integer permanebit. At ego putabam poſſe aceruum in partes diuidi cunctis

C adamantibus integris permanentibus.

Pergit ille vlterius, & admittit atomos ſenſum habere, quæ tamen *cum ſint impatibiles, atque impenetrabiles, ita vt tantummodo ex mutuo eorum complexu caro gignatur, nihil propterea magis impacta acus ſentietur, vt enim ſi duos digitos ſimul iungas id abſque vllo prorſus dolore feceris, ita etiam ſi atomos acus diſſoluat modo ex illis nullam vulneret, nullum vnquam in animante dolorem èxcitabit:* comparatio hæc eſt inter omninò diſparia, duo digiti natura ſua ſunt diuiſi, & muſculos habent; per quos coniungi, diſiungiue

D ſine violentia poſſint. quid verò hoc habet commune cum atomis, quæ ſibimet naturaliter vniuntur, & quas vnius formæ aduentus vnitas retinet, nec niſi violenter ſeiungi poſſunt.

Libro de different. morb. c. 2. quoniam corpuſcula hæc, de quibus loquimur non ſuſcipiunt magis, & minus non poteſt (inquit Galenus) mutatio in corpore ex eis compoſito fieri ad maiorem, minoremue ſanitatem: ſi enim *corpus animantis ex elementis, quæ nihil patiuntur, & alterationis expertia ſunt, componitur, tunc non habet maioris, aut minoris rationem in qualitate compoſitionis, hoc*

eſt non

eſt non dicitur magis, aut minus rectè eſſe cō-poſitum, niſi quod inſectilium, & in compa-ctorum corporum non ſit concinnè in vacuo corpore facta latio. perinde atqui domus, quæ etſi ex lapidibus, qui nihil patiuntur, com-pacta eſt, tamen nihil ominus rationem mino-ris, & maioris, habet in compoſitionis quali-tate, prout lapides rectè, aut temere in eius conſtructione fuerunt congeſti, inuicemque aptati. Si verò aliqua ratione lapides ipſi pa-terentur, tunc multi fartam ea ratione domus magis, & minus ſuſciperet.

Hæc argumentatio in primis aduerſus illos eſt duntaxat, qui corpuſcula impaſſibilia dixerunt, hoc autem non ab omnibus eſt dictum, verum neque ij, qui atomos impaſſibiles eſſe voluerunt prædicta ratiocinatione conuelluntur. Nam diceret Aſclepiades ſufficit lapides hoc, vel illo modo eſſe congeſtos, vt ita, & domus robur euertatur: & parietes corruant, & figura mutetur. Sic etiā in hominibus varia corpuſculorum compoſita, & meatuum figura varios effectus, affectuſue producet.

Libro de Theriaca ad Piſonē c. 11. digreſſione quadam in atomos inuehitur: quia ſi ex illis res componerentur *in commutabiles iure medicinæ forent, eo, quod neque a ſuis qualitatibus dimoueri, neque ſpoliari poſſent.* An quia à qualitatibus non dimouerentur, aliter dimoueri non poſſent? at atomorum autores, qualitates ſaltem primas negabant, multis autem modis atomos moueri poſſe fatebantur. Vide Cœlium Aurelianum lib. 1. acut. c. 14. & 15. & cognoſces falſum eſſe, quod Galenus Aſclepiadi imponit, illum videlicet *manifeſtas etiam corporis mutationes, variationes que non admittere.* admittit quidem, non tamen à qualitatibus, *nec inquit ratione carere videtur, quod nullius faciam qualitatis corpora: aliud enim partes, aliud vniuerſitatem ſequetur, argentum denique album eſt. ſed eius affricatio nigra, caprinum cornu nigrum, ſed eius alba ferrago.*

Vlterius Galenus ex facilitate, qua celeres in vniuerſo fiunt mutationes, comprehendit impoſſibilitatem atomorum. *Quid enim* (inquit ille aduerſus Aſclepiadis ſectatores) *reſpondere poterunt, quando ſi ſolum digitum in aquam frigidam ponimus, illico totius corporis immutatio fit, & quādo ſi ventus variat corpora noſtra mutantur?* ſic ille, ſed quorſum hæc, ſi de elementis, ex quibus res com-

A ponuntur agimus? reſpondet quia non *tam repente moles componi valent, nec ex in alterabilibus compoſitus molibus occurrentia tam celeriter ſentire.* immo celerius, nam qualitates tuæ, vt introducantur, contrarium expellunt non ſine difficultate propter paſſi reſiſtentiam. At inſectilium corpuſculorum mutationes multo velociores ſunt. conſpice ad ſolem, & fateberis hoc eſſe verum.

Non poſſe celeriter mutationes fieri ait, & rationem adiungit: *nam tranſpoſitarum molium compoſitio figuram tantum variare, ſed alterare & qualitatem aliam ex alia pro-* B *ducere non poteſt* At ex hoc non probat celeriter mutationes fieri, probat tamen figuram quidem mutari poſſe, qualitatem autem minimè, quod Galeno libenter concederent aduerſarij, vtpote qui qualitates non admittebant.

Sed quorſum quæſo ille, ex admirandis naturæ operibus in fœtus formatione, origine, & nutritione argumentum ſumit ad deſtruendas atomos? nunquid ex corpuſculis conſtans homo hæc operari non poteſt ex terra autem, & aere poteſt? Deus bone, quàm nimius eſt in narranda hyſtoria de filio, qui C in lucem exijt non patri, ſed picturæ, quæ in cubili erat ſimilis? quàm multa exempla ex miraculis naturæ petita affert, nec araneis, nec vrſis pepercit omnia tamen in caſſum: omnia enim altiorem naturæ potentiam, prouidentiamque oſtendunt. vtrum verò ex hac, an ex illa materia fiant, nihil demonſtrant; quod ſi Lucretium audias tibi fœtuū formationem abſque atomis conſtare non poſſe affirmabit, nam ſi principia ponas commutabilia, incertę omnino erunt rerum productiones.

Vſq; adeo variæ volucres vt in ordine cuncta
D *Oſtendunt maculas generalis corpore ineſſe,*
Immutabile materiæ quoque corpus habere
Debent nimirum: nam ſi primordia rerum
Commutari aliqua poſſent ratione reuincta,
Incertum quoque iam conſtet quid poſſit oriri,
Quid nequeat, finita poteſtas denique cuique
Quanam ſit ratione, atq; alte terminus hærens,
Nec toties poſſent generatim ſecla referre
Naturam motus victum, moreſq; parentum.

Vides quàm debilia tela Galenus in atomos conijciat, qui magis honori ſuo conſuleret, ſi ijs, quæ ab Ariſtotele dicta ſunt, contentus alia denuò non excogitaſſet.

Reſponſio ad alios, qui atomos exploaunt.

CAPIT. XIIII.

ADDAM Senecam inter atomorum irriſores, qui aerem ex atomis componi negat: quippe impulſum habet, & reſiſtentiam, non autem haberet ſi ex corpuſculis fieret ſeparatis. Oportuerat tamen illum conſiderare atomos in vnum corpus coaleſcentes nõ efficere aggregatum, vt grana milij, ſed eſſe partes totius, quod per ſe eſt tale, ab vna ſcilicet forma, ac proindè ſine vi ſeparari nequeũt, quędã magis, alia minus iuxta prędeſtinatam naturæ totius coagmentationem, & profectò adeò friuolum eſt Senecæ argumentum vt licet illi concedamus corpuſcula non eſſe inter ſe compacta adhuc nihil concluderet ait ille *Nunquam contexi niſi per vnitatem corporis, niſus eſt cum partes conſentire ad intenſionem debeant, & conferre vires. aer autem ſi in atomos diuiditur ſparſus eſt, teneri verò disiecta non poſſunt.* quid igitur efficiet, quando atomi vnum aceruũ, non verò vnum corpus conſtituant? nempe vt non poſſit aer reſiſtere, qui tamen reſiſtit *intenſionem aeris oſtendent tibi inflata, nec adiectum cedentia*. Sit ita, & vtrẽ mihi aere plenum proferto, qui non cedit ictui, atque colligito aerem eſſe quicquam continuum; tunc dic mihi, exiſtimas nè farinam quicpiã continuum eſſe? non credo hoc dices. at farinæ plenum vtrem, ſi concuties, ictibus reluctantem videbis. rurſus ait, *oſtendent pondera permagnum ſpatium ablata geſtante vento.* Sic eſt, ſed ſine dubio, ſi cineres impellas, cineres etiam ſecum pondera ſurſum ferent, & ſubſtinebunt *oſtendent*, ait ille, *voces, quæ remiſſæ, claraque ſunt prout aer ſe contrauit*, & plura proſequitur, quæ vi & impetu fiunt, vt oſtendant continuum eſſe aerẽ, cuius continuitatem non negant, qui atomos volunt, ſed continuitas iſta eis corpuſculis cõſtat inter ſe, vna totius forma vnitis, quin potius eiſdem, quibus Seneca, Lucretius exẽplis vtitur vt probet inter corpuſcula aliquid inane eſſe, aliter enim rumpi nequirent, & de vocibus quidem, de quibus Seneca dixit, ſic Lucretius.

A *Inter ſepta meant voces: & clauſa domorum*
Trãſuolitant: rigidũ permanat frigus ad oſſa.
Quod, niſi inania ſint: qua poſſẽt corpora quæq;
Tranſire: haud vlla fieri ratione videres.

Plutarchus magni iuditij vir atomos reijcit, ita tamen in hoc ſe gerit, vt ſolas Colotis ineptias refellat, quas nemo ſanæ mentis reciperet reliqua, quæ potiora videntur narrat non reprobat.

Inter recentiores Fernelium duntaxat meminiſſe iuuat, quoniam ſolita orationis pompa, & apparatu (poſtquam argumenta aduerſus atomos proponit) lib. 2. de element. c. 4. B ſubiungit *his argumentis tanquam fuſtibus vis illa, & turbulenta concurſio atomorum immutabilium per inane volitantium, in exilium relegata, & de natura, mundoque depulſa videri poſſit.* Sed quæ nam ſunt iſthæc argumenta, aut fuſtes? vide ne fuſtibus ſint digna, imo maximè, & digniſſima, quæ in exilium relegentur. primum eſt *ſi quia in natura ſunt rerum omnium communia elementa, quæ rebus omnibus promiſcuè gignendis ſeſe accomodent, illa ſanè, & plura eſſe neceſſe eſt, & quodammodo contraria, & affectioni ſubiecta. Nam quod vnicum & ſimplex eſt non* C *habet à quo afficiatur, cum à ſe ipſo pati non poſsit.* Vetus argumentatio hæc eſt, & quæ atomis nihil nocet, nam nec vniuſmodi ſunt, ſed multiplicem habent tùm figuram, tum ſeminalem vim. Neque verò contrarietas vlla aut actio, & paſſio requiritur vt mixtio fiat, affectionem requiris, & mutuam actionem, quam tamen neceſſariam eſſe non probas. nunquid quia duo vina, aut vinum, & aqua, non ſunt contraria miſceri non poterunt? butyrum, & oleum, quæ duo inter ſe non pugnant, optimè commiſcentur; eſt tamen quod adhuc pro Fernelio imo pro com- D muni doctrina dicatur, nempe generationẽ, & corruptionem à contrarijs eſſe ac proptereà generabilia, & corruptibilia non niſi ex contrarijs poſſe conſtare, his ego libenter annuo, cæterum ad generationem nulla aptior contrarietas eſſe poteſt, quàm præcedens corruptio, ad corruptionem autem tenditur, vel per conſumptionem, & hæc ab interno igne vnicuique ingenito, ſed ex particulis conſtante fit, vel per putrefactionem, & hæc fit ab igne externo non ne apud te certum eſt putredinem ab externo calore fieri? cur igitur particulas inter ſe pugnantes requiris, cũ ſufficiat diuerſitas, qua pollẽt, vt ab externo

igne

igne diſſoluantur, & ſic putredo fiat, ſi autē de putredinis natura plura à nobis requiris inferius tibi faciā ſatis. hæc nunc accipe pro hypotheſi. Ait igitur Fernelius, quod ſimplex eſt non habere à quo afficiatur cum à ſe ipſo pati non poſſit. Conſtaret quidem hæc ratio, ſi omnia eſſent vnum, ſed debueras atomorum aſſertores prius interrogare an ſic exiſtimarent, conſuleres ſaltem Lucretiū, qui tibi reſponderet, ex cuius multis carminibus, ne multus ſim, pauca tranſcribam.

Illud in his obſignatum quoque rebus habere
Conuenit, & memori mandatū mente tenere,
Nil eſſe in promptu, quorum natura videtur,
Quod genere ex vna conſiſtat principiorum
Nec quicquā quod nō permixto ſemine cōſtet.

Alterum argumentum *Neq; plura vnius, ſimilis que rationis, ſi fuerint inuicem, agent, ſed mutuo ſe fouebunt tanquam vnum ſint.* imo maximè ſeſe inuicem fouent partes, vt vnum, hoc eſt ſuum totum tueantur. hoc ne tibi vir philoſophe dubium eſt? immo mirabere magis cum diſcas plura non vnius, non ſimilis rationis eſſe, & tamen ſeſe inuicem tueri. Tamen varietas, non contrarietas, earum, & vacuum quod interiacet efficit, vt facilè cauſam corrumpentem admittant. Facit etiam ad magis citam corruptionem infelix alimenti ſequeſtratio, hęc enim nunquam omni ex parte perfecta eſſe poteſt, ac proinde in corpore aliti, partes relinquuntur aliquę que, ſi aliquando ab alijs denuò accedentibus augeantur præualent, & corruptioni dant locum.

Tertium argumentum. *Quinimo ſi fortè illis contraria qualitates deferantur, niſi his pariter ſubſtantia inſint mutationi, affectioniqne ſubiecta ſuo illa congreſſu, ne minimum quidem mutabuntur, ſed illæſis ſubſtantijs nihil diſsimile ſibi compoſitū reddent.* Sed quid hunc fuſtem ad expellendos atomos paraſti, qui nihil atomis nocet, ſomniabas forſan, & putabas te agere cum ijs, qui quatuor elementorum qualitates ſolas, non verò eorum ſubſtantias in mixto remanere affirmant, fuſtibus igitur expergiſcendus es: ſi quidem oberrans importunè ad oſtium pulſaſti, ſed quoniam in atomos tam multi inſurgunt pro atomis aliquis inſurgat, munitus tamen rationibus, quas iam profero.

A *Pro atomis, quæ faciant argumenta.*

CAPIT. XV.

SI, quemadmodum Platonis ſcripta extant, quibus ſe ipſum tuetur, nec non & diſcipuli, qui poſt eum grati animi ſigna exhibentes notam præceptori ſuo falſo inuri non ſunt paſſi. ita etiam extarent
B Democriti, Chryſippi, Aſclepiadis, vel aliorum monumenta, forſitan non ita liberè accuſarentur, ſed multa ſibi falsò impoſita non admitterent, alia nullo iure refutata defenderent, & fortè Epicurus etiam in moralibus immeritò male audit, vt eſt apud Senecam lib. de Beata vita c. 13. ſed ne inauditi damnentur libet in medium afferre, quę pro ipſis dici poſſunt. Non nulla igitur ſunt, quæ priſcorum opinioni atomos conſtituentium, ſi recto modo accipias, patrocinantur.

Supponere oportet (vt ex Hippocrate manet probatum, & ex Platone apud omnes re-
C ceptum) ſpiritibus omnia eſſe plena ſpiritus autem corpuſcula eſſe contemplatione duntaxat, non autem ſenſu cognita. de quibus in libello de flatibus. Nec intelligito ea eſſe in conſpicua, quaſi careant corpore, ſed quia ſic ſeparata præ exiguitate, coloriſque priuatione cerni nequaquam poſſunt, quod ſi tibi difficilè videbitur recordare aerem corpus eſſe nec videri.

Nec video quomodo Galenus, qui elementa dixit eſſe minimas partes rei, quam conſtituunt, poſſit has minimas partes aſſignare niſi iſta corpuſcula admittātur. Neq;
D etiam cur in lib. de inęquali intemperie c. 8. reddens cauſam cur in epiala febre, & calor, & frigus ſimul ſentiantur, confugiat ad minimas particulas, per quas calor, & frigus eſt aſperſus. nunquid ſi petamus ab eo, vt aſſignet aliquas particulas calidas, alias frigidas id ſi non ſenſui, ſaltem intellectui non oſtet? profectò putauerim particulas iſtas niſi obſtaret exiguitas poſſe digito demonſtrari. coget me peripateticus materiam primam concedere, quam tamen non exiſtere fatetur, & tamen non cogetur ille admittere corpuſcula inſectilia, quæ non fictitia exiſtunt, ſed adeò verè, vt quędam ignis alia niuis ſen-

ſuna

ſum in epialis, & febrium inęqualitatibus A præ ſe ferre dicantur. quin etiam aura illa frigida, quam a crure ad caput aſcēdere ſentiebat adoleſcens a Galeno 3. de loc: affec. relatus, à quà in epilepticum paroxiſmum incidebat, non ne erant corpuſcula? non ne etiam ad hæc corpuſcula, mitas ſympathiæ cauſas refert ingenioſiſſimus Fracaſtorius?.

Non ne exhalationes in metalla denſari affirmant Albert. Magn. lib. 3. tract. 3. c. 2. & Georgius Agricola lib. 4. de rerum ſubterrenearum ortu? at exhalationes corpuſcula quædam ſunt, non ne etiam eædem exhalationes intra nubem in lapidem coe- B unt & indurantur? qui vnà cum fulmine tanquam bombardæ globus truditur. Si igitur in his corpuſcula concreſcere videmus, cur in alijs negabimus?

Non ne apud omnes receptiſſimum eſt vnum quodque reſolui in ea, ex quibus conflatur? Accipe igitur reſoluens omnium potentiſſimum, nempe ignem, reſolue lignum, reſoluetur in cineres, & fumum (nam præter hæc alia non agnoſco) at cineres, & fumus corpuſcula quædam ſunt.

Præterea, quoniam ſuperius dixi mollia eſſe quæ rara, dicam & nunc ea, quæ mollia C & rara ſunt facile in corpuſcula diſpergi exemplum tibi ſit aqua, quæ flatu diſperſa abit in corpuſcula.

Tandem nihil melius quomodo ex corpuſculis conſtemus nos docet, quàm nutritio. Etenim nutrimur ſecundum minimas quaſque partes iſtæ non augentur: quia poros non habent, per quos alimentum ingrediatur, ſed apponitur vnicuique particulæ vnaquæque particula nutrimenti, quæ vbi appoſita eſt, formam totius induit. Vides ne iam corpuſcula totum componentia, & in vnum totum propter vnam formam coe- D untia?

At non ſunt omnino in cōſpicua hęc corpuſcula ſed perſpicaci viſu cōprehēduntur, Sicut a Lyncee videri poſſe particulas elemētorum Galenus fatetur. & in macrocoſmo quidem multi volitantia cernunt. in microcoſmo cur non item? conſidera vrinas, in quibus veſtigia conſeruantur eorum quę intrinſecus latent, & inuenies natantia corpuſcula nec ſolum ſedimenta diuulſa hoc oſtendunt ſed aliquando ipſius vrinæ corpus vnde Hippocrates 7. aph. 33. *quibuſcumq; vrina diſtantes ſunt ijs perturbatio vehemēns incorpore eſt*. diſtantes vocat. (quicquid alij vertant) quorum particulæ non cohærent inter ſe ob perturbationem, qua natura impeditur ne vnionem corpuſculorum ſolitam, moliri queat.

Ex corpuſculorum aſtrictione membrorum robur pendet, quemadmodum ex laxitate debilitas; acciteo optime exiſtimo a Galeno dictum 1. de art. cur. ad Glauc. c. 14. *quæ immoderate laxant ſoluunt robur, quare & membri vigorem.* Eandē ob cauſam Aquilo membris conciliat robur nempe aſtringēdo. & hic metaſyncriſis locum habet de qua nos ſatis ſuperius diximus.

Sed fortaſſe, quando aliquis hæc corpuſcula precatiò admittat, non in omnibus nobis ſatisfaciet ſed viuentia duntaxat eſſe concedet quæ ex ijs conſtent: ſi quidem ſola viuentia fiunt ex ſemine. Verum ego longe aliter ſentio, & omnia quæ in Mundo ſunt generādi ſibi ſimile facultate pollere arbitror, ſiue ſint ex viuentium ſiue ex non viuentiū numero. Diſcurre per omnia, & inuenies in primis viuentia, ſecundum ſuos gradus, ſeminali vi eſſe prædita. Perfectiora tam adeò habent manifeſtam, vt nihil ab aſtris accipere videantur: quamuis enim a philoſopho ſol, & homo dicātur hominem gignere hoc philoſophiæ arcanum eſt maximum, longa ſpeculatione, inuentum. Imperfecta vero, vt conchilia, ſatis obſcuram hanc vim poſſident, ſed poſſident, ita vt totum generationis munus aſtris tribuendum exiſtimetur, quamuis non totum ab aſtris ſit. Longe obſcurior eadem ſeminalis virtus animalibus ex putredine genitis adeſt, quæ tamen generantur, ſi non ex ſemine alterius animalis, at ſaltē ex ſeminali virtute introducta ab anima vniuerſi ſuis ſpeciebus prouidente. Quā quidem vniuerſi animam quemadmodum Galen. lib. an animal ſit c. 4. admiſit in ſemine in vterum iniecto, ita nos in omnibus rebus neceſſariam agnoſcimus, & cum Ariſtotele 3. de gen. animal. dicimus plena eſſe anima omnia, quod etiam Galenus fatetur in libris de vſu part. neque aliter fieri poteſt: nam vnde habebit putredo terræ vt poſſit producere indiuidua in figura in motu in ingenio in inclinatione adeò ſimilia alijs, quæ ex ſemine producuntur, vt pro inde iure optimo eiuſdem cum ijs ſpeciei eſſe ea affirmant grauiſſimi autores, inter quos eſt Theophraſtus lib. 1. de plant. c. 1. qui docet ſtir-

pes,& animantes in eo conuenire, quod in
vtroque genere, quædam ex ſemine dunta-
xat proueniant, quædam tantum ſine ſemi-
ne, quædam vtroque modo. Nec vero (vt
obiter dicam) Ariſtoteli aſſentiat, qui ani-
malia ex putredine genita gignere quidem
concedit quia maris,& fœminæ ſexu diſtin-
guntur, ſed quæ ex eis generãtur, non rurſus
generare, quod quidem experimento aduer-
ſatur, vt norunt ij, qui in longis nauigatio-
nibus, mures ex putredine productos, in ne-
potes, & vltra ſuam generationem extende-
re contemplantur. Aduerſatur rationi: nam
ſi mus ex ſemine, cum mure ex putredine;
coeat, mus naſcetur, & non alterius ſpeciei
animal; cum tamen animalia diuerſarum
ſpecierum, ſi coeant, tertiam gignunt ſpe-
ciem, vnde ortum eſt prouerbium ſemper
Africa aliquid noui; quia ea regio innume-
ris animalibus abundans, ſemper ex diuer-
ſorum concubitu, nouas videt animalium
ſpecies, ſed de his ſatis. Tu verò nihil ſine
ſemine dicas, quando pro ſemine adeſt ſpi-
ritus ſeminalis, per vniuerſum orbem diſper-
ſus, ita vt quod à græcis dicitur δύναμις οὐσιώδης
a latinis potentia eſſentialis, ſeu propria cu-
iuſque ſubſtantia, quæ agit intrinſeca ſua vi,
& facultate, ſpiritus re vera ſunt, in quibus
adeſt prędicta facultas ἐντελέχεια ſeu perfectio
appellata. Dicat nunc Philoſophus, ſeu me-
dicus effectum, cuius cauſas ignorat proce-
dere à proprietate occulta, ego autem à ſpi-
ritibus. Hos dari multa oſtendunt experi-
menta, & ipſorum euidentiam arti ſpagyri-
cæ debemus, cuius induſtria, ex rebus ſpiri-
tus per omnia penetrantes, & leui qualibet
occaſione euaneſcentes extrahuntur, qui va-
lidiſſimas earum rerum, ex quibus proueni-
unt vires obtinent diuerſa eſt horum ſpiri-
tuum interſe natura: quia diuerſis rebus gi-
gnendis, conſeruandiſque ſunt dicati. Horũ
aliqui ſunt vitales, ſeu balſamici, in quibus
veſtalis, magis proprie vitalis ignis ſeruatur,
cuius curam ſi quis relinquat morte damna-
tur, hinc videbis aliqua eſſe corpora mul-
tis, potentiſſimiſque ſpiritibus plena, quæ ta-
men non viuunt: quia balſamo vitali care-
nt. Alia in quibus vix ſpirituum vis eluce-
ſcit, & tamen ſunt viuentia. hoc diuerſis ca-
lorum generibus tribuit Fernelius, qui ſul-
phur videns non viuere, at mandragoram,
& alia, quæ frigidiſſima putantur, vitæ mu-
nere frui, hoc prouenire exiſtimauit ex di-

A uerſitate caloris: quippe ille, qui vitam prę-
ſtat magis cœleſtis eſt, alius verò magis ele-
mentaris. Sed quantò melius diuerſitati ſpi-
rituoſæ ſubſtantiæ per vniuerſum ſparſæ at-
tribui hoc debet. Difficile tamen alicui vide-
bitur, cum omnia vno, & eodem modo gi-
gni, & nutriri dicam, hæc viuere illa non?
melius fortaſſe aliquis cum Cardano lib. 5.
de ſubtilit: exiſtimaſſet elementa, & metal-
la inter viuentia eſſe numeranda, quod lon-
gę contradictionis, contradictori, occaſionẽ
præbuit. ego quamuis Scaliger nec in auro
poros inueniat, per quos tranſeat alimẽtum,
B quamuis Smaragdos, & alios lapillos per ad-
ditamenta accrementaq; grandeſcere dicat,
hęc ſenſus fide non eſſe probanda, ſed intel-
lectus ſpeculatione exiſtimo: Omnia ergo
ab intus habere vt nutriantur, non tamen
omnia quæ intus habent vnde generent, &
nutriantur viuentia dicam, ſed quæ propriã
ſibi figuram vendicant, vt plantæ, & anima-
lia. Reliqua verò gignere, & gigni, & nu-
trimento accepto gaudere dicam, non viue-
re, cur enim lapis per iuxta poſitionem cre-
ſcet, in quo nulla datur glutinoſitas, quę re-
tineat id quod apponitur neque poteſt in ſui
C naturam rem extrinſecam mutare, niſi id ef-
ficiat intrinſeca quadam vi? Cœterum ſi quis
adhuc pro Cardano inſurgens viuentium
nomen ad omnia voluerit extendere de no-
mine non contendam.

Quomodo meteora tam in magno, quam in paruo Mundo fiant, & eorum interſe comparatio.

D

CAPIT. XVI.

SAPIENTER ab Ariſtotele
lib. 1. de gener. animal. c.
1. dictum eſſe exiſtimo om-
nis generationis principiũ
marem eſſe, & fœminam,
cum que mas dicatur id
quod in alio generat, fœmina, quod in ſe ipſo,
natura terram quaſi fœminam, matremque
ſtatuit, cœlum autem, & Solem, & cœtera
generis eiuſdem nomine genitoris, patriſque
appellamus. Qua propter terra omniũ ſemi-
num capax, omnium rerum mater non niſi.

Cœlo

Cœlo gignente fœtum ex ſemine concipit. In hunc modum non ſolum perfecta corpora generantur, vt ſunt vegetabilia, ſed imperfecta etiam. quæ dicuntur meteora, ſiue ſublimia. & quia magnam eorum partem in ſublimi regione conſpicimus admiramur, quamuis multa etiam ſubtus terram oculis noſtris occultata lateant. Hæc autem ſunt quaſi magni Mundi ægritudines quædam, quibus vniuerſi corporis compages quodammodo diſſoluitur, quarè per oppoſitam metaphoram morbos parui Mundi, eiuſdem meteora non in congruè nuncupabis.

Vniuerſi meteora omnia ad vapores ex aqua eleuatos, & ad exhalationes ex terra referũtur. Meteora autem microcoſmi ad quatuor, quæ in corpore ſunt, calidum, ſiccum, humidum frigidum, ſiue ad quatuor humores bilem, pituitam, ſanguinẽ, melãcoliam. Hæc, & illa vere, ſed non adhuc ex ſcientiæ puteo omnis aqua eſt exhauſta. oportet profundius fodere, & hos vapores, has exhalationes, hæc etiam humorum temperamenta, ex quibus conſtituantur quærere. Nunquid poteſt eſſe aliquid, quod non ſua habeat elementa? minime. Nunquid alia ſunt perfectarum rerum elementa alia imperfectarum? nequaquam. Cum igitur perfecta omnia ex ſpiritibus conſtare iam ex Hippocrate, ſit dictum, reſtat nunc ex eodem Hippocrate ſcire an ex ſpiritibus meteora conſtent, meteora, inquam, tam magni, quam parui mundi.

Meteora magni Mundi, tàm ignea, quàm aerea, quàm etiam aquea ad ſpiritus refert Hippocrates autor libelli de flatibus, ignea dum ait, *hic ſpiritus igni nutrimentum præbet, quo ſi ignis priuetur, viuere nequaquam poteſt* aerea verò inquiens *quando igitur aer fortes fluctus facit dum & arbores radicitus euelluntur, & mare vndis exæſtuat, ſpiritũ potentia ita cogente, & naues onerarias etiã & ingentes in altum deijciente, talem itaque vim in iſta exercet, etiam ſi oculis minimè ſit conſpicuus, & tantum conſideratione cognoſcatur, & effectu ſuo fiat manifeſtus.* ſic ille, qui aquea etiam meteora non ſiluit ſiquidẽ ait *verum neque mare ipſum ſpiritus exors eſſe, omnibus manifeſtum eſſe puto. Non enim viuere natantia animantia poſſent, ſi non ſpiritu participarent: quomodo autem participarent, ſi non per aquam, & ex aqua ſpiritũ*

A *attraherent*? iam ergo Hippocrates non ſolum per aquam ſpiritus penetrare dixit, ſed etiam exire ex aqua.

Hoc non tolerat Valletiola, qui cum firmum, ratumque habuiſſet ſpiritus nomine aerem ſignificari, aerem in mari non admittit, niſi cum maxime exæſtuat, magniſque fluctibus elatum eò vſque turgeſcit, donec conceptum aerem foras vniuerſum eiecerit, quo eiecto tranquillum mare redditur. Profectò non videtur mare vnquam vidiſſe, ſi quidem mare aliquando omnino tranquillum eſſe putauit, quod tamen nunquam non
B ſuis fluctibus iactatur, nunc maioribus cum procelloſum eſt, nunc minoribus cum ſine procellis. Verum ſi mouetur ab aere, ſemper illi aerem ineſſe opottet, ſiquidem ſemper agitatur.

Sed cur aerem in mari non admittit? rẽpe *quia mare ſolidum corpus eſt, alienamque ſubſtantiam non admittens*, Ita ſentit Valleriola, attamen quis tam ſtolidus eſt, qui tantam ſoliditatem mari tribuat, & aquæ experire obſecto, quam ſolida ſit aqua, & in-
C uenies hoc ſolidiſſimum corpus à nullo grano poſſe rumpi

Pergit Valleriola, & natantia abſque ſpiritu, & aeris attractione viuere dicit, & ne autori libelli de flatibus aſſentiatur, Galenum deſerit, quippe Galenus non ſemel piſces ſub aqua reſpirare ſcriptitauit. Miror equidem Valleriolam, qui vel Galenum in hanc ſententiam non legerat, ſiquidem eum non citauit, vel ſi legerat parui fecit, & Ariſtoteli adhærere maluit. cum tamen contra omnem rationem Ariſtoteles aduerſus antiquiores, qui piſcium reſpirationem agnouerant diſputauit, vt fuſius in medicis diſceptationibus à me eſt demonſtratum.

D Sed relicto Valleriola redeo ad vniuerſi meteora, quæ cum non poſſint fieri niſi à genitore, Cœlo ſemper agente, hoc etiam ab ſpiritibus habent. ideirco ait Hippocrates *quin & ſolis, & lunæ, & aſtrorum omnium curſus per ſpiritum procedunt* denique ſpiritus omnibus rebus adeſſe, imo omnibus ineſſe à ſapientiſſimo ſene eſt dictum atque ita ad ſpiritus meteora vniuerſi referenda eſſe nemo dubitare poteſt.

Similiter, & microcoſmi meteora ab ſpiritibus eſſe idem autor nos docet. Non ne microcoſmi meteora morbi ſunt? *Mortalibus* (inquit ille) *vita, & morborum agrotis, ſolus*

is eſt autor, tantaque omnibus corporibus, ſpiritus neceſſitas extat, vt ſi quidem omnibus alijs abſtineat homo, neque cibum ſumat, neque potum, poſsit tamen dies duos, vel tres, & plures ducere. ſi cui verò ſpiritus in corpus via intercipiantur, in breui parte vnius diei intereat, vt vel hinc quanto vſui ſpiritus corpori ſit liceat æſtimare.

Itaque ab vna, & eàdem cauſa vtriuſque mundi meteora fiunt. nempe à Cœlo tanquam ab efficiente, à multigenis ſpiritibus tanquam à materia: alioquin difficilè foret intelligere quomodo ex vniuſmodi vaporibus, & grando, & nix, & glacies, & pluuiæ, nubes, pruinę, roreſque, & alia ſimilia gignātur, ex terra autem fulgura, ſagittæ, ſtellæ, volantes, tot cometæ, tot ignearum impreſſionum genera, quorum diuerſitatem, ſi attribuas diuerſitati naturæ ſpirituum, virtutique ſeminali ab anima vniuerſi effluēti facilè omnium rationem inuenies. quod non ſiluit Lucretius poeta lib. 6. fol. apud me 121. his verbis.

Multarum ſemina rerum
Eſſe ſupra docui, quæ ſint vitalia nobis
Et cōtra quæ ſint morbo, & morti; neceſſe eſt
Multa volare.

Itaque quemadmodum in magno mundo meteora ſunt morbi quidam, quibus laborat, & à quibus ſemel perijt, & iterum periturus eſt paſſus namque eſt aqueam, patietur & igneam ſtragem. ita & morbi parui mundi meteora ſunt, quibus ſæpe laborat.

Aduerte tamen in magno Mundo quædā meteora frequenter fieri, vt pluuiæ, venti, & pruinæ, & reliqua huius generis, quæ aſpectibus ſtellarū frequenter occurrentibus debentur. Alia, quæ rarò adueniunt, vt cometæ imo aliqua nunquam antea viſa vt fuit ſtella, quæ anno 1572. in crure Caſſiopææ apparuit, & illa, quæ anno 1604. viſa fuit in ſagittario, quæ omnia Cœli curſum, & reuolutionem vel rarò contingentem, vel nunquam prius, poſt hominum memoriam cognitam ſequuntur. Eodem prorſus modo in microcoſmo ſunt morbi, qui frequenter accidunt, cauſaſque habent crebrò euenientes, vt ſunt tertianæ, Synochæ, aut quartanæ febres, catharri, & alia huius generis: aliæ ſunt ægritudines, quæ vel nunquam prius acciderant, vti de puncticulari febre, de gallico morbo, de plica, de alijs dicendum eſt, vel quæ rarò eueniunt, vt diabetica paſſio,

A comitialis morbus, & ſimiles. imo etiam frequentes ægritudines aliquando aliquid inuſitatum, & ignotum in ſe habent, & hęc omnia cauſas habent rarò euenientes, & ignotas. Dicam vltra, illa meteora, quæ in mundo magno fiunt, a Cœlo habere, quod magnum aliquid portendant. hæc etiam, quæ in mundo paruo infrequentia ſunt aſtrale quidpiam, & occultum habere poſſunt, vnde diuinus Cōſulit Hippocrates 1. prognoſt. 4. *ſi quid in morbis diuinum ineſt, illius quoque ediſcere prouidentiam.*

B

Expoſitio præcedentis ſententiæ Hippocratis.

CAPIT. XVII.

RARA ſunt, ſed tamen ſunt, in mundo quædam meteora, quæ ob arcanas cauſas, quas habent, diuina appellantur, & communiter portenta: quia ſemper magnū aliquid, aut periculum aut rerum mutatio- C nem, protendunt. Similiter in meteoris parui mundi raro, ſed aliquando diuinum quippiam ineſt, quid diuini nomine ſignificetur, non conuenit inter artis proceres. Galenus, craſſa quidem minerua Diuinum cenſet nil aliud eſſe *præter ambientis nos aeris conditionem, de qua ſcripſit in ſententijs ita () ſi hyems ſqualida, & aquilonia fuerit, ver verò pluuium, auſtraleque, febres acutas fieri æſtate neceſſe eſt, & lippitudines, & inteſtinorum difficultates, maxime mulieribus, & ijs, qui humidam habent naturam.* meritò à Galeno diuini nomine aerem intelligi in- D quiunt Vega, & alij: quoniam ipſe Hippocrates vulgi conſuerudinē ſequtus 1. epid. conſt. 2. ſect. 3. aerem, qui ſupra nos eſt, cœlum appellat, dum ait cœlum erat procelloſum, & nubilum. Sed cœlum diuinum vocare haud abs re eſt.

Verumtamen extorta violenter hæc expoſitio eſt. ſcio quidem ab Hippocrate multoties cœlum pro aere accipi, nec non à Galeno qui lib. 9. method. c. 5. cœli ſtatum vocat ipſam ambiētis nos aeris temperaturam, ſub qua, & regionem, & anni tempus comprehendit, ſic aerem cœli nomine poetæ appellant vnde Virg. geor. 1. *multa forent, quæ*

mox

Digitized by Google

mox cælo properando ſereno, & Lucretius lib. 4. fol/ apud me 60. *in hoc cælo, qui dicitur aer*, nec negandum eſt Latinis, Græcis, & Hebræis commune eſſe cœlum pro aere appellare, vnde & Diogenes Appollionares aerem Deum appellauit. ſed nunquid quia aer propter ſublimitatem, ſplendorem, & tenuitatem metaphoricè dicitur cœlum idcirco illi debet conuenire quicquid cœlo cõuenit? melius Cardanus, qui ſaltem, ſi diuini nomine cœlum vis intelligere, non ad aerem te deducit, ſed in cœlo perſiſtit: a cœlo enim habent affectus quod ſint ſupra corporum Vires. Nec verò eſt cur Galenus dicat non eſſe mentem Hippocratis de cœlo intelligere: ſcimus enim libro de aere aquis & locis, & lib de diæta ab Hippocrate Aſtrologiam medico tamquam neceſſariam commendari. & in libro de carnibus aerẽ & cœlum duas res ſublimes tamquam inter ſe diſtinctas & ad hominem pertinentes nominat. Perperam quidam Georgius Bertinus Campana, aſtris maleficam vim ideò negat quoniam Hieremiæ c. 10. iubemur non timere a ſignis cœli quæ timent gentes. cui adiungit autoritatem Baſilij magni & Ioannis Chriſoſtom. dicentium bona ſunt creata, nullo modo immutata, vimq; a ſummo Architecto inſculptam nunquam amiſerunt. Cæterum Hieremias futurorum prædictiones, quæ ab aſtris ſuperſtitiosè petuntur duntaxat damnat. Præterea dum varij aſtrorum aſpectus temporum immutant conſtitutiones, poſſunt morbos inducere, poſſunt & annonæ caritatem efficere, ex qua peſtes oriuntur, qualis illa, quæ Galeni tempore vigebat. Sed quis mirandos aſtrorum effectus in noſtris corporibus negabit? cum videat per indiuiduales proprietates quàm diſtet vna conſtitutio ab altera. Scio te dicturũ indiuiduales proprietates non fieri ab aſtris, & putas ſic effugiſſe, quia non vides vnde tibi monſtrare poſſim a quo proprietates iſtæ proueniant. Verum ſi admiratio peperit philoſophiam, vnus euentus, quem referam te philoſophum faciet. Notiſſimus eſt, in hac regione, & forſan vlterius, propter ſingulares animi ſui dotes, Antonius Curinus Pontremolenſis, Eques Sancti Stephani, Iuris imperialis, in celeberrima Piſana Schola, Lector ordinarius digniſſimus, is a ficubus, fructu, vti noſti, dulciſſimo, tamquam à veneno abhorret, adeò vt nunquam illis aſſuefieri potuerit, nec panem, qui ficus redoleret, aſſumit quin ei ventriculus ſubuertatur. idẽ mihi plena fide narrauit, eſſe quendam ſibi vicinum, in Caſtro Põtremolenſi, qui ſimiliter, à ficubus abhorret. Sed dices quid hoc cum ſtellis? non dum hiſtoriam finiui. audi quæ remanent, ambo eàdem die, eàdem hora in lucem editi ſunt. Vide precor an adhuc obſtinationi tuæ remaneat locus. Hoc ſi caſu factum dices nihil non caſu & ſine cauſa factum dicas oportet.

Nec deſunt, qui aliter diuinum interpretentur. Valleſius diuinum appellari poſſe, ait, præſagionem diuinam, ſi qua eſt. diuinam autem præſagitionem appellat inſomnia. ſi quidem Hippocrates, Galenus, Theophraſtus, Cicero & alij de præſagitione ex inſomnijs ſcripſerunt. Hæc quidem interpretatio non omnino eſſet reijcienda ſi litteræ cõtextus poſſet quadrare cæterùm cum ſomnia nec ſint in morbis, nec pertineant ad morbos impropriè dictum foret, quicquid in morbis diuinum eſt eſſe inſomnia.

Longe profectò melius Fernelius lib. 2. de abdit. rerum cauſ. c. 10. diuinum pro occulto accepit: occultum enim ad mirabile eſt, ad mirabile autem, veterum more, diuinum dixit: quem admodum homines eos, quorum vel robur, vel animi, geſtorumque præſtantiam ad mirabatur antiquitas, in Deos referebat, etiam Dæmonum vi impulſos. *Noudum ſiquidem, quo Dæmones a Deo, quo boni à malis ſeiungerẽtur innotuerat: quod ita quidem apud Theodoretum monebat Porphirius, ij autem, qui Dei nominantur, re ipſa mali ſunt Dæmones, Quin & Tullius, cui iure eloquentia primas Roma tribuit pro dæmonio diuinum reddit. Hoc inquit de ſocrate accepimus, eſſe diuinum quoddam, quod dæmonium appellat, cui ſemper ipſe paruerit, numquam impellenti ſæpe reuocanti*; Quid ni igitur? morbos a cachodæmone in homines immitti indubitatæ fidei eſt, quod de patientiſſimo Iobo facta commemorat hiſtoria. Hos morbos, Dæmoniacos appellat Alphahārauius in ſua pract. c. 34. Auicenna vero 1. 3. tract. 4. c. 15. maniam morbum vocat dęmonium lupinum, & c. 18. *quibuſdam medicorum*, inquit, *viſum eſt quod melancholia contingat a dæmonio: ſed nos non curamus cũ phyſicam docemus, ſi illud contingat a dæmonio, aut non contingat, poſt quam dicimus quod ſi contingat a dæmonio tunc contingit*,

ita vt

ita vt conuertat complexionem ad choleram nigram, & ſit cauſa eius propinqua cholera nigra: deinde ſit cauſa illius dæmonium aut non dæmonium. Mirabiles morborum, qui præſtigijs & dæmonum deluſionibus fiunt, hiſtorias poſſem hic referre, ſed ne earũ multitudine liber in immenſum tumeat, præſtat lectorem ad alios remittere præcipue ad Ioannem langium Epiſt. 38. & Petrum foreſtum lib. 10. obſeru. 19. & alios ad quos te manu ducet Marcellus Donatus in ſua medica hiſtoria lib. 2. c. 1.

Dæmoniacos morbos curandi, artem Salomoni Deus præſtitit, vt refert Ioſephus his verbis *præſtitit Deus etiam Salomoni, vt contra Dæmones artem, ad vtilitatem hominum, & eorum curas addiſceret.* Quam plurima extant remedia, quorum vires omnem humanam rationem tranſcendunt, dequibus extat libellus de incantationibus, Galeno adſcriptus, ſed multò plura & potiora poſterorum repperijt induſtria. Hęc omnia docent in morbis quos virtute occulta curant, occultum aliquid in eſſe. Verum Galenus occultum concedit, ſed ex occulto diuinum poſſe dici negat, potius mirabile, at ego mirabile diuinum dicam, quod iam ex Fernelio ſuperius retuli.

Sed cur Galenus diuinum, quaſi diuinitus immiſſum, dictum fuiſſe ab Hippocrate non admittit? quia ſcilicet *Videtur Hippocrates, nullo ſuo libro cauſam ægrotationis in Deos refundere, & qui* [Greek] *ideſt percuſſos, vnde nam ducti veteres ita vocarint volumine de victu acutorum morborum* lib. 1. tex. 35. *oſtendit. Hic verò liber confeſſè verus, germanuſq; eſt. At libro qui eſt de ſacro morbo multa quoque ſcripta ſunt ad extirpandam ſuſpicionẽ eorum, qui a Dijs mitti ægrotationes contendunt.*

Attende ingenuè, quàm ſapiat peruicaciam hæc Galeni contentio: ſiquidem, vt perſuadeat quod vult, duas citat Hippocratis autoritates, quarum vnam apocripham eſſe fatetur, & ex vtriuſque dictis nihil elicit neceſſarium. Nam in libro de victu acutorum, de ijs qui à pleuritide correpti cito pereunt verba faciens Hippocrates ait, tales merito ab antiquis ſyderatos vel percuſſos fuiſſe dictos. Sed non hinc colligitur Hippocratem negaſſe morbos a Deo immitti poſſe. In libro de morbo ſacro libro ſpurio, & quem Galenus met, inter Hippocraticos, nõ

A recipit, damnantur ij qui comitialem morbũ pręſtigijs curant, tamquam diuinitus hominibus datum. Sed nunquid quia morbus comitialis non eſt diuinitus generi humano datus ideò nec alij morbi? imo quia non ſemper, ideò nunquam morbus comitialis erit diuinitus datus? non ego putauerim, Hippocratem virum pium, hæc negaſſe, quę ethnicis ignota non fuerant: ſi quidem, ob iram Deorum, propter Promethei furtum, mortalibus febres immiſſas fabulabantur, vnde & Dea febris apud eos colebatur.

Sed relictis antiquorum figmentis ſacrę B paginę veritas nos docet ęgritudines, ſępe numero, a Deo fuiſſe datas, qualis fuit peſtis immaniſſima, Dauidis tempore, de qua 2. lib. reg. c. 24. & leprę ſpecies, de qua numerorum 12.

Itaque, ex quinque entibus, (liceat ita cũ Theophraſto Paracelſo appellare) vnum ſolum eſt, quod nihil diuinum in morbis protendat, hoceſt, ens naturale, quando corpus noſtrum immoderatione infirmat, aut mala complexione debilitat. reliqua quatuor, occultum quicpiam, mirabile, diuinum (hęc enim omnia ſynonima ſunt) in morbis C oſtendunt, dicuntur autem ens veneni, ens aſtrale, ens ſpiritale, & ens Deale. Concludendum tamen eſt poſſe cum Galeno aeri diuini aliquid concedi, ſi Galenus velit intelligere aerem non manifeſtis alterationibus, ſed totius ſubſtantię mutationibus, affectum.

Structura mundi ex prædictis fontibus petita.

CAPIT. XVIII.

D SED quando iam per amęniſsimos philoſophię hortos deambulaui liber manipulũ componere ex floribus, quos tu forſan vt inſolitos reſpuis, & paradoxa, quaſi per iniuriam vocas. Sunt certe quę hic ſcribo aliqua *inopinata* (vt Eleanus dicebat) *ſed non falſa.* neque enim ea legiſlatorum more ſãcita in medium affero, verum rationibus cõfirmata examinanda propono; Autores ſi tibi animus eſt magis hos quam illos ſectari, per me licebit, ſin quid dicatur, non à quo dicatur audire cupis hoc à me habes. Mundum

Digitized by Google

dum fateor tria corpora aer, aqua, terra pulchrum, parum dixi, admirabilem reddunt, hæc eadem in noſtro hoc paruo mundo, ſub calidi, frigidi, humidi, ſicci nomenclatura reperiri annuo. prima eſſe elementa nego. Nam corpora ſunt, & ex corporibus conſtituuntur audi Lucretium lib. 1.

Deniq; quatuor ex rebus ſi cuncta creantur
Atq; in eas rurſus res omnia diſſoluuntur
Qui magis illa queunt rerum primordia dici?
Quam contra res illorum, retroq; putari?

Quoniam autem principium vniuſcuiuſque rei minimum eſt in eo genere, ſi quæris corporeæ ſubſtantiæ principium, minima corpora tibi dabo. Materiam primam primum eſſe principium dixit Ariſtoteles, miſterium magnum dicitur à nonnullis, ab alijs chaos, horum aliqua non habent corpus, & ita non poſſunt eſſe corporum principia, alia habent quidem, ſed aliunde habent, nempe à minimis, hæc tamen minima quomodo poterant eſſe diſiuncta, vt rurſus coniungerentur? profecto nequaquam niſi daretur vacuum hoc docemur à ſacra pagina nam vbi terra erat vacuum fuit *terra erat inanis, & vacua*, & iuxta originalem linguam, erat inanitas & vacuitas. In hac vacuitate corpuſcula in compacta, quæ rerum omnium ſeminaria in ſe continent, creata ſunt, aquas appellat diuina pagina, quibus ſpiritus domini incubabat. Sed nolim intelligas aquarũ nomine eas, quibus in potu vtimur, quas nauibus pertranſimus: nam iſtæ & in aerem tenuiorem reſoluuntur, & ex aere etiam concreſcunt, & fiunt à qua, accipe puriſſimas & ſubtiliſſimas, quas cum ſummus opifex diuiſiſſet *diuiſit* enim *aquas ab aquis* puras in cœlo reliquit, atq; ex eis puriſſima corpora qualia ſunt ſtellæ fabricauit. permixtas, vt pote noſtris vſibus magis proficuas, apud nos reliquit, neſcio an hoc aſſequuti fuerint veteres, ſcio tamen illos in aquas rerum principia retuliſſe. & in primis vetuſtiſſimus Homerus qui ſic ait.

Flumina magni
Oceani, cunctis qui rebus præbuit ortum.

Placuit hoc Thaleti, placuit & Brachmanibus apud indos, Strabone teſte, placuit & Aegiptijs, teſte Philone de vita Moyſis, qui illud decantatum chaos nihil aliud apud ſtoicos eſſe affirmat, niſi aquam, à fuſione, ſic appellatam.

Per gradus fit quodcumq; ordinatè fit igitur ab idea diuina virtutes ſeminales, tanquam radij, ſparguntur, ab his ſemina, quæ exigua cum ſint, in magnam molem attolluntur, ſcilicet multiplicatione, non accretione: nam (quamuis ex nihilo omnipotens omnia condidit, & in nihilum poſſit ille ſolus reducere) res ex nihilo non gignuntur, gignerentur autem ex nihilo, ſi ex non corpore accreſcerẽt. Atque in hoc partim aſſentior Lucretio partim non aſſentior. Aſſentior ſi velit res non fieri ex nihilo, & in nihilum redigi, iuxta ordinem, quem natura ſeruat, diſſentiat cum dicat id nec diuinitus poſſe fieri. Magis tamen diſſentior & ab illo, & ab Ariſtotele, qui primam mundi originem negãt.

Hęc rerum ſemina *inconſpicua* dixit Hippocrates *& quæ mente ſola conſpici queant* id probat Lucretius longa ſuorum carminũ ſerie libro primo vbi incipit.

Accipe præterea, quæ corpora tute neceſſe eſt
Confiteare eſſe in rebus, nec poſſe videri

Sunt ne ergo prorſus æqualia? figuram habent, & pondus, quicquid aliud percipit ſenſus, ex his duobus fit, & in primis iam ſupra vidiſti quatuor illas, quæ primæ dicuntur, qualitates corporum figuras eſſe, tãgibiles dicuntur, ſed tangibiles eſſe non poſſunt niſi ſint corpora.

Tangere .n. & tãgi niſi corpus nulla poteſt res

Itaque innumeræ figurarũ varietates, variare faciunt omnia quę in vniuerſo ſunt.

Quare etiã atq; etiam ſimili ratione neceſſe eſt,
Natura quoniã conſtãt, neq; facta manu ſunt
Vnius ad certam formam primordia rerum
Diſsimili inter ſe quædam volitare figura.

Iam vero dulce, & amarum, calidum frigidum ſiccum, & omnia hæc quæ ſenſibus percipiuntur figurarum diuerſitate fiunt.

Vt facile agnoſcas è leuibus, atque rotundis
Eſſe ea, quæ ſenſus iucunde tangere poſſunt
At contra quæ amara, atq; aſpera cũq; vidẽtur
Hæc magis hamatis inter ſe nexa teneri
Proptereaque ſolere vias reſtringere noſtris
Senſibus introituque ſuo percum pere corpus.

Pergo ad alia, & (quoniam duo principia ſtatuuntur corpus & inane) forſitan arguis: natura enim abhorret vacuum. ſed ſi ita dicis, reſpondebo, naturam etiam abhorrere priuationem, quam inter principia conſtituis. Accipe ergo quomodo vacuum admittatur, & admittes ni peruicax es.

Omnis vt eſt igitur per ſe natura duabus
Conſtitit in rebus: nam corpora ſunt & inane
Hæc in quo ſita ſunt, & qua diuerſa mouentur

Corpora cum ſint, in loco eſſe opportet

ideo

Digitized by Google

ideò dixit *hæc in quo ſita ſunt.* Si moueantur quicquid viam occupat neceſſariò debet cedere idcircò addit, *& quæ diuerſa mouentur.* Hæc neceſſe conſiteare ſin minus cum ſtoicis, reiectis à Plutarco, fatebetis *corpus corporis eſſe locum, & corpus penetrare per corpus,* quo nihil abſurdius dici poteſt. Qua propter ita vacuum concedimus, vt vacuum nō dari ſit maxima naturæ induſtria, atque hinc eſt quod omnia, quæ mouentur, ad impediēdum hoc vacuum moueantur. Nam, quod attinet ad propriam conſeruationem, dummodo vacuum ſit impeditum, quidlibet in quolibet loco conſeruatur, nec oportet centri punctum imaginari, in quo cum omnes partes eſſe non poſſint, non poterit vnquam mundus ſuarum partium naturalem ſitum habere, atque hoc pacto quid niſi violentum ordinem, qui ſuauis eſſe deberet, imaginaris?

Retinent quidem partes ſua loca, & in officio permanent, niſi vi impediantur, & cum impediri omnes non poſſint, vna auulſa non deficit altera, ac proinde mundi integritas illæſa perdurat. corpuſcula namque ſuis peculiaribus inclinationibus prædita, cum primū fuerunt locata coagmentari cęperunt, poſtulat autem perfectæ coagmentationis ratio, vt in figuram rotundam euadat, etenim hæc figura eſt qua partes omnes inter ſe melius vniuntur. Aliæ figuræ, conſidera omnes, vel in hanc vel in illā partem diſtendi poſtulāt, circularis ſola diſtēſionem quoad fieri poteſt effugit. Stillę, nè cadant, contrahūtur in globum hanc figuram remotiſſimam eſſe ab iniurijs dixit Galenus 7. de vſu par. c. 7. atque ideò in libello de oculis, rotundos, ait, eſſe oculos. Sputa rotūda damnat Hippocrates 2. progn. 46 cauſa eſt quia ardorem plus nimio exſiccantem ſignificant; at exſiccantia partes quoad fieri poteſt contrahunt, contractę partes rotunditatem efficiunt. Hæc eſt cōgrua figura totius, quam etiam coagmentatę vniuerſi partes imitantur. quicquid .n. producitur ad orbicularem effigiem accedit.

Iuxta pondus à natura conceſſum corpuſcula conſiderantur, grauia inferius, minus grauia ſuperius, atque ea, quæ grauiora ſunt melius coniunguntur, hinc terræ denſitas, & quoniam non omnia perfectè compacta remanebunt, quę prius compinguntur fluidam efficiunt ſubſtantiā quę ad concaua loca delata eſt, vbi tellus ſponte ſua ſubſidēs aliquos

A ſinus aperuerat, atque ibi abyſſi ſunt copioſi, qui emergunt, & coniunguntur: quoniā contineri nequeunt, mariaq; & lacus, & flumina, efficiunt, quæ omnia, à ſuis voraginibus, ortū habent, & ad eaſdem tendunt ſic dicente ſapientiſſimo Salomone? *omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. Ad locū vnde exeunt flumina reuertuntur vt iterum fluāt.* Has ſubterraneas voragines & aquarū immenſitates nihil melius oſtendit quam hiſtoria à Seneca narrata lib. 5. nat queſt. c. 15. *Aſclepiodorus autor eſt, demiſſos quam plurimos a Philippo, in metallum antiquum olim*
B *deſtitutum, vt explorarent, quæ vbertas eius eſſet, quis ſtatus, an aliquid futuris reliquiſſet vetus auaritia: deſcendiſſe illos cum multo lumine, & multos duraſſe dies, deinde longa via fatigatos vidiſſe flumina ingentia, & cōceptus aquarum inertium vaſtos, pares noſtris, nec compreſſos quidem terra ſuper eminente, ſed liberæ laxitatis, non ſine horrore viſos.* fieri etiam aquas ex aere concreto alicubi non nego, & quod Ariſtoteles tanquam perpetuum tradidit, vt frequens recipio.

Demum in prima mundi organizatione, quę leuiora fuerunt, non poterant ſe ſe inui-
C cem bene aſtringere, ac proinde, in ſubſtantiam rariorem, efformata ſupernam partem occuparunt. talis eſt aer, qui quò altius tendit, eò purior apparet, atq; æther nuncupatur. cuius motus concauum rotunditatis circularis eſt, vt oſtendunt cometę, qui circulo reuoluuntur. Mouentur etiam circulari motu pulcherrima corpora, motibus tamen non eiſdē omnia. Nam lex naturę rebus omnibus ſācita eſt qua vniuerſa mundi machina regitur & gubernatur *Poſui* (inquit Dominus Iob c. 38.) *vectes & oſtia mari dixiq; vſq; huc aduenies & non procedes amplius, & hic con-*
D *fringes tumentes fluctus tuos* quemadmodum ergo mari ſuum pręfixum conſtituit motū ita & ſtellis quod ſolus ſupremus Artifex poteſt. Iccirco dicitur homini. *Nūquid coniungere valebis micantes ſtellas pleiades? aut gyrum arcturi poteris diſsipare. nunquid perducis luciferum in tempore ſuo? & veſperū ſuper filios terræ conſurgere facis? nunquid noſti ordinem Cæli? & pones rationem eius in terris?* Hec eſt fabrica totius vniuerſi in qua multa habet Philoſophus, quę admiretur. hoc tamen ita faciat vt neuticam à Sacrę hiſtorię veritate diſcedat alioquin non phyſiologum ſed pſeudologum appellabo.

FINIS LIBRI PRIMI.

STE.

STEPHANI RODERICI CASTRENSIS LVSITANI DE METEORIS MICROCOSMI

Liber Secundus.

PRÆLVDIVM.

V*EHEMENTER ſapere creditur is, qui ſuæ conditioni ingratus fragilitatem humanæ originis, & naturæ lamentatur. Ego autem nunquam magis quempiam deſipere contendo, quàm cùm hæc loquitur. Neque verò Plinio aſſentiar dicenti* miſeret, atq; pudet æſtimantem quàm ſit friuola hominis animalium ſuperbiſsimi origo. *Audebo potius dicere, miror equidem continuum miraculum (ſic hominem trimegiſtus appellauit) & illius cæleſtia, ferèque diuina primordia. Sacras literas, qui conſulat, hoc non negabit. At ſacræ literæ, inquies, hominem è terræ puluere ſuſceptum fuiſſe docent. ita eſt, ſed exquo puluere? à qua manu? ad quod exemplar? ampliſſimus eſt theologizandi campus. receptui canam, ne ſutor vltra crepidã. Vnum non ſilebo. Puluerem, de quo ſermo eſt, cunctarum magni mundi perfectionum fuiſſe participem, quibus paruus mundus exornatus, eaſdem in ſemen tranſmittit. Has non ideò diffitearis quia oculis non conſpicis, contemplare, & mente conſpicies. altiſſima viſui non ſunt obuia, ſed intellectui. Multa etiam ſupra captum intellectus noſtri ſunt, neque iccircò non vera. nobilitatem ſeminis ſi ab ijs quæ antecedunt non aſſequaris, venare ab ijs quæ ſequuntur. conſidera intra paucorum dierum ſpatium ex hac materia naturam Architectonicæ doctrinæ peritam ædificaſſe palatia, inquibus nobiliſſima anima habitat, vbi diſcurrit, vbi imperat, vbi recordatur. Totum hunc ſecundum librum, & artificio naturæ in ſemine, & nobilitati ſeminis in procreatione, & concentui procreati microcoſmi dicaui. Diſſecabis non ferreis inſtrumentis, ſed adamantinis rationibus, totum microcoſmum. Reperies potentias, à quibus gubernatur miro quodam ordine, & mutua viciſſitudine, inter ſe, concatenatas. adeò vt nulla ſit actio, quæ ab vna tantum facultate, omnino procedere ſit dicenda. nulla quæ aliarum noxas non ſentiat Vitalem, animalem, naturalem, conſtituunt communiter medici. Plato magis reſpiciens ad mores, iraſcibilem quæ eſt vitalis, rationalem quæ animalis, concupiſcibilem quæ naturalis vocatur. Has adeò diſtinctas exiſtimauit vt non tres vnius animæ facultates, ſed tres*

animas vnius corporis dixerit. Perperam quidem, quando inter eas communitas eſt maxima. ſentiat aut cogitet virtus animalis. nunquid hoc ſine vitali? minime. vitalis ſpiritum vitæ nuncium tranſmittat, hoc ne abſque naturali? negabit Ariſtoteles, qui tandiu viuere nos dixit, quandiu nutrimur. nutritio autem naturalis eſt virtus. Rurſus nutriat naturalis iſta num ſine igne vitali? ne momento quidem. ſic & membra animalis vis, ſine conſortio aliarum non mouebit. Sic nec vitalis permanebit, niſi ab animali reſpirationis munus accipiat, nec ab animali ſolum, ſiquidem reſpiratio prætèr animalem potentiam naturalem etiam agnoſcit. Vox, tuſſis, oſcitatio, pandiculatio, ſingultus, ſternutatio, deglutitio, fæcum, & vrinæ eiectio, omnia mixta ſunt, hoc eſt mixtas habent facultates à quibus imperantur. Microcoſmum ita conſtitutum in corpuſcula redigo, & in ſpiritus. In corpuſcula ne & ſpiritus? At iſta opinio, duarum ſectarum opinionem ſapit, vna eſt atomizantium quales fuerunt Democritus, Aſclepiades, & reliqui, ad atomos omnia reducentes. Altera pneumaticorum quales Eraſiſtratus, Athenæus, & alij in ſpiritibus omnia conſtituentes. Forſitan iſtæ duæ ſectæ inter ſe non diſſidebant. Nam quid prohibet ea quæ ab illis atomi appellabantur ab iſtis ſpiritus appellari? ſi ita non vis, & eos ſibi inuicem aduerſantes eſſe autumas, ſcito nihil mihi antiquius eſſe, quam ex vniuſcuiuſq; doctrina flores eligere vt (ab apibus edoctus) in ea, quam profiteor arte, mellificare contendam.

MICRO-

MICROCOSMI ORIGO AB ALIIS num rectè tradita ?

CAP. I.

LEPIDE Plutarchus, in ſuis
quæſtionibus conuiualibus,
& Macrobius in ſuis Satur-
nalibus quærunt, auis ne
prior, an ouum extiterit?
Cæterum reſponſiones fru-
ſtra excogitarunt; nam, ſi Ariſtotelis viam
tenent, nihil fuit prius: quia Mundi nullum
fuit principium. Si creationem agnoſcunt,
omnia in ſtatu maturitatis & perfectionis,
hoc eſt facientia ſemen ſuum, creata fuiſſe
dicent. Qua propter homo (non minus, quã
reliqua omnia) in ea ætate fuit factus, in qua
potuit liberos procreare, fuit ergo, cum ſemi-
ne, creatus, ac proinde creatum fuit ſimul cũ
eo, ſemen, quod cõtinua ſuggeſtione fouetur.

Semen aliqui colliquamentum eſſe exiſti-
marunt. verum. res maximè naturalis, nem-
pè ſemen, cui humanę ſpeciei propagatio de-
betur, rei maximè præternaturali, qualis eſt
colliquatio, immeritò tribuitur. quod ſi per
colliquationem ſemẽ fieret, obeſi, queis mul-
ta ineſt pinguedo, & valetudinarij, præcipuè
que hectica laborantes, qui plurimum liquã-
tur, plurimum etiam haberent ſemen. Præ-
terea (vt Ariſtoteles optime animaduertit)
ſemen conceptaculum deſtinatum habet,
colliquamento nullus à natura peculiaris eſt
locus. Demum colliquatio lædit ſemper, ſe-
minis excretio non nunquam iuuat, vt ait
Galenus lib. art. med. c. 86. qui 6 de loc. af-
fect. c. 5. Diogenem Cynicum laudat, virum
alioquin omnium mortalium, quod ad con-
tinentiam pertinet, conſtantiſſimum, is li-
bidini tamen indulſit, non à copulata illi vo-
luptate, veluti bono aliquo illectus, ſed vt no-
xam, quæ à retento ſemine prouenire ſolet
euitaret.

Ariſtoteli, & Athenæo ſemen vltimi ali-
menti excrementum eſſe placuit, quibus li-
benter conſentit Galenus 2. de ſem. c. 5. Con-
ficit Ariſtoteles argumẽtum, à partium enu-
meratione. Quicquid in corpore contine-
tur, aut eſt pars corporis, aut alimentum, aut
colliquamentum, aut excrementum. ſemen
pars corporis non eſt: nihil enim ex eo per-
manente conſtituitur, neque ab eius excre-
tione mutilum redditur animal, non item eſt
A alimentum: nam ſi ſic nõ excerneretur. mul-
to minus colliquamentum, vt ſupra demon-
ſtrauimus. Relinquitur vt ſit excrementum.
Attamen non video cur ſemen dicatur ex-
crementum cum ſit ſimul alimentum: teſtes
enim ad propriam alitionem, ſemen confi-
ciunt, quod ſi pars, quæ ſupereſt eiaculatur,
id non eſt de excrementi ratione, nam ſan-
guis, qui per hæmorrhagiam exit, non ideo,
quod excernitur excremẽtum appellabitur:
At dicunt Ariſtotelicæ Doctrinæ ſectatores,
eſſe quidem excrementum, ſed excrementũ
B vtile vltimi alimenti, quia ſaturatæ partes tã
ſolidæ, quam carnoſæ, reſiduum in venis re-
linquunt, reliquiæ hæ ſenſim, paulatimque
trahuntur à teſtibus, vbi in ſemen euadunt.

Non tamen videtur hæc ratio recipienda;
quoniam id, quod ad teſtes, pro conficiendo
ſemine, trahitur, eſt ſanguis (vt oſtendunt
ij, qui plus nimio venerem exercent, ſangui-
nemque non nunquam, pro ſemine effun-
dunt) ſed ſanguis non eſt vltimi alimenti ex-
crementum, nam cum vltimum alimentum
eſſe incipit, iam deſinit eſſe ſanguis. at excre-
C mentum, non eſt prius re illa, cuius eſt excre-
mentum, Ac præterea quis ſanguinem incul-
patum excrementi nomine infamabit? nec
tamen defuit, qui excrementum eſſe dixe-
rit, quoniam excretionem poſtulat, quando
ſcilicet quantitate peccat, ſed hoc inaniter
eſt dictum: neque enim idem eſt ſuperfluum,
& excrementum, alioquin ſanguis in habitu
athletarum excrementum diceretur.

Præterea vtile excrementum dicere con-
tradictionem quamdam inuoluit, cum de ra-
tione excrementi inutilitas eſſe videatur.
D Hanc appellationem non nulli moderantur
appellantes ſemen excrementum ſola quan-
titate peccans. quibus etiam non omnino aſ-
ſentior: nam ſingula noſtri corporis membra
id accipiunt, quo refici poſtulant, quod verò
ſuperfluit, dummodo ſit bonum non ſubito
excernitur, ſed expectat donec quod prius
aſſumptum eſt conſumatur, nouamque refe-
ctionem membra deſiderent. Hinc eſt, quod
ſi ſecundum cibum ante primi omnimodam
conſumptionem ingeras, corpus grauabitur,
& hoc non fieret, ſi reſiduũ teſtes ſtraherent.

F 2 Tan-

Tandem quod remitti dicunt ad teſtes, vel fit ex pultrice partium, vel attractrice teſtium,non partium ex pultrice: etenim hæc vnicuique membro data eſt, vt ſolummodò reijciat à ſe in vicina emunctoria,id quo grauatur, non autem vt per tot anfractus ad remotiſſimam partem,cum qua nullum eſt cõmercium, id dirigat. non etiam fit ab attractrice teſtium: nam quis dixerit teſtes tanta præditos eſſe trahēdi facultate,vt à toto corpore poſſint prolectare materiam,cum nulla habeant vaſa, quæ per totum excurrant, vt iecur venas, cor arterias, cerebrum neruos?

Inſtat tamen Argenterius inquiens,vt veſica, quæ recipit vrinam,aquoſum humorē elicit à ſingulis partibus tanquam ſibi familiarem: ſic teſtes, quod in ſanguine, pingue, & oleoſũ eſt, vndequaque trahunt,cum exit ſemen in illis elaboratum, naturali appetitu ſimul cupiunt repleri, atque ita commouent à toto corpore materiã, & ea deciditur à ſingulis membris, ad teſteſque deſcendit. Sic ille,qui multipliciter confunditur. in primis ſi excrementum vltimi alimenti ſemen eſſe vult, quomodo ſolam materiam oleoſam,& pinguem teſtes trahent? ſanè non hæc ſola eſt reſiduum alimenti membrorum, immo hæc ſola non eſt reſiduum, cum præcipuum ad reſtaurationē primogenij humidi locum teneat. Deinde perperam rem incertam pro certa ſupponit, immo falſam pro vera, nam veſica non allicit vrinam ex toto,ſed ad ſummum ex renibus; renes etiam non ex vniuerſo corpore trahunt. Hoc quomodo fiat ſic accipe; membra ſingula vrinam, quæ purum eſt excrementum, nullique alitioni vtile, expellunt vſque ad emulgentes, inde ſugitur à renibus, hinc à veſica. Denique præpoſita comparatio inter vrinam, quæ trahitur à veſica,& ſeminis materiam à teſtibus, paritate caret, fit enim inter vrinã,quæ (vti diximus) excrementum quoddam eſt,& materiam ſeminis,quam ſanguinem exquiſitum eſſe dubitabit nemo.

Nec etiam admittenda eſt eiuſdem ratio, qua probare contendit proximam ſeminis materiam ex ſingulis membris trahi: inquit enim hoc factum eſſe à natura, vt animalia ad coitum, & generationem allicerentur ob eã, quæ fit illius materiæ commotionem,& excretionem à toto. Erroneum hoc ſanè eſt, nam dum coeũt animalia, & oblectationem ſentiunt, materia non trahitur à toto, quo-

A modo enim poſſet momento temporis, & trahi, & concoqui, & in ſeminis naturam tranſire.

Aliqui, ne ſemen excrementum appellare videatur,dicunt eſſe partem alimenti proximi antecedentem membrorum nutritionem, hi tamen rationes, quas ſuperius attulimus, non effugiunt: ſeminis namque materiam non ex vniuerſo corpore trahi poſſe oſtendimus.

Quod ſi ſeminis materia è ſingulis membris non trahitur,multo minus ipſum ſemē, liceat hac in parte præclariſſimis viris Hip-
B pocrati, Platoni,& Empedocli, non aſſentiri; ſed rationes, quas aduerſus eos probatiſſimas affert Ariſtoteles in medium proferre.

Prima, vel partes in ſemine diſtinctæ ſunt, & ſic non viuunt, vel coniunctæ, & ita paruum animal potius quam animalis ſemen, efficiunt.

Deinde genitalia membra cuius rã erunt? quoniam aliter ea habet mas, aliter fœmina, & tamen, cum ſemen totum ab vtroque ſecedat, vtraque membra conformare debet, quapropter continget ſemper fœtum eſſe hermophroditum.

C Præterea, ſi fœminæ ex omnibus membris ſemen excidit, & conceptaculum habet, quare non ſe ipſa abſque maris coniunctione generabit?

Quomodo etiam fieri poteſt, vt coniungantur in ſemine diuerſæ partes,& ſuum vnaqueque ſitum,locumque conſeruet, ſuperior, inferior, dextra, ſiniſtra; prior, poſterior? hæc enim omnia non ratione ducuntur.

Amplius cum partes corporis,vel ſimilares, vel diſſimilares, inter ſe diſtinguantur, nempe ſimilares vt oſſa, nerui, affectibus, duritie v.g. & mollitie. diſſimilares,vt lin-
D gua,manus,facultatibus, hoc eſt,quia lingua diuerſa efficere poteſt,quàm poſſit manus, non poſſunt diuerſiſſimæ inter ſe partes vniforme ſemen efficere, atque ita partes ſeminis cum partibus à quibus ſecedunt non erũt vniuocæ,neque è carne caro, è ſanguine ſanguis fiet. Si verò vniuocæ non ſunt, ſed ſanguis ab alio,quod ſanguis non ſit ſecedat,iam ſimilitudo filiorum ad patres non ex eo proueniet, quod vnaquæque pars ſeminis, vnicuique corporis parti reſpondeat, ac proinde non valebit ratio eorum, videlicet, iccircò filios parentibus eſſe ſimiles, quia ſemen ab omnibus membris ſecedit.

Vltra

Vltra hæc ſi ſanguis non gignitur ex ſanguine, nec caro ex carne, cur non omnia ex vno gignentur? nam eadem eſt ratio in vno, quæ in omnibus.

Quo pacto etiam augebitur ſemen, ſi ex toto ſecedit? nam cum ſanguis accedit, vt ex illo ſemen augeatur, vel ſola augetur pars illa ſeminis, quę ſanguis eſt, ſanguine non mutato, & ſic, quidem non augetur ſemen ſecundum omnes ſui partes, vel augetur quidem ſemen mutato ſanguine in ſeminis ſubſtantiam; at ſi ſemen hoc habet vt ſanguinem poſſit mutare, cur id non habuit ab initio, nempe poſſe mutare ſanguinem, & carnem, non verò eſſe ſanguinem, & carnem. quod ſi dicas temperatione augeri, vt vinum permixtione aquæ, nimis ſincerum finges eſſe ſemen, cum tamen in eo conſtituas diuerſas partes, ex diuerſis partibus deciſas.

Ad hæc: quemadmodũ ex infœcundis vi medicamentorum fiunt fœcundi, ſic etiam ij, qui fœmininis gignendis ſunt habiles per medicamenta gignẽdis maribus habiles redduntur, fitque ſola temperiei permutatione ſemen maſculinum, quod fœmineum ſolebat eſſe, igitur fœtum eſſe fœmineum non ideò eſt, quia pars ſeminis ex parte, quam fœmina propriam habet v. g. ex vtero deciſa eſt, nec rurſus fœtum eſſe maſculinum cõtingit; propterea quod ſeminis aliqua pars à membro virili ſecedit, nam ſi hoc ita eſſet, & ex vtero matris ſemper generaretur, vterus filiæ, aut ex membro virili patris ſemper filij, membrum virile non poſſet per ſolam temperiei mutationem ſemen nunc marem proferre, nunc fœminam. quod dicimus de vtero, & membro virili, idem de reliquis partibus ſit dictum. ſic Ariſtoteles, cuius hęc vltima ratio, a nobis non recipitur infra cum de filiorum ad maiores ſimilitudine diſſerimus.

Reliqua argumenta, quæ ex aliorum animantium naturis deſumpſit, libens prætetire volo: neque enim ex alijs ſpeciebus ad humanam, argumentum ſumere, mihi placet.

Galenus rationem affert ex anatomia deſumptam; nimirum vena, & arteria ad vtrũque teſtem an fractuoſa deſcendit. ac in ijs anfractibus ſanguis prius quam ad teſtes perueniat incipit albeſcere, vnde cõſtat ibidem eſſe vim ſeminis effectricem.

Pro Ariſtotele item eleganter Fernelius agit, nam vel ſemen deciditur à minimis par- A ticulis, & ſic, quia non datur minus minimo, vniuerſæ particulæ erunt ſemen, quapropter vnico concubitu totum corpus in ſemẽ quaſi liquatum diffundetur, neque enim aliter fieri poterit, nam non poſſunt dari fragmenta minimæ particulæ, quam ſolum cogitatione comprehendimus.

Vel deciditur ſemen ex particulis manifeſtis ſimplicibus, aut compoſitis, & hoc eſt impoſſibile; quoniam oporteret eſſe in magna quantitate, vt fœcundũ euaderet. Quomodo enim tam parua ſeminis copia aliquid è ſingulis partibus accepiſſe poteſt? præterea B ſemen totum ſimplex quędam ſubſtãtia eſt, & quælibet eius pars fœcunda. quod cognoſces ex ijs animalibus, quæ vnico coitu multiplices fœtus procreant, imo, & ex homine, qui vno concubitu ſaltem geminos gignit.

Rationes, quibus veteres probarunt ſemẽ ex vniuerſo corpore decidi, facile, ex ipſius Ariſtotelis dictis, ſoluuntur; prima ſumitur à voluptate ex ſeminis emiſſione, in toto corpore excitata, quæ talis eſt, vt Democritus coitum paruam appellauerit epilepſiam, nimirum propter magnam, omnium membrorum, tum concuſſionem, tum etiam diſſolu- C tionem, quod non videtur ob aliud fieri, niſi quia vndequaque, tam ex partibus ſolidis, quam ex carnoſis, & ſpiritualibus, ſemen prodeat. Huic rationi reſpondendum videtur, non eſſe credibile momento temporis, ex ſigulis partibus in teſtes, & iaculatoria vaſa ſemen deriuari: etenim ſi quoniam ſemen ab omnibus membris deciditur, oblectatio ſentiretur non repente, ſed ſenſim talis oblectatio fieret, dum nempe ab vno in aliud membrum illabitur, nec præterea quia delectatio fit in toto, ideò ſemen à toto defluit, nam etiam in pruritu vniuerſum corpus titil- D latur, cum tamen vnica tantum pars prurigine afficiatur.

Longe alia eſt prædictæ delectationis cauſa, quam referre non piget. Semen igneũ, ſpumoſum, dum genitalia membra, quæ exquiſitiſſimi ſunt ſenſus ſuo motu titillat, ac veluti prurigine quadam afficit, vniuerſum corpus in ſympathiam trahit. ſic membrana affecta, totum membranoſum genus dolet, eiuſdemque titillatione totum corpus geſtit, & commouetur.

Secunda ex mutilis, mutili naſcuntur. Hoc ideò fit, quià à parte mutilata nulla ſeminis portio mandatur. Reſpondemus hoc

non

non eſſe perpetuæ veritatis dogma, imò po-
tius à dearticulatis perfectos, plerumque gi-
gni, nec recipienda eſt futilis quædam Ar-
genterij diſtinctio, dicentis, eos, qui natura
ſunt claudi, claudos ſolere procreare, quo-
niam teſtes habent, in quibus vis reſidet, quę
naturam ſingularum partium refert. in clau-
dis verò, & mutilatis caſu, rem aliter ſe ha-
bere; non enim claudus claudum generat,
quippe teſtes facti ſunt in prima conforma-
tione cum integris alijs omnibus partibus,
quarum vim, & formam integram, & per-
fectam illi referunt.

Inanis eſt hæc diſtinctio, quippe quam
macrocéphali refellunt: ſiquidem priores ca-
put longum non natura ſed arte factum ha-
bẽtes filios nihilominus macrocephalos pro
creatunt, vt iam conſtet eos qui non à natura
defectum habent poſſe etiam filios tali de-
fectu ſignatos gignere. Pręte ea inani nititur
fundamento, nempe teſtes ſingularum par-
tium naturam referre, hoc quomodo proba-
re poterit? aut quis dicet eos carnis, aut oſ-
ſis, aut aliorum, cum quibus ſimilitudinem
nullam habent, referre naturam? eſſent qui-
dem ſic Microcoſmi compendium, & longe
corde, & cerebro nobiliores, quos Ariſtoteles
adeò contempſit, vt non magis corpori vti-
litatem præſtare putauerit, quam pondera,
quibus textrices ſuas telas, ne relaxẽtur ten-
ſas habent, atque ita teſtes conſeruando ro-
bori inſeruire, quod tamen quamuis à veri-
tate alienum eſſe Galenus luculenter demõ-
ſtret, nihilominus nunquam dixit teſtes vim
omnium membrorum formatricem habere.

Tertia ratio deſumitur à nimia omnium
membrorum diſſolutione, quæ fit per coitũ.
Ad hanc reſponſio in promptu eſt, reſolutio
namque fit ob exhauſtas alimenti reliquias,
& ſpiritus ab immodica venere conſumptos,
quibus partes defraudatæ contabeſcunt, ita
vt ab Auicenna dictum ſit, quadrageſies
plus diſſoluere ſeminis, quam ſanguinis eua-
cuationem.

Quarta. Nati omni ex parte parentibus
ſunt ſimiles. hæc altioris eſt contemplatio-
nis, quam in alium locum remittimus. Inte-
rim ſcire ſufficit ſimilitudinem non tñ à ma-
teria ſeminis craſſiore, quam à vi formatri-
ce ſingulis partibus inſidente, & teſtibus at-
que ſemini per ſpiritus influentes commu-
nicata profluere.

A *Autoris ſententia de origine mi-*
crocoſmi.

CAPIT. II.

SIMIS longum eſſet, fa-
ſtidioſum, ac penitus inuti-
le ſingulas, de primordio tũ
natura, opiniones, & recẽ-
ſere, & in examen trahere,
qua propter, quæ noſtra ſit
ſententia, quibuſque fundamentis fulciatur
B exponemus.

Seminis materia (quod longè facilius, &
naturæ ordini accõmodatius videtur) non
aliorum membrorum, ſed ſolummodo te-
ſtium reſiduum eſt. huius rei veritatem iam
aperire aggredimur. Sunt membra aliqua,
quæ proprius officinas vocaueris, hæc non ſo-
lum trahunt id quo ad propriam nutritionẽ
egent, ſed aliquid vltra, quod in alios vſus,
vel remittant, vel reponant. Prædicta mem-
bra maiore, tum facultate, tum capacitate
pollent ventriculus v. g. per gulam cibos (vt
Galenus ait 3. nat. facult. cap. 8.) veluti per
C manus ad ſe trahit, & chylum in loco am-
plo non ſolum in ſui ipſius, ſed in totius etiã
corporis gratiam conficit, ex quo accipit eam
partem, qua indiget, reliquum ad hepar tran-
ſmittit. Hepar (dixit idem Galenus 5. de
loc. affect. c. vlt.) meſeraicis, quaſi manibus
chylum trahit, vſque ad portas, vbi os patet
amplum, inde que, per innumeras venas mi-
ro artificio implicatas, trãſiens, à parenchy-
mate omni ex parte, contactu mutatur, in
ſanguinem alitutum ipſum hepar, & quod
ſupereſt, per veniarum propagines diſtribui-
tur. Vbera potenter operantur, capacitatem-
D que habent, veniarum myriadibus inter tex-
tam, ibi eſt lactis officina in alimoniam par-
tus, & ſubſidium noui fœtus. Nam venæ, quę
illic ſunt (teſte Galeno 14. de vſu par. c. 8.)
latitudinis, & longitudinis ſunt tantæ, vt non
modo fœtum affluenter nutriant, verum etiã
ſuperfluum quidpiam ſemper congerant. Ita
denique teſtes, venas non paruas à caua, per
eaſque copioſum ſanguinem, recipiunt, ex-
quo album ſuccum conficiunt ſibi ipſis ido-
neum nutrimentum, quicquid verò ſupereſt
in ſemen reponunt. Hic eſt naturæ ſuaui-
ter omnia diſpenſantis ordo, ne attractoria
vis teſtiũ, à ſingulis partibus reliquias emen-
dicando

Digitized by Google

dicando vſque ad extremas parui mundi regiones peruadere cogatur. Nam non eſt cur procul à ſe quærant id, quod proximum habent. Valida certè attractatotia vi præditos eſſe ſcio, & ita ſapienter à natura eſt inſtitutum: quia (vti diximus) trahunt in duos vſus nutritionem ſui, & fœtuum procreationem, quæ enim membra ad duos trahunt vſus, duo habent reliquis membris maiora, capacitatem ſcilicet loci, & trahendi facilitatem. Sed nõ ita valida teſtium attractio eſſe debet, vt à toto corpore poſſit ſuccum prolectare: nulla enim à teſtibus (vt diximus) oriuntur vaſa, quæ per totum excurrant. Nec ſingulæ partes, ſi vis teſtium ad eas accederet, id remitterent, quo paulo poſt indigerẽt, præcipuè cum à nulla praua qualitate moleſtentur, imo neque à quantitate, quantitas enim non grauat, niſi partem in qua recipitur, at ſanguis alturus membra non dum à membris eſt receptus, vt poſſit ea grauare. Durum inſuper eſt, flumen, quod non longè diſtat, hoc eſt venam cauam relinquere, & exiguos, diſtantiſſimoſque riuulos, venas inquam capillares conſectari.

Magnetica vis, de qua paulo poſt dicturi ſumus, vnicuique ineſt mẽbro vt trahat partem alimenti cum qua ſimilitudinem habet, non aliter ac plantę radicibus ſuis quaſi manibus à terra, ſimile, & neceſſarium trahũt, ſic docente Hippocrate. Igitur cum teſtes coagulari ſeminis, quemadmodum iecur sãguinis, mamillæ lactis coagulari, ſpecimen referant, eum trahent ſuccum, qui ſemini iuxta cognationem ſuam omnino eſt ſimilis; neque in hoc ab arterijs, neruis, oſſibus differunt. hæc enim membra, & reliqua albedinem præ ſe ferentia, adeò ſpermatica dicũtur, quia, vt Galenus lib. 1. de ſemin. c. 5. aduerſus Ariſtotelem multis probat, è ſemine ſunt genita, ac proinde ſemini ſimillimã materiam, ex qua nutriantur ex poſtulant, etenim gigni, & nutriri ex eodem ſunt.

Duplex inter ſpermatica iſt hæc membra, & teſtes diuerſitas apparet, prima, quod illa ſibi tantam portionem trahunt, quanta nutritioni ipſorum ſufficit, & nil amplius, at teſtes potentiori attractrice præditi, & in ſuam ipſorum nutritionem, & in ſeminis elaborationem operantur. Vnde iis, qui immoderatè veneri indulgent, cum eorum teſtes amplius, quam oportet trahant ex illo ſucco, qui membris ſpermaticis nutriendis eſt aptus, ta-

A lia membra portione debita fraudantur, ac proinde debilitantur, cumquè in ipſis corporis robur cõſiſtat totum corpus debilius redditur, nec tamen hæc ſola eſt debilitatis in coitu ſuperfluo cauſa, ſed alia inferius aſſignabitur.

Altera diuerſitas eſt, quod membra, quæ ſpermatica vocamus, ſuccum habent non prolificum, idem etiam dicendum de vaſis ſeminarijs. At ſuccus, qui in teſtibus continetur, prolificus eſt: quia talis ſuccus per arterias, neruos, & venas ad teſtes prouenientes, fœcundatur. recipit enim magnam
B tum vitalium, tum vegetabilium corpuſculorum quantitatem, quæ verum ſunt ſemen, reliquam namque ſubſtantiam, potius ſperma ſiue geniturain appellaueris, verum ſemen quinta eſſentia eſt mirabili diues facultate, neque colorem ullum neque manifeſtam poſſidet qualitatem, quam ſi haberet illam genito impartiret atque ita omnia membra vnius eſſent coloris, ſaporis, & odoris, & æthiopes ſaltem à nigro fierent ſemine.

Quęri ſolet hoc loco num ſemen ſit animatum, & viuat? Multi vitalis muneris plus
C nimio auari, illud ſemini negant, tum quia, non eſt corpus organicum, cuius anima dicitur actus, tum quoniam non nutritur imo eſt nutrimentum: nam in primis eo nutriuntur teſtes deinde generationi inſeruit, & quod in nutritione eſt cibus, id in generatione ſemẽ. Tum etiam quia nihil operatur: vnum quodque enim viuit propter operari, ſed quæ nam erit ſeminis operatio nunquid generatio? attamen generatio non fit niſi per ſeminis corruptionem, quapropter in ſui ipſius perniciẽ operabitur, quod rerum naturæ aduerſatur.

Ariſtoteles vitam in ſemine agnoſcit, ve-
D rum imperfectam: quamuis enim 2. de gener. animal. c. 3. ita ſcriptum reliquerit *nihil minus ſemina, & conceptus animalium viuunt, quam ſtirpes, & aliquandiu prolifica ſunt, ergo animã in ijs haberi vegetabilem palam eſt* tamen prius cap. 11. eiuſdem libri ſcripſerat *ſemen igitur et habere animam, & eſſe potentiam palam eſt*, animam potentia habere dixit, quod licet aliqui intelligant in actu primo, qui actus eſt potentia ad ſecundum, veriſimilius videtur, illum intellexiſſe, vitam potentia, hoc eſt, non quemadmodum ea, quæ per ſe ſeparata exiſtunt, & actu per ſe vitę munera exercent, ſed veluti partes vi-

tam,

A tam, quam habent, tunc ſolum exercent cum ſunt in ſuo toto. hanc fuiſſe Ariſtotelis mentem collige ex ipſius verbis in fine capitis quæ ſic habent. *Sed habeat ne ſemen animam necne, ratio eadem ac de partibus reddenda eſt; neque enim anima vlla eſſe poteſt in alio, niſi in eo, cuius eſt, neque pars vlla eſſe poteſt, quod particeps anima non eſt niſi æquiuoce, vt mortui oculus* & re vera ſemen, cum non niſi vt pars nutriatur, non niſi, vt pars viuere dicenda eſt. quod Ariſtoteles manifeſtius docuit c. 3. inquiens *animam igitur naturalem, in ſeminibus, atque conceptibus non ſeparatis, haberi poteſtate ſtatuendum eſt,* B *non actu, & re ipſa, prius quam eo modo, quo conceptus, qui iam ſeparantur cibum trahāt, & officio eius anima fungantur* quaſi dixerit habent animam, ſed non eius officio ita funguntur, vt cum fœtus iam eſt formatus, hinc Galenus lib. de marc. c. 1. *viuorum*, ait, *tria ſunt genera, animalia plantæ, ſemina* innuens vitam ſeminis, vita animalium, & plantarum eſſe inferiorem.

Profectò nobis, qui (vt ſuo loco fuſius dicemus) ſanguinem, & ſpiritus animatos eſſe C exiſtimamus, nihil videtur difficile ſemen, quod ſanguis elaboratus eſt, vitæ munere præditum eſſe. neque rationes in aduerſum quicpiam conuellunt. Nam cum opponitur, ſemen eſſe ſimilare, animam autem actum corporis non ſimilaris, ſed organici, Ariſtotelici, qui ſemen potentia tantum animatum eſſe dicunt, facile effugiunt, reſpondentes ſemen eſſe potentia tantum animatum, & organicum. Simplicius lib. 2. de ani. cap. 6. reſpondet, animam eſſe actum corporis organici, duplici ratione. prima ſecundum quā organum effingitur, formaturque, vt ſit animæ organum. Altera verò ſecundum quam D vtitur organo iam formato; illa eſt in ſeminibus, & conceptibus, hæc verò in editis iam animantibus. Dicunt alij ſemen non prorſus eſſe ſimilare: partem enim æthercam habet, & ſpirituoſam, quæ diuerſę rationis eſt, à craſſiore, & magis corpulenta ſubſtantia. Quin in parte illa ętherea, verius reſidere animam, eſt enim apud Galenum *ſpiritus is per ſe mobile principium*, & Ariſtoteles etiā 2. de ger. feminum fœcunditatem in ſpiritū retulit. Verum iſti autores, licet ex parte recipiendi ſint, quia (vti dicemus) in ſpiritu vita conſiſtit, in reſponſione tamen duo inuoluunt, reprehenſione digna. primum quia dicunt ſemen non eſſe omogeneum, quoniam conſtat altera parte ętherea altera craſſiore, quaſi vero aliquid in rebus creatis reperiatur, quod diuerſitatem hanc non habeat. Alterum quia cum dicant ſemen eſſe organicum quia partes ei inſunt diſſimilares ac proinde eſſe animatum, rurſus addūt animam eſſe in ſola parte ſpirituoſa, atque ita recidunt in eamdem foueam, ſi quidem in parte nimium ſimilari animam conſtituunt. Dicēdum igitur animam ita eſſe actum corporis organici, vt ſimul ſit actus omnium partium eius, licet partes ſint ſimilares, alioquin nec nerui, nec oſſa, vel alia ſimilia eſſent animata. ſemen autem & embrion: quia nutriuntur vt partes, pro partibus reputātur.

Quod vero ſemen corrumpatur, vt generationis munus obeat, non in conuenit: corrumpuntur enim partes craſſiores, quibus vis generandi non in eſt, vt ſcilicet quę generādi vim obtinent poſſint ſuum officium liberius exercere, & quæ corrumpuntur alteri vſui inſeruiant, de quo poſtea. ſed obijcies, ſi omnia volumus ex corpuſculis cōponi, cur partes alias alijs craſſiores conſtituimus? reſpōdeo id fieri; tum quia partes alię alijs magis conpacta inter ſe habeāt corpuſcula, propter figuras inter ſe melius aut deterius cohærentes: tum etiam corpuſcula alia alijs eſſe craſſiora, vtrumque cecinit Lucretius ſuis verſibus.

Nec tamen ſemper in venis tanta huius materiæ quantitas inuenitur, quanta pro inculpato ſemine conficiendo ſit ſatis; nihilominus attractrix facultas, nunquam otioſa, primò (vt ait Hippocrates) familiarem attrahit, deinde & reliquam, quando vero non admodum familiarem inuenit, nec attrahit, tunc attrahit diuerſam. quare ſemen conficitur, ſed in fœcundum. vnde ſterilitatem ex parte maſculi fieri non nunquam contingit, aut fœtum exire hæreditaria lue fœdatum, ac aliquando etiam monſtra ob ſeminis ineptitudinem conante natura, nec ad debitam formam reducere potente. licet hęc alijs etiam ex cauſis fieri poſſe paulo infra dicemus.

Materia ſic parata, ad huc præſtantiſſimo operi non eſt ſufficiens, niſi adſit id, quod (vt Ariſtoteles ait) facit vt fœcunda ſint ſemina. ij ſunt ſpiritus, quos Hippocrates impetum facientes vocat; quibus, ſi ſemen deſtituatur, vt in gonorrhæa, iam non amplius

verum

A

verum ſemen, ſed analogicè appellabitur. Quippe mortuum ſemen tale eſt, ſic manum mortuam, manum appellamus. Spiritus igitur per arterias, à trunco deſcendentis aortæ procedentes accedunt ad teſtes, vbi arteriæ coniunguntur cum venis; quarum dextra immediatè, à trunco deſcendentis cauæ, ſiniſtra ab emulgente oritur. Tandem ſpiritus huc elapſi, iam non amplius influentes ſunt, ſed implantati, ab influentibus tamen nutriti, eaque eſt maxima teſticulorũ dignitas atque ideo in eo, qui plus nimio Venere vtitur magna ſpirituum quantitate in officinam ſeminis irruente, remanent pauciſſimi, quare ob eorum defectum, debilius operantur facultates, ſentiturque debilitas in vniuerſo corpore, ſed præcipue in capite: tum quià cerebrum plurimis indiget ſpiritibus; tum etiam quia tractoria vis in cerebro tanquam in magis longinqua, extremaque parte, melius ſentitur, & quemadmodum per famē ſolus ventriculus triſtem ſenſationem percipit, quia reliquæ partes trahentibus cedunt, nempè membra vaſis, vaſa hepati, hepar ventriculo, & ſic in ſolo poſtremo ſequitur continui ſolutio. Ita etiam ſpirituum defectus ex vna parte alteri ſuppletur, cerebrum vero vt pote extremum, non habet vnde ſibi defectum ſuppleat. Denique ſpirituum multitudo, continua agitatione, ſemen reddit ſpumoſum. multaſque bullas habens (vt Ariſtoteles teſtatur) præ exiguitate inuiſibiles.

Reponitur etiam in teſtes paululum vrinæ, tum vt acrimonia ſua, prutitum, ac pro inde delectationem, quæ in coitu neceſſaria eſt, ad augeat, tum etiam vt ſalſedine virtutem excitet: quare quemadmodum multa ſalſugo ob ſiccitatem ſterilitatis eſt cauſa, & ideo campi aqua maris irrigati in fœcundi redduntur, ita etiam pauca fœcunditati cõfert, qua propter agricolæ ſtercore, & cematarum ſtirpium cineribus, quorum vtrumque ſalis aliquantulum habet, campos reddunt fœcundiores. Semen igitur iam perfectum ſpiritibus ebulliens, & ſalſedine pruriens locum dedit poetarum fabulæ, qui Venerem aphroditam ex maris ſpuma ortam canunt.

Spiritus is eſt principium per ſe mobile ac ſub inde animatum, cuius natura cœlitus data diuinitatem præſefert. & quoniam varia producit organa ſimilitudinem quamdã habet cum elemento ſtellarum. Quemadmodum enim cuncta, quæ in ſublunari regione fiunt à Cœlo proficiſcuntur, varia quidem illa, multiformiaque, ſic proportione reſpondere videtur ſeminis virtus virtuti cœleſti.

De Virtute formatrice.

CAPIT. III.

B

COELESTI virtute ſpiritus illuſtrati generationi habiles fiunt, non ita tamen, vt credamus præclarum generationis munus, à ſimplici natura ſeminis, licet tanto artificio fabbricati, ſed ab alia longe preſtantiore, procedere, quod probatur ex eo, quod res naturales per ſuas particulares naturas eatenus poſſunt agere, donec paſſum ſibi omnino ſimilem teddant.

Semen omogenea ſubſtantia eſt: nam quamuis plantarum ſemina eterogenea videantur,

C

id, quod in eis vere ſemen eſt omogeneum apparet, quippe albeſcit, lacteſcitque: membrana verò, quæ exterius medullam circundat, vim teſtium, & ſcroti refert. Vnde ergo habebit ſemen, omogeneum cum ſit, vt tam diuerſas partes, membraque nunquã à propria ſpecie, & multoties, nec à propinquis indiuiduis recedentia, queat formare? huius rei cauſam indagando, defatigatus Galenus, qui nihil ſe præter naturæ nomen vulgo omnibus conſuetum audire queritur: *nullus enim* (ait ille) *adeo ſtultus eſt, qui non intelligat quamdam fœtuum generatio-*

D

nis cauſam, quam naturã ignorata eius ſubſtantia appellare omnes conſueuimus.

Cæterum nomen naturæ non temerè, ab antiquis vſurpatum fuiſſe, ex ipſo Galeno ibidem cognoſcimus, licet dum multorum recitat opiniones, quaſdam nimis ambitioſus non admittit, alias parum curioſus nõ ſcrutatur.

Difficile videtur illi, vel Deum, vel naturam creatam poſſe formatricem cauſam appellari, *nam natura ſiue illa incorporea, ſeu corporea exiſtat, cum ab omnibus nulla ſapiẽtia pradita dicatur, non poteſt ad tantum ſa-*

Digitized by Google

pientia gradum peruenire quantum ad formationem fatuum requiritur.

Verum neſcio, à quo Galenus naturam nulla ſapientia præditam eſſe didicerit: certè non ab Hippocrate, qui illam ideo indoctam vocat, quia abſque doctore quid agendum ſit cognoſcit; quinimo ipſe Galenus, toto opere de vſu partium, modo naturæ, modo creatoris ſapientiam in fingendis, accomodandiſque, ad ſuos vſus membris admiratur.

Vidit ille formatricem membrorum, non in ſola prima origine operari, ſed per totam vitam operando perſiſtere, hoc vnde fieret ignorabat, nam ſi ad irrationales motus confugeret, in Epicureorum errorem, omnia fortuita aſſerentium, incidebat, ſi verò primum aliquem motorem agnoſceret, *is quemadmodum qui miracula moliuntur, principio motionis exhibito diſcedet quidem, motio verò ipſa aliquantis per non multo quidem tempore perdurabit.* Ego verò neſcio quid prohibeat, motorem illum, qui primum impulſum exhibuit, per totam vitam mouendo perſeuerare, non aliter quam Solares radij, qui primo illuminant, illuminando que perſiſtunt. Cupit Galenus geometricas hac in re demõſtrationes audire, ſed quis vnquam in arte medica, tales dari poſſe exiſtimauit? nunquid, & ipſe vſquam alibi geometricè demõſtrauit?

Cæterum quoniã ille philoſophos hortatur, vt ſi quid idoneum inuenerint, ſecum velint ſine inuidia communicare, licebit nobis, ſi non ipſi Galeno, at ſaltem eius poſteris, quid ſentiamus, altius reperito principio, probabilibus rationibus oſtendere.

Omnipotens ſe ipſum intuendo quid vnicuique rei ſit proprium agnoſcit, & hæc eſt illius actio, qua ipſe immobilis permanens (vt ait Parmenides) rerum orbem mobilem torat. eſt igitur idea diuina poteſtate omnia; ſed omnia, & vniuerſum idem ſunt, in vniuerſo præcipuum eſt ordo, ordinis verò ratio poſtulat, vt diſtinctæ ſint partes. erunt igitur diſtinctæ ideæ, quæ ab vna idea tanquã radij à Sole diffunduntur, & rerum ſpecies vnde habent vt ſint, inde habent vt diſtinctæ ſint. Nec vero diuina ſimplicitas, ob ideatum multitudinem minus eſt ſimplex, cum per formã vnam, vnoque intuitu omnes contueatur, neque diuina eſſentia dicitur

A idea pro vt ſimpliciter eſt eſſentia, ſed pro vt huius ſpeciei, vel illius eſt exemplar, quo circa quatenus rationes ex vna eſſentia plures intelliguntur, ea tenus plures ideę dicitur.

De his aliquid, à quibuſdam philoſophis, audierat Galenus, vt ipſe fatetur, materiam ſcilicet animatam, ad illas reſpiciendo ſe ipſam excolere, atque informari. huic tamen opinioni illud aduerſari credebat, quod quæ nos regit anima appetitionibus ipſius interuientes partes videtur ignorare. ſed cum de anima, quæ ad ideas reſpicit, verba facientes philoſophos audiuit, non de peculiari cuiuſ-

B que anima debuerat intelligere, ſed de totius vniuerſi anima, quæ à diuinis ideis, vt ſic dicam, ingrauidata, totidem formas, ſeu rationes ſeminales concipit, dignitate quidem diſpares, virtute omnes admirabiles: Has mater fœcundiſſima vtpote quæ diuinæ prouidentiæ promptuarium quoddam eſt, rebus omnibus tam inanimis, quam animatis eo ordine diſtribuit, vt in ſingulis ſuſceptæ, ſingulorum tum generationi, tum conſeruationi incumbant. vnde naturalis inſtinctus, ſeu innata quædam doctrina à pleriſque, a Platone autem ars diuina, ab Hippocrate natura

C (quamuis plura ſint naturæ ſignificata) appellatur. Iamque videmus Galeno feciſſe ſatis, qui aliquid præter naturæ nomen audire deſiderabat.

Nec verò Galenus virtutem formatricem à Deo fuiſſe datam dubitare debuerat: nam præter quam quod ſit omnibus per ſe notum à primo principio omnia procedere, legerat ipſe Platonem, qui in Tymæo ſic ait; *cum Deus ſempiternum hunc mundum condidiſſet, rationum quadam ſemina ipſi indidit, & vita exordium diuinitus induxit, vt cum mũdo vim quoque procreatricem gigneret.* quod

D conſonat diuinæ hiſtoriæ: creauit enim omnipotens omnia facientia ſemen ſuum.

Non item latuit Galenum vniuerſi anima à Platonicis magiſtris demonſtrata, exiſtimauit enim artem, & potentiam, quæ fœtuum fabricæ adhibita eſt hac anima dignã eſſe, nunquam tamen (vt ipſe ait) adduci potuit, vt crederet ſcorpiones, phalangia, muſcas, culices, viperas, vermes, lumbricos, pytilas ab eadem fingi, ac formari, propè ad impietatem accedere hanc opinionem ratus. Hæc tamen nimia Galeni religio, nullo ſolido fundamento nititur; nam omnibus, quæ

in

Digitized by Google

in mundo ſunt anima mundi, ſine ipſius detrimento communicari poteſt, non omnibus tamen æqualiter; nec ego puto maiori impietate credi animam mundi vermium formationi aſſiſtere, quam Solares radios loca immunda illuſtrare. Sed age concedamus iam Galeno hanc ſuam inani pietate fundatam opinionem, nec anima mundi vermiculorum formationi aſſiſtat, vt ita nihil de ſuo decore, nobilitateque amittat. Non negat tamen in præſtantiorum animalium naturis fœtuum formatricem facultatem hac anima vniuerſi dignam eſſe; Ecce iam quid ſit facultas formatrix fœtuum habemus ex Galeno, qui tamen illam paulo ante ſe ignorare eſt profeſſus.

Hæc igitur natura ab anima vniuerſi deriuata, quamuis, (vt ſupra ex Hippocrate diximus) indocta eſt, quia abſque doctore, quid agere debeat agnoſcit, aliam tamen naturã particularem, quæ à temperamento cuiuſq; ſeu potius temperamentum eſt, ſemper docet, & dirigit. Sic vitulus, qui antequam cornua producat, cornu petit, & pullus equinus teneris adhuc vnguiculis calcitrans, catulus, qui non habet dentes mordere, auis in plumis volare, conantur, à particulari quidem natura hos motus habent, hæc tamen natura nihil aliud quam moueri ex ſe ipſa agnoſcit, cur verò magis vitulus cornu, magis equus pedibus, quàm reliquis membris perãt, hoc à communi natura, quæ ſpecierum omnium rationes diſtinctas habet didiciſſe cenſendum eſt, quapropter communem hanc naturam particularis naturæ, ſeu vnius cuiuſque temperamẽti pædagogum eſſe dicimus.

Tandem hic inſtinctus, quem communẽ naturam vocamus, nunquam ab officio ab eſſe poteſt, cum ſemper ab anima totius vniuerſi, ſuis partibus conſulenti dirigatur. Procedamus, ab inanimis ad animata, nihil hoc inſtinctu priuatũ reperiemus. Guttula, aut ſtiria, è tecto pendens, & continui ſolutioni, quam maximè poteſt, reſiſtẽs, aut poſtquam cecidit, ob eamdem cauſam in rotundam formam conglobata, plantæ ſub terra, modo ſe radicibus contrahentes, vt noxium effugiant, modo extendentes, vt familiare appetant. Bruta, quæ paſtus proficuos, & morborum medellam ita tenent, vt nos non pudeat maiorem rudimentorum partem ab ipſis didiciſſe: pueri, qui adhuc bimi difA ficiles dictiones, motu linguę illis incognito, pronuntiant omnia hæc licet in ſe ipſis habeant facultatem, qua mouentur, non tamen poſſent hunc, vel illum motum eligere, ni diuinam illam artem rebus omnibus, pro indigentia, conceſſam haberent. Sunt res iſtæ omnes vniuerſi partes, qua propter vniuerſi anima earum actionibus, non aliter præeſt, quam anima noſtra actionibus membrorũ. Multa mirabilia, à diuina hac arte in mundo fiunt, ſed quod omnium admirationem ſuperat, & Galenus ſe ignorare, vt diximus, proterue affirmat, eſt fœtuum formatio, in B qua diuinæ prouidentiæ opus magis quam in reliquis ſplendeſcit.

Virtutem hanc formatricem ſingula mẽbra toto vitæ ſpatio ſeruant, vt poſſint reformari, ſi quando deformari, præſcindiuè contingat, eo ſcilicet modo, quo ab anima mundi habent ſpecies omnes, vt ſi aliqua deperdatur poſſit reformari. Fernelius lib. 5. de anim. facult. c. 3. non ita ſentit ſed *edito iam partu virtutem hanc elangueſcere mox aboleri cum dentes emiſerit, cumque ab editione nulla iam pars gigni videatur, dentium gignendorum gratia duntaxat hæc manet in-* C *columis*. ſic ille, verũtamen non eſt cur hanc facultatem receſſiſſe credamus. Nam ſi manet vſque ad dentium emiſſionem remanebit, & alio vitæ tempore, & remanere conſpicitur ſiquidem multa membra reformantur non ſolum carnoſa, ſed etiam ſpermatica. Nam licet Hippocrates, & Galenus 6. aph. 19. ſcriptum reliquerint membra cum deciſa fuerint non coaleſcere non eſt dogma perpetuæ veritatis ſi quidem Galenus met lib. 1. de ſemine cap. 13. teſtatur ſe vidiſſe regeneratas, cum alijs in partibus, tum in capite magnas, & multas arterias lib. etiam 6. meth. D c. 5. ait mollia oſſa euius modi in puerulis conſpiciuntur coaleſcere poſſe. præterea vlcera caua carne implentur, caro autem illa non poteſt non eſſe multis venis, & arterijs capillaribus intertexta alioquin non nutriretur; hæ autem arteriæ, & venæ licet exiles ſint, habent tamen propriam configurationem, & figuram cum igitur carnis reſtitutio ſit generantis facultatis opus: (nam ad nutrientem duntaxat genita membra aut conſeruare, aut augere pertinet,) conſtat generantem facultatem & ſubinde formatricem per totam vitam remanere.

Hoc argumento compelluntur non nulli dicere, in ipſo ſanguine eſſe facultatem ſeminis, atque ita illum non minus quam ſemen, facultatem habere, & vim generandi, quod nolunt admittere illi, qui ſanguinem non eſſe animatum contendunt. Alij, de claſſe barbarorum, dicunt ſpiritum implantatũ reſeruari in humano corpore, toto vitæ tempore, atque in illo generantem virtutem pro neceſſitatibus animalis. His obſtat Valleſius ſe neſcire inquiens, qua ratione ſpiritus ille ſi adamantinus non eſt multò ante non abſumitur. Cæterum cum idem Valleſius dicat virtutem gignendi in membris ſolidis relinqui ſuo met gladio iugulabitur: quæremus.n. ab illo quomodo membra iſta, ſi adamantina non ſunt, poſſunt permanere, cum continuò aliquid ab eis defluat continuò regeneretur, adeò, vt iuuenis nihil habeat eius ſubſtantię, quam ex vtero traxit. profectò idẽ contingit membris, quod ſpiritibus.

Re vera inter nutrientem, & generãtem, in vno eſt ſimilitudo, in altero diſſimilitudo, ſimiles ſunt iſtæ facultates, quia vtriuſque eſt alimentum conuertere in ſubſtantiam aliti; Diſſimiles autem dicuntur, quoniam in generatione membra denuò formantur, in nutritione, quę extant conſeruantur, aut augentur. Cæterum hæc diſſimilitudo non prouenit ex impotentia virtutis, ſed ex defectu neceſſitatis. Dũ fit nutritio & membra, quę nutrienda ſunt integra exiſtunt quæ neceſſitas eſt, vt formatrix facultas operetur? quapropter generantem potentiam, & ſubinde formatricem dixerim eſſe vlteriorem quendam motum eius facultatis, quę nutriens eſt, aut potius (quod in idem recidit) potentiam nutrientem eſſe quidem generantem, ſed refrenatam, dum neceſſaria non eſt, vt poſſit neceſſitatis tempore ſuas vires exercere.

Quemadmodum ergo in ſingulis membris, hoc eſt, in ſpirituoſa eorum parte virtus nutriens adeſt, ita & generans, & formatrix vtraque à principio generationis ſemini fuit indita, & ſucceſſione quadam ſemper conſeruata. Nam, licet ſpiritus deperdantur, alij denuò ſubſtituantur, perpetuo illi, qui ſubſtituuntur doctrinam innatam accipiunt, vt ſuo toti vtilia munera exequantur; & quemadmodum in ſeminibus ita poſtea in membris toto vitæ tempore mechanica quadam arte inſtructi deliteſcunt.

A *Maſculinum ſemen an, præter efficientiam, præſtet etiam materiam.*

CAPIT. IIII.

SEMINI maſculino, actiuũ generationis principiũ ineſſe, nemo eſt qui dubitet. Verum præterea materiam præſtet diſſentio eſt, inter Ariſtotelem, & Galenum. B quippe Ariſtoteles 2. gener. animal. c. 3. duo ſtatuit generationis principia, marem, & fœminam. marem quaſi motionis, generationisque; fœminam quaſi materiæ obtinere principium. quoniam mas formam & principiũ motionis, fœmina corpus & materiam exhibet, ſicut in lactis coagulatione corpus eſt lac, ſuccus verò vel coagulum quod principium concretionis præbet.

Hanc Ariſtotelis doctrinam, ſectatores eius amplexi in duas ſciduntur opiniones, quidam ſemen, vbi menſtruo principiũ motionis indiderit, rurſus excerni arbitrantur. C Alij Ariſtotelis ſententiam aiunt non eſſe accipiendam quaſi vellet ſemen virilè non præſtare materiam, ſed fœminam materiam ſolum, marem verò & formam, & materiam ridiculum fore exiſtimãtes, ſi vel ſemen poſt fœtum efformatum foras eijciatur, vel intus remanens conuertatur in nihilum.

Cęterum tam prioris, quam poſterioris ſectæ autores falluntur. Etenim nec Ariſtoteles ſemen excerni dixit, nec idem ſemini virili concedit, vt materiam præſtet, ſed cum humidæ, & aquoſæ ſit ſubſtantię prorſus diſſolui, ac in ſpiritum diſflari, quod conceptis D verbis expreſſit inquiens. *Hoc autem genitura ſemen diſſoluitur, vniuerſumque in ſpiritum euaneſcit.*

Ariſtotelem non nullis rationibus oppugnat Galenus quarum prima eſt: quia ſi in ſpiritum diſſoluitur ſicut muſtum ex minima ſubſtantiæ quantitate, maxima aeris copia conſtituetur, id quod in ventis etiam cõſpicitur, quicumque de fluminibus aut paludibus aut maris ſpirant, quales ſunt, qui ſinuales aut qui pelagij nuncupantur: maximè enim interdum flant vtpote, cum plurima eorũ ſubſtantia ex minima humoris mo-

le

Digitized by Google

le euaſerit, ac etiam terranei, hoc eſt, qui è terra flant, hoc idem præſeferunt qui in copioſiorem aerẽ reſoluta terræ vligine ſpirare conſueuerunt. quomodo igitur ſi in prima conceptione genitura in ſpiritum diſflatur minores ſub id tempus minus que turgidi vteri conſpiciuntur.

Deinde non videmus vuluas diſtendi, in magnitudinem attolli, ac doloribus afflictari, quemadmodum accidit ijs quibus flatus in ventre colligitur. Tertiò nihil videas per os vteri exprimi, ſicut in flato ventre vel ructus fiunt, vel per inferiorem ſedem crepitus.

Hæc ſunt Galeni in Ariſtotelem argumẽta, quæ omnia eo tendunt, vt quærant quid tiam actum ſit de illo ſemine poſt quam fœtum efformauit? inſurgit Montanus pro Ariſtotele, & Galenum ſui immemorem vocat: ſi quidem, iuxta ipſiuſmet doctrinam, dupliciter aliquid flatuari poteſt, vel vt diſfletur, materia per halitum, non cõuerſa in flatum, ſed in tenuiſſimos ſpiritus, qui ſine ſenſu diſflantur, quoniam materia nõ eſt valde imbellis, & calor eſt validus; vel per flatum, quia ſcilicet materia eſt craſſa, & debilis calor, tũc enim inflatur materia, & illa accidentia conſequntur, nempe dolor, diſtentio, tuctus.

Non poſſum tamen, non pertinaciæ Montanum reum facere, qui dum Galenum tanquam ambitioſum, & contradicendi auidum accuſat, ipſe non minus proteruus, leuiora tantum Galeni argumenta, & refert, & ſoluit id autem, quod validius vrget, intactum relinquit. Enim verò potêtior ratio, & quam nec Montanus, nec Oedipus quiſpiam diſſoluet, ab ipſomet Galeno, in eodem capite, proponitur, & quaſi iam prouideret futurum aliquando Montanum, qui ſemen in ſpiritũ inſenſilem conuerti diceret illi hoc libenter admittit *Concedamus* (inquit ille) *etiam hoc ipſum fieri poſſe, vt in ſpiritum conuertatur genitura humor ſenſimque, ac latenter exeat, atque ab ipſa rei natura progredientes ratione magis agamus.* Tunc argumentum conficit hoc modo, vel ſemen occurrit ſanguini menſtruo, in cauitate vteri collecto; vel ſanguis per vaſorum ad vterum peruenientium orificia ſemini obuiam fit. ſi primum, iam fœtus non ex ſanguine, ſed ex concreto ſanguine formabitur: ſanguis enim extra propria vaſa ſubito concreſcit, & quomodo quæſo ſi ſanguis, & ſemẽ in vteri cauitate coeunt ſanguis retinebitur ſemen excernetur? ſi ſecun-

A dum, vel ſemen in tot particulas diuidetur, quot ſunt orificia vaſorum, hoc autem & ſeminis lentori repugnat, & alia quadam facultate eſt opus, quæ diuiſionem hanc præſtet.

Deinde ſi ſemen ad orificia vaſorum cum ſanguine commixtum fuerit, & rurſus in aerem reſolutum euanuerit, primò quærenda eſt cauſa cur ſanguis è venarũ orificijs in vuluam excidat, deinde alia, quæ illas ſanguinis particulas in vnum corpus congreget. tertia poſtremò, quæ totum hunc ſanguinem mẽbrana extrinſecus cooperiat: membrana ſi
B quidem apparet, quæ fœtum ſtatim, ac conceptus eſt, vndequaque circumdat cuius rei euidentiã per anatomen poſteris ediſceretur. vidit etiam Hippocrates, ſi Hippocrates is fuit, qui pſaltriam puellam docuit, vt ſaltu abortum procuraret: ea enim ſexto a conceptu die fœtum emiſit, qui erat veluti ſiquis crudi oui exterius putamen extraheret, & per interiorem membranam interior humiditas pellucebat.

Non igitur dubitandum eſt, ſemen virile materiam etiã fœtui præſtare quicquid Ariſtoteles, & cum Ariſtotele aliqui dicant. Et
C ſanè membra candida, quæ ob candorem ſeminaria, ſeu ſpermatica vocantur, talia ſunt nerui, oſſa cartilagines, omnia ab ſpermate efformata eſſe, conſentaneum eſt.

Sed dices quemadmodum hæc membra, quæ ſpermatica, ſeu ſeminaria dicuntur, ex parte ſanguinis ipſis proportionata nutrimẽtum capiunt, ſic etiam ex eadem ſanguinis portione potuiſſe efformari, nam & generatio, & nutritio ab eodem fiunt.

Reſpondetur virtutem formatricem, dum ſemen in vtero præſens habet, illo tanquam materia membris ſeminalibus efformandis
D aptiſſima, neceſſariò debere vti, alias imprudentiæ quidem foret accuſanda, quæ materiã accommodatam relinqueret, vt aliam minus aptam, pluresque mutationes ſuſcepturam aſſumeret: Virtus verò nutritiua, dum ſemine ad talium membrorum nutrimentum caret, libenter eam ſanguinis partem accipit, quæ ad ſeminis naturã magis accedit. Hinc eſt quod, vt diximus, per nimium venereorũ vſum, vires eneruantur: quia nempè, ex ea ſanguinis parte, quę in ſemen abire eſt apta, multum abſumitur, quare nutriendis oſſibus, neruis, & muſculis, in quibus corporis robur conſiſtit, parùm relinquitur.

Cæterum

A Cęterum cum Ariſtoteles ſemen coagulo comparet inquiens. *propterea non eſt quærendum an foras exeat ſemen quemadmodũ nec de coagulo in cuius virtute, & ſpiritu eſt vnire lac*, videtur exiſtimare coagulum ſimiliter in flatum abire, nec in caſeum remanere, debuerat tamen linguæ iudicium conſulere: ſolemus enim ex maiori, aut minori acredine plus, aut minus coaguli caſeo fuiſſe inditum cognoſcere vnde patet coagulum in caſeo reperiri.

Aliqua ſunt exempla, ex quibus ſumi videtur argumentum, ad excludendum ſemen maſculinum, à materia fœtus. B Nam piſces dicuntur prius oua parere quæ poſtea à maſculo fœcundantur. Verum abdita ſunt hęc, in quibus nulla vis neganti inferri poteſt. Gallinæ ſubuentanea oua ſi coeant fœcunda reddunt. hoc etiam difficilem fidem habet, ſi tamen fides eſt habenda, dic oua, quę fœcundantur, non fuiſſe adhuc cortice veſtita, atque ita potuiſſe, virilis ſeminis aſperſione, fœcundari. Non deeſt, qui dicat contigiſſe aliquando, vt gallinæ oua cortice veſtita habenti, poſterior gallus accedens, effecerit, vt pulli ſibi ſimiles redderentur. C Admittamus euentum, ſed cauſam aliunde quęramus, nempe ex imaginatione, ſi quidem hæc vt, dicemus, non ſolum cum ouiparæ concipiunt, ſed multo magis cum pullos excudunt ſolent ſuos mirabiles effectus producere.

Non magis vrget, quod dicunt ſanguinẽ menſtruum, eadem ratione, qua conceditur eſſe materia partialis, poſſe etiam eſſe totalem. vrgeret quidem niſi duplice membrorum conſtaremus genere, carnoſo, & ſpermatico. Nec etiam valet dicere, membra nutriri ſanguine 2. nat. facult. c. 3. vnde colligitur eadem ex ſanguine generari; D nam ex ſanguine nutriuntur membra, ſeu ex materia remota, quæ tranſit in propinquam, ſic mammæ nutriuntur ex lacte, oſſa ex medulla, teſtes ex ſemine, & membra ſpermatica ex ſubſtantia quadam ſemini ſimillima.

Fœminam in generatione fœtus ſemen, & cum ſemine principium effectiuum præſtare, probatur.

CAPIT. V.

A PRAETER maſculinum ſemen, & ſanguinem menſtruũ Ariſtoteles, & Athenæus nil aliud, inter microcoſmi principia, numerabãt. Cõſiderauit Ariſtoteles fœminam frigidum, humidũ que eſſe animal, ac proinde multis cruditatibus ſcatens vnde, ex crudo ſanguine, mẽſtruas patitur purgationes. in tanta ſanguinis cruditate, nil coctum dari poſſe credebat: qua propter, *ſi ſemen*, inquit, *eſſet menſtrua non eſſent; ideirco autem illud non eſt quia hæc ſunt*. quaſi B diceret, vbi tot cruditates abundant, vt ex eis omni menſe, celebris fiat euacuatio, nil perfecte coctum, elaboratum que, quod in ſemen abeat, dari poteſt.

In hanc ille ſententiam, ſenſu duce, ferebatur; videbat eodem tempore, quo mas pubeſcit, ſemenque effundere incipit, fœminã, tunc etiam pubeſcentem, menſtrua emittere. Videbat & pueros, & Eunucos, quorum neutri ſemen hábent, fœminis omnino ſimiles, hinc ſibi perſuadebat ſolum ſanguinem menſtruum, non verò ſemen, a fœmina, fœtui gignendo, conferri.

C Verum iſta conſideratio fœmineum ſemẽ minimè excludit: quoniam, licet ex crudo ſanguine menſtruæ fiant purgationes, ille tamen qui remanet multoties depuratus, ſemini materiam præſtat. Pubeſcit adoleſcentulus, ſemen que emittit, & præter ſemen nihil aliud: quia ſolo ſemine generationem ingreditur, pubeſcit, & adoleſcentula, ſed ei & menſes, & ſemen accidunt, quia & gignit, & in ſe concipit, & conceptum alit. Pueri, & Eunuchi, fœminis in eo ſunt ſimiles, quod ſemine exactè concocto carent, in quo virilis animus, habitus que conſiſtunt, D in eo verò diſſimiles, quod, in primis puer in in duplicem vſum, nutritionem nempe, & augumentum, ſanguinis plurimum conſumit: deinde Eunuchus vaſis ſemini præparando accomodatis caret. fœmina autem, nec tãtum ſanguinis abſũmit quin eius multum non ſuperſit, vt indicant menſes, nec vaſorum inopia laborat: ſi quidem & præparantia, & iaculatoria non minus quam mas ipſa habet.

Hæc vaſa, Athenæus, & Auerrous non ad ſeminis vſum, ſed gratia ſimilitudinis, ad virilia membra, ſicut papillas mammarum viris, non ad lactis vſum, vt fœminis datas

agno-

agnoſcunt. hoc tamen merito arguit Galenus 2. de ſemin. c. 1. nam virorum mammæ, nec glanduloſe, nec lacti gignẽdo ſunt aptæ; mulierum autem vaſa, conficiendo ſemini, ſunt aptiſſima, & quis quæſo vaſa quæ non apparent ſimilitudini faciendæ facta fuiſſe dicet?

Porro fœminarum ſeminalia vaſa, cum multis anfractibus ſint implicata (ſic ſtatuẽte natura, vt viæ breuitas flexuum multitudine compenſetur) non ad humiditatem excrementoſam, qua vterus irrigetur continẽdam, ſunt conceſſa, ſed vt ad mirabilis potẽtiæ ſemen commode conficere queant. Eſt B ſpermatica vena, quæ arteriam ingreditur, vt (ſicut in maribus) ex duobus vaſis fiat vnũ. Ibi multo ſpiritu ſanguis repletur idoneaque iam ſeminis materia euadit. Sunt etiã teſticuli, quorum eadem, quæ in maribus eſt origo, aut ſaltem (vt inquit Herophilus) parum a marium teſtibus differunt.

Galenus aduerſus Ariſtotelem, & Athenæum acutiſſime inſurgit, & nonnullis argumentis fœminarum ſemen fœtuum generationi aliquid conferre demonſtrat, prima, quam diximus ſumitur ex ſeminalium fœminæ membrorum conformatione: omnia C enim, quæ mas habet fœmina etiam habere conſpicitur.

Secunda ab autoritate Hippocratis lib. de natura infantis dicentis *ſi genitura ab vtroque permanſerit in vtero mulieris primum quidem ſimul miſcetur, vtpote muliere non quieſcente, coaceruaturque, & craſſa per calorem euadit*, & reliqua deinceps quibus in eo tractatu docet quo pacto ex vtraque genitura commixta fœtuum generatio exiſtat.

Tertia ſumitur ex ſimilitudine: nam multoties filios matri ſimiles videmus, ſed virtus formatrix in ſemine conſiſtit, quare negari D non poteſt ſemen maternum aliquid fœtuũ generationi conferre. Adhoc reſpondent aduerſarij matrem ſolum alimentum præſtare, eumque ab alimento non leues fiant in corporibus mutationes, non eſſe mirum ſi etiam in generatione ab alimento ſæpe in figuram matris, tale alimentum præſtantis mutatio fiat. his Galenus eleganter admodũ reſpondet mutationes in alimento nunquam ſpeciem mutare: nam perſica Arbor in Aegiptum tranſlata, formam minime immutaſſe dicitur, ſed bonum tantum alimentum nacta, e ſui idoneum fructum, cum prius talis non eſſet protuliſſe. neque oues vnquam, mutato pabulo, capris, quæ prius eo veſcebãtur, ſimiles euaſerunt. neque capræ ouibus, aut aſinis, aut equis. in commixtionibus quidem diuerſi generis animalia fieri, ipſe Athenæus fatetur, vt fœtus à matre quiddam peculiare recipiat, non in colore tantum, aut tenuitate, aut craſſitudine, aut clariore voce, & idgenus cęteris, quæ parua ſunt, & ſolius materiæ, non autem formæ animalium affectiones. ſed quod à matre in his prouenit, tale eſſe ait, vt ſpeciem quoque totam immutet: ſi enim aſini ſemen, equa in vtero exceperit, fœtus non patris tantum, ſed ex vtriſque mixtam ſpeciem præſeferre, ſi vulpem canis prægnantem reddiderit quod naſcitur non canem ſed mixtum ex vtroque animal eſſe.

Imo potius, ipſo Athenæo teſte, plus videtur conferre fœmina quam mas, etenim ex vulpis, cum cane commixtione, ſi canis mas fuerit vulpis ſpeciem fœtus reddet, ſin contra, canem refert ſic ex oue, & capro ouis lanioritio lanico prædita in lucem exibit ſin è contrario aries caprum accipiat, capra mollioꝛi pilo naſcetur.

Quarta ratio ex appetentia ad Coitum: conſpicitur enim in teſtium exectionibus, quæ apud multas nationes fieri in ſuibus fœminis conſueuere, eas cum exectæ ſunt, non amplius, quemadmodum prius, maribus ſubijci, ſed omnis venerei cõgreſſus oblitas remanere. Vnde conſtat teſtes fœminarum ſemine ad generationem apto ſurgere.

Quinta ex neceſſitate fœminei ſeminis, ad animalium generationem: ſi quidem, ſi in diſſectis animalibus membranam, quę in teſtinalis appellatur ex ſeminarijs vaſis dependentem ex fœmineo ſemine (vt alibi oſtenditur) ortam inſpiciamus. manifeſtum fiet nullo modo fieri poſſe, vt omnes vteri partes virili ſemine oblinerentur: quippe cum id recta eiaculatione per vteri ceruicem in fundum proximaſque partes delatum, reflecti in latera vſq; ad eius cornua nullo pacto queat.

Hæc ſunt argumenta aduerſus Ariſtotelem, quem tamen Capiuaccius immerito a Galeno redargui conqueritur, neque enim Ariſtoteles 1. de gen. anim. c. 19. fœminam ſemen emittere negauit ſed ſaltem dixit illud nõ eſſe tale quale à mare emittitur, ideſt non eſſe ita craſſum, lentum calidum, coctũ, & ſpiritu vitali plenum; quod etiam Galenus

nus videtur concedere, nec medici negant: præterea philoſophus addit, ex amborum mixtione non generari fœtum. Si Ariſtoteles admittit amborum ſeminum miſtioné quomodo negat fœminæ eſſe ſemen? recte auté dicit Ariſtoteles fœtum non gigni ex amborum mixtura: nam fœtus generatur è ſanguine menſtruo, mixtum verò ex vtroque ſemine eſt calidum innatum ſic Capiuaccius, qui multis deinde inaniter effuſitis probare contendit ex ambobus ſeminibus calidum innatum gigni.

Sed næ iſte Capiuaccius caput vaccinum habere, iuxta vocabuli ætymologiam, videtur: nam quamuis Ariſtoteles proclamet dicens, *cum menſtrua ſint quod fœminis fiat perinde, vt maribus genitura, nec fieri poſſit, vt duæ ſimul excretiones ſeminales agantur, ideo ſemen à fœmina non conferre ad generationem apertum eſt: nam ſi ſemen eſſet menſtrua non eſſent*. iſte tamen egregius Ariſtotelis defenſor, non ſinit philoſophum eam ſententiam ſequi, quam euidenter protulit, ſed eum in contrariam violenter detorquet.

Melius Montanus Ariſtotelem fœmineũ ſemen non admittere ait. cęterum, cum Ariſtotele errare mauult, quam cum Galeno recte ſentire. nam non omnia Galeni argumẽta proponit ſed aliqua tantum, & ea quidem perperam ſoluit, etenim ad Galenum, qui mulieres in expreſſione illius humiditatis ſummam delectationem ſentire dixit, quæ quidem delectatio non niſi à ſemine ſpumoſo poteſt fieri: reſpondet fœminas ex eo delectari, quod materia illa, ratione ſpirituum, delectationem facit, non ſecus ac pueris contingit qui non ad huc emittunt ſemen, delectantur tamen, quia ſpiritus perpenem expirant dicente Ariſtotele ſect. 30. prob. 1. flatus per meatus trãſit, per quos poſtea humor. Sanè puerilis eſt hæc reſponſio: nam puerorum delectatio facta eſt à natura, quæ interim dum ſemen, quod emittat, non habet, id quod habet emittit, & iam edocta ſuum munus, cum per materiæ præſentiam libuerit, exequetur, in fœmina quorſum concurrent ſpiritus ad emiſſionem excrementi nunquã futuri vtilis? aut cur non identidem ad vrinæ excretionem delectabitur? neque præterea mulier paruam ſicut pueri delectationẽ percipit ſed maximam imo, vt aliquibus viſum eſt, duplo maiorem quàm viri.

Ad aliam Galeni rationem ſumptam ex
A grauiſſimis accidentibus, quæ fœminæ ex ſeminis retentione patiuntur, concedit quidem talia accidere ſymptomata, ſed non eſſe neceſſarium, vt ſit ſemen. Etiam hoc mihi videtur liberè dictum: nam ſi non eſt aliud quam aquea quędam humiditas, cur terribilia efficiet ſymptomata? qualia non fęces fœtidiſſimę, non alia excrementa efficiunt; & licet hiſterica Symptoma propter vteri colligantiam cum corde, & cerebro ſint grauiſſima, tamen ſemen eſſe, à quò fiunt, inde apparet quod obſtetrices manibus vterum titillando, illius humiditatis extractionem, vt
B ceſſare faciant accidentia, moliuntur.

Maximum argumentum eſſe putat quod ait Ariſtoteles conceptum, & generationem fieri ſine humiditate illa alba effluente. Sed, quomodo probaret Montanus poſſe fœminas concipere abſque huius materię effluxu, ſanè non video vnde aliter poſſit argumentum elicere quam ex eo quod fœminę abſq; voluptate concipere dicantur.

Adhoc non deeſt qui reſpondeat fœmineum ſemen potioris tãtum vſus gratia fuiſ-
C ſe datum. qua propter exquiſitiore maſculino ſemine excuſari aliquando poſſe. hæc tamen reſponſio non eſt admittenda nam ſi maſculino ſemine fœmineum excuſari aliquando poteſt, cur ſemper excuſari non poterit. Nam natura, quoad fieri poteſt paucioribus contenta, ſi aliquo modo alterum ex duobus ſeminibus potuiſſet excuſare, ſemper id excuſaret. præterea non ſolum potioris vſus gratia fœmineum ſemen à natura fuit datum, ſed tanquam res penitus neceſſaria, vt inferius innoteſcet.

Reſpondet alius morboſum, & male affectum vterum, in cauſa eſſe cur fœmina in coitu voluptatem, non ſentiat verum hanc
D etiam reſponſionem improbo: nam quæ talem habet vterum non concipiet.

Capiuaccius ob ſeminis impuritatem, & frigiditatem fieri quandoque poſſe ait, vt à fœmina eiaculetur ſine voluptate. cęterum quando fœmina concipit non credendum eſt emiſiſſe ſemen impurum, & frigidum ſed purum, ſpumeſcens, ſpirituoſumque, quale fœtui gignendo requiritur.

Fernelius muliercularum dictis non vult habere fidem, quæ aſſeueranter pronuntiant ſe, nulla coitus voluptate, vtero concepiſſe. In hoc tamen nimis eſt incredulus: neque ſic difficultatem ſubter fugiet, nam non mulier-

culæ ſolum, ſed omni fide dignæ matronæ hæc aſſerunt. a quibus multa accipimus quæ nobis expertiri minime licet quod Archigeni de vteri dolore ratiocinanti obijcit Galenus 2: de loc. affect. c. 8.

Tandem præfatam difficultatem Dynus mihi videtur omnium melius ſoluiſſe; ait .n. tunc abſque voluptate ſeminis excretionem fieri cum eiaculatio, vteri os non attingit, ſed ad cauitatem accedit cuius eſt ſenſus hebetior. Atque ita Montano reſpondemus concipere quidem aliquã do fœminas abſque delectatione, nunquam tamen abſque ſuo ſemine.

Occurritur rationibus eorum qui fœmineum ſemen explodunt.

CAPIT. VI.

AGITVR ad inceptum prius iter reuertamur, dicentes cum Galeno fœminam, & ſemen, & fœcundum ſemẽ, emittere. neque ideo quia ſalaces fœminæ crebro partu libidinem deponunt, aut quia ex laſciuo obiecto menſtruis, extra ſuum tempus polluuntur, exiſtimandum eſt eas ſolo ſanguine, nullo autem ſemine ad formationem fœtus concurrere. Exhauritur quidem ſanguis, & ſpiritus aſſuetudine pariendi, ſed ſanguis, & ſpiritus, proxima ſunt ſeminis materia, quapropter exanguis mulier, irritante ſemine deſtituitur. vnde libidinem minui pateſt. obiectum libidinoſum profluuia ſanguinis extra menſtruorum tempus poteſt efficere, per cõſenſum fantaſiæ, quo ſpiritus multi ad partes membrorum genitalium impetum faciunt. ibi irritatur expulſiua, & quod facilius poteſt eijcere, id eijcit. vrinam non nunquam (quod brutis maximè accidit) aliquando ſanguinem, cuius, quam ſeminis, maior eſt copia, ductuſque faciliores, ſæpe etiam ex venereorum imaginatione ſemen excernitur, & hoc vanam eſſe eorum opinionem oſtendit, qui humiditatem illam ex confricato vtero dicunt excidere, non aliter quam lachryma ex oculo ſi confricaueris excidit. At imaginando & ſomniando nulla confricatio cõtingit,

A & tamen contingit illius humoris excretio. præterea quomodo oculus humidior, paucum, tenueque emittet, Vterus membrana aridiſſima, multum craſſum & ſpumeſcens? cur etiam non ceſſat libido niſi finita excretione? cur licet toto perfricationis tempore voluptas ſentiatur omnium tamen maxima (quod etiam viris accidit) cum humiditas hæc profluit? cur in viduis, & ijs quæ diu a coitu abſtinuerunt, ſi titillatione obſtetricis hæc humiditas reijcitur, praua, & terribilia (vt dixi) ceſſant ſymptomata, ceſſant & rabies, vt vterinus furor, priapiſmus que fœmi- B narum, quod in quadam vidua expertus fuit Galenus lib. 2. de ſemin. c. 1. cur tandem gonorrhæa fœminæ laborant quod malum in voluntaria ſeminis eiectio definitur.

Pręterea ſi id quod nos ſemen appellamus excrementitia quædam eſt humiditas, quare viragines, quæ pauco excrementitio humore madent, ſeminis plurimum prompteque effundunt? e contrario male affectæ mulieres quæ multo madore ſcatent pauci ſeminis eſſe comprehenduntur?

Denique reliquæ excretiones quæ fœminis accidunt ſine delectatione contingunt, C ſeminis verò eiectio voluptuoſa eſt. nec tamen his adhuc Ariſtotelici aquieſcunt, ſed quoniam eiaculatum a fœmina cum voluptate ſemen ad os vteri accedere dicimus, occurrunt dicentes non poſſe ad internum conceptum id fieri quando extrorſum emittitur.

Attamen ſi cum Ariſtotele fateamur profuſionem muliebris ſeminis non intro ferri, ſed in ceruicis fundum, ad os vteri, vt ibi maſculino occurrat, adhuc (vel ipſo Ariſtotele teſte) nobis concederent vtrumque ſemen ad intus trahi, cuius rei iudicium eſt, quia lo- D cus qui modo madebat mox ſentitur reſiccatus: trahit enim vterus ad ſe ſemen (vt ait Oribaſius) veluti curbitula ſeu (vt idem alibi) quemadmodum ceruus e profundis cuniculis narium inſpiratu ſerpentem allicit.

Si verò cum Galeno (quod potius tenendum videtur) velimus dicere ſemen fœmineum per Vteri latera (cornua vocant) in ſinum effundi, nulla remanet controuerſia: non enim extrorſum, ſed introrſum eiectio fit.

Hanc Galeni ſententiam, tanquam impoſſibilem, reijcit Fernelius, nequaquam credẽs

fieri, vt mulier, per cornua, in ſolum vteri ſinum, ſemen eiaculetur etenim cum illa vtero gerens forraſſe concumbet, quò nam tandem ſemen id vteri ſinu ſuſceptum euadet? obſignatum enim adeo eſt os vteri interius, vt nihil vel minimum ſubire poſſit, aut excidere.

Verum ex anatomia Fernelio faciemus ſatis: quippe duplices ductus, in matrice, conſpiciuntur, alter ad latera, quo ſemen in vteri fundum (ſi mulier grauida non ſit) eiaculatur, breuior hæc eſt. & patentior via, alter priori continuus, ſed aliquantulum oblongior, qui per latera vteri ad ceruicem, & pudendum deſinit, hoc grauidæ ſemen effundunt, & ideo maiore in coitu voluptate fruuntur; quia vaſa ſemini deferendo dicata oblongiora ſunt, & per ceruicem membranoſam excutiunt. hanc maiorem prægnantiū voluptatē non nouit Auicennas 19. 3. tract. 1. c. 11. qui grauidam abhorrere à coitu nec ſi coeat, ſemen emittere ſcriptum reliquit, motus fortaſſe brutorum exemplo, in quibus diſpar eſt ratio.

Poſſunt etiam mulieres grauidæ per eamdem viam, per quam non grauidæ, eiaculari ſemen: quandu nempe vterus libidine effrę natus hiat in coitu, & tunc fit ſuperfœtatio. hiat autem rariſſimè, & rariſſime mulier ſuperfœtat. Nec tamen aliquis nobis obijciat Hippocratem dicentem relinqui vterum nō exquiſite clauſum, atque ita abſque apertione vuluæ fieri ſuperfœtationem. Nam illud Hippocratis dictum in ſolis primis tribus, aut quatuor, poſt conceptum, diebus locum habet, deinceps verò vtero gerentibus ait idem Hippocrates 5. aph. 51. vteri os comprimitur. Galenus ex anatome ſe didiciſſe, ait in primo conceptionis tempore vterum conſtringi quod Argenterius improbat dicens non poſſe in fœmina mortua, & diſſecta atq; proinde retentrice vi extincta vterum tantopere conſtringi. Argenterio tamen optimè occurrit Peramatus: quam enim figuram hominis partes habuerunt in corpore viuo ante animæ exitum, eandem poſt exitum ſeruant in cadauere, niſi aliter nobis componantur: ſic oculos atque os defunctis claudere aſſueuimus, ante quam frigeant, & rigidi redduntur; nec enim defuncto homine facultas in ipſo eſt quæ oculos claudat neque quæ contractum vterum reſeret.

Altera Peripateticorum ratio, qua mulie-

A bre ſemen oppugnāt talis eſt. In omni natura aliquod patiens alicui agenti reſpondere debet (quod eſt Ariſtotelis pronuntiatum lib. 3. de anim.) qua propter veriſimile videtur fœminam, agenti maſculo reſpondere, ſemen in vtero excipit, & in ſe ipſa concipit diuque geſtat quæ omnia paſſiuam conditionem ſapiunt.

Miror tamen Albertum Magnū & Auerroum duos hujus argumenti autores, & pręcipuos Ariſtotelicæ diſciplinæ defenſores Ariſtotelis ſui non meminiſſe toties inculcantis *omne id quod agit pati etiam à patien-*
B *te, vt quod ſecat ab eo quod ſecatur, & quod calefacit ab eo quod calefit*, quod cum ita ſit fœminam quæ patitur ſimul agere quid prohibet? igitur cum res omnes naturales ſuam habeant agendi potentiam, non eſt cur eam fœminæ denegemus.

Vlterius probant fœminam non præſtare efficientiam, eo argumēto, quo ſuperius probarunt mas non conferre materiam. in piſcium genere, cum fœmina oua depoſuit, ea mas ſemine conſpergit, quæ verò id attigerint, vitam aſſumunt, reliqua irrita & maris calore deſtituta, contabeſcunt. Videtur igi-
C tur maſculinum ſemen duntaxat efficientiā præſtare, à fœmina nihil aliud quam materiam conferre. Sic illi, Attamen hoc argumentum præterquam quod ex occultis naturæ, & nemini conſpicuis eſt aſſumptum, nihil etiam in hoc caſu obtinet, neque enim, quia oua illa abſque maſculino ſemine non viuunt, putandum eſt ſolum maſculinum requiri; nam cum duo requiruntur ſi alterū deſit non producitur effectus. neque pręterea ex imperfectiſſimorum animalium generatione ad perfectiorum opus (vt iam ſæpius diximus) licet argumentari.

D Ruſus argumento alio vtuntur. inter perfecta animalia fœmina quem concepit fœtū diu geſtat, atque alij hoc efficere non poteſt niſi ſuperuacaneorum redundantiam frigido, humidoque temperamento congerat, qua propter neque craſſum neque calidum iccirco neque fœcundum ſemen poteſt efficere. hinc Ariſtoteles *ſi ſemen* inquit *eſſet menſtrua non eſſent* & aliquando fœmineum ſemen concedens infœcundum efficit. Reſpondendum eſt fœminam non totum ſemē ſed partem quamdam ſubſidium à virili expectantem emittere, quod, quoniam in ſe habet, poteſt continua ſpirituum ſuggeſtione fouere.

fouere. Neque verò præter rationem eſt mulierem, & ſemen, & menſes habere: neque enim menſes caloris defectum arguunt, ſed ob alias cauſas eueniunt, quas Galenus de rat. curand. per ſang. miſſ. c. 5. aſſignat. Nam muliebre genus, vt quod domi ageret, neque vehementibus laboribus exerceretur, aut ſub claro Sole viueret; ac idcirco multitudinem humorum coaceruaret, plenitudinis euacuationem, tanquam remedium naturale, obtinere opus habuit. his cauſis adde tu finalem alteram: quia ſcilicet mulier, & generationi, & alitioni fœtus maiori materiæ quantitate indiget, quam quæ exiguo ſemine ſuppleri poſſit. quod verò Ariſtoteles ſemen infœcundum vocet, præter rationem eſt. Nam de ratione ſeminis fœcunditas eſſe videtur: etenim ſubſtantiam nihil producturam quis rectè ſemen appellauerit? propterea commendandus eſt Galenus qui lib. 2. de ſem. c. 1. ſic ſcriptum reliquit *ſiue autem ſemen dicamus, ſiue fœcundum ſemen vtroque vocabulo ratio conficietur, vt aduerſus eos qui nullo modo fœminam ſemen effundere autumant ſemen abſolute dicamus: aduerſus eos verò, qui ſemen quidem mittere etiam fœminam aiunt, non tamen fœcundum id eſſe concedunt, fœcundum addamus.*

Neceſsitas vtriuſque ſeminis concluditur.

CAPIT. VII.

PRAETEREA auctores prædicti prædictis rationibus rationem aliam adiungunt. Fœmina quæ materiæ plurimum præſtat, ſi effectricem etiam facultatem habeat, poterit abſque vllo maſculi conſortio in ſe ipſa concipere. Hic varij varias conficiunt reſponſiones.

Quidam fœminei ſeminis imbecillitatem obijcit, qua non poteſt peruenire ad tantam perfectionem, vt ſolum gignat. Obſtat tamẽ Hippocrates lib. de genitura dicens *quandoque quidem fortius eſt ſemen à muliere emiſſum aliquando verò debilius: ſimiliter etiam quod vir emiſit & eſt tum in viro fœmineum itemque maſculum ſemen tum itidem in muliere.* Hinc conſtat non poſſe fœminam ſeminis debilitate excuſari, quin in ſe ipſa concipiat, ſi quidem ab Hippocrate didicimus aliquando vltra maſculini vires poſſe tranſire. Quod ſi quis adhuc inſtet, nec ſic poſſe fœminã ſine viro gignere. Nam licet muliebre ſemen ſit fortiſſimum, non dum tamen tantam habet vim, quantam vtrumque ſemen coniunctum. Ego credidenim vnum ſemen validiſſimum, duobus debilibus equiparari, ſed duo debilia gignunt quidem cęterum fœmellam ex Hippocratis ſententia cur igitur idem non poterit vnicum fœmineũ?

Valleſius iccirco ait fœminam, licet efficientem virtutem habeat, non poſſe abſque viro gignere, quia ſi fœmina non eſt caloris maximi, neque ſemen eſt multæ actionis. ſi verò ſit calidiſſima minimè excrementis abundat, ac propterea nec ſatis habet materiæ ad fœtus generationem, & proinde neceſſario in muliere, aut debilius eſt principium, quàm vt ſolum poſſit coagulationem facere, aut materia deeſt quæ fœtui pabulum pręſtet. Hanc rationem putat ille omni redargutione carere.

Cęterum redarguitur: quoniam perfectiſſimi habitus virago licet calido innato abundet, abundat etiam tanto ſanguine quantum non poteſt ſuperare. hęc igitur gignet ſi concedimus calidiſſimam fœminam poſſe gignere, & fœtum alet quia ei menſtrua non deſunt. Pręterea Hippocrates quando fœminis virile ſemen ineſſe, & ideò ſibi ſimiles fœtus edere ait, hoc non pronunciat de ijs, quæ menſtrua non habent, tales enim nec ſimiles, nec diſſimiles gignere. Ferè enim incredibile eſt mulieres quibus menſtrua deficiunt poſſe concipere ſcio tamen, nobiliſſimam quandam matronam Clariſſimi Senatoris vxorem, quæ filias duas nuptas habet nunquam in vita ſua mẽſtruas habuiſſe purgationes, vt mihi non ſemel plena fide teſtata eſt, ſed hoc albo coruo eſt rarius contingit tamen ita fieri, quod Schenchius lib. 4. ſuarum obſeruationum monſtroſis aliquot hiſtorijs comprobat. Aliud etiam abſurdum ſecum prædicta reſponſio affert: concedit namque viragines ciborum ab ortu vexari ſi quidem concipere poſſunt; fœtum autem ad perfectionem nequaquam perducere. Hoc duplici ratione falſi inſimulo. Prima quia adhertatur experimento, etenim valetudinarias mulieres frequentius quam viragines abortiri videmus. quod ſi quando viragini

periculum abortus imminet id ſanguinis miſſione effugimus, (vt in praxi multoties non abſque felici euentu præſtitimus) & hoc ſanè indicat illas non ob materiæ inopiam, ſed ob multum ſanguinem ſuffocantem in abortum incidere. Secunda quia concedit molas abſque viri comercio gigni, proponens tanquam firmum id quod maxime eſt incertum imo verò id quod maxime eſt falſum: nam diuinus Hippocrates lib. de morb. mulier. & de ſterilib. abſque virili ſemine molas dari non patitur, quem ſequuntur Ariſtoteles, & Galenus, neque idem quod ouiparis euenit, greſſilibus euenire poteſt, quoniam in tanta naturæ diuerſitate ab vno ad aliud argumētum non poteſt trahi; & immerito ouis ſubuentaneis, ſeu zephyrijs, licet infœcundis, molæ comparantur. oua iſta perfectam ſui generis figuram habent, molæ verò minimè, cum fruſtrum carnis informe dicantur. oua ſubuentanea non ſunt gallinæ morbus, molas quis non morbum appellabit?

Profectò an molę ſine viro fiant, videntur autores ludicro agere, quando Fernelius bis in ſuo opere id concedat, ſemel verò neget, ea fretus ratione quia nunquam viſa ſit mulier ſine viro molam concepiſſe. alia quæ hic referre poteram conſulto prætermitto, & ad aliam prioris difficultatis ſolutionē accedo.

Muliebre ſemen, inquit alius, & ſi actum in ſe habet, tamen perfectiorem aliū adhuc ex maſculi ſemine requirit: eſt enim actus qui in ſemine fœmineo inſidet veluti potentia ſi ad ſemen viri conſeratur; eodem ſanè modo quo eſt calor inſitus ſingulis noſtris partibus ex elementis & proprijs viuentium principijs. qui impotens eſt ad agendum niſi influat calor alius à corde; & cum eo coniunctus efficit, vt perfectæ omnes reddantur operationes. Hæc illi quæ omnia liberè videntur prolata; nam cur ſi fœmineum ſemen actum in ſe habet, alium perfectiorem requiret? huius rei reddenda erat ratio aliàs naturam impotentiæ arguunt, quę actum dedit ad rem peragendam, qui tamen rem peragere non poteſt. Deinde quomodo dici poteſt actum fœminæ ſi viro comparetur eſſe veluti potentiam? nunquid negabimus id quod Hippocrates inculcauit, nempe fœmineum ſemen aliquando maſculo præualere? tandem comparatio vtriuſque caloris ad vtrumque ſemen non congruit: etenim duo illi calores ab vno prodeunt corde, ſemina

A autem à duobus confluunt corporibus.

Arbitratur Capiuaccius, cauſam generationis vtriuſque ſeminis eſſe: quia mas eſt calidior fœmina; vnde Ariſtoteles Sect. 4 prob. 26. fœminas ait tempore æſtatis eſſe magis efficaces, in veneris vſu, cum enim ſint frigidæ per aeris caliditatem, corroborantur; mas autem calidus, per æſtatem, reſoluitur, nec ſine ratione fœmina genita eſt frigidior: quia vt ſcribit Galenus 14. de vſu part. c. 6. opus fuit ſanguine menſtruo qui generatur à calore debili non diſſoluente.

Verum hæc Capiuaccij ratio non conuin- B cit: etenim ſemen virile, licet fœmineo calidius eſſe concedamus, non tamen, vt reddatur fœcundum, opus habet, vt temittat calorem, etenim generandi actio per caloris, & ſpirituum vbertatem fit, ſed intra terminos debitæ menſuræ, quod ſi calor plus nimio ſit auctus ſemen morboſum, ac infœcundum reddetur, deinde fœmineum ſemē, ſi frigidius maſculino ſemper eſt, nunquam ſuperabit, & tamen ab Hippocrate dictum eſt multoties maſculinum, à fœmineo, vinci. quod verò attinet, ad Ariſtotelis problemma, quam veritatem contineat alij iudicent C mihi, nec in quæſito, nec in reſponſione conſtare videtur. Nam in primis, tam mares, quam fœminæ per calores æſtiuos, ad Venerem, procliuiores ſunt, quod etiam apparet in feruentiſſimis regionibus, in quibus homines maximè Veneri incumbunt, deinde fœminas quis dixerit per æſtatem non reſolui? ſanè tam fœminas, quam mares ſub cane, & ante canem, cum maxima circumſpectione, purgabo & vtriſque minus in æſtate, quam in alijs temporibus ſanguinem mittam.

Empedocles diuulſa eſſe ſeminis membra aiebat, vt in fœminæ alia, alia in maris ſemi- D ne continerentur atque inde oriri venerei complexus appetentiam, dum partes illæ inter ſe diſtructæ coniungi, atque vniri concupiſcunt; atque hinc colligi videtur ratio quare fœmineum ſemen, licet agat, non poſſit tamen abſq; virili fœtum gignere cum vnum duntaxat ſemen non omnes contineat partes ad fœtum efformandum.

Empedoclem redarguit Galen. 2. de ſem. c. 5. tum quia vnicuique parti tanquam animali inſitum vnionis & miſtionis ad totius animalis abſolutionem appetitum ſtatuit; tū quia non aduertit miſcellaneam ſe & confuſionem vtrorumque ſeminum concedere ni-

hilque

hilque ſimilare, hac ratione, id quod tamen
apparet, relinquere.

Fernelius, dum ſemen fœmineum admit-
tit, rationem nullius ponderis hanc adhibet;
ideo maris, & fœminæ diſtinctos ſexus, in
animalium generationem, concurrere, quia,
præter quam quod procreationi, & fœtuum
nutritioni incumbunt, ſenſus etiam, & cogi-
tationis participes ſunt, non vt plantæ, quæ
continuo alimoniam trahentes in nullam
aliam occupationem diſtrahuntur, & ideo
confuſas habent mares & fœminę vires.

Cuperem tamen audire a Fernelio quid
ſenſus & cogitatio obſtat quo minus etiam
animantes quemadmodum & plantæ non
poſſint in vno, & eodem ſexu generandi vim
completam habere. profecto nullum hinc
impedimentum oriri poſſe video, præcipue
cum ſeminis irritamentum ſit maximum.

Thomas Rodericus a Vega plures affert
rationes prima eſt, quoniã sũ mopere neceſ-
ſarium generationis opus, non alteri ſexuum
ſed vtrique commiſſum fuiſſe debuit, ne fœ-
mina inuita cum mare congrediatur, con-
grederetur autem inuita, ſi nihil generatio-
ni contuliſſet. quapropter turget fœmina ſe-
mine, vt libens, & ad congreſſum inflamma-
ta accedat.

Secunda, ſi generationis finalis cauſa eſt
indiuidui, quoad fieri poſſit, ſubſtitutio, meri-
to fœmina ſuum habet ſemen, vt ſuæ ipſius
ſubſtitutioni propagationique, conſulat. ali-
ter fœmineus ſexus eo beneficio carebit, quo
nulla res ex ijs quæ oriuntur, & intereunt,
caret.

Tertia cauſa, vt prodeat auctius, fœmineo
incremento, virile ſemen, & ſufficiat gignen-
dis membranis, inter quas fœtum formari,
contegique oportebat. Hanc rationem du-
pliciter aliqui redarguunt. primo, ſi autore
Galeno, exiguum hoc ſemen, ſolidis mem-
bris effingendis, eſt ſatis. quommodo vnius
chorij generationi non ſufficiet, & ſuppetias
a fœmineo expectabit? Vlterius ſi proceræ
arbori erigendæ minutum ſemen citra fœ-
minini acceſſum ſufficit cur non vni chorio
virile?

Redargutionibus reſpondetur in primis
non ſufficere virile ſemen ad craſſam mem-
branam efformandam: quoniam non dum
fœtus eſt efformatus, non dum alimentum
attractum. deinde plantarum diuerſa ac ani-
malium ratio eſt; plantæ ſemen habent cor-

A tice circumueſtitum, quod intus manens
ſuas vires exercere poteſt, & ex terra cui im-
mergitur alimoniam ſugit, vt in arborem
erigatur animalium ſemen non item.

Denique vera ratio, vt mihi videtur, eſt,
neque in mare, neque in fœmina ſemen inte-
grum eſſe. eſt tamen vnum in vnaquaque plã-
ta ſemen, licet in duas dimidietates diuiſum;
quia plantæ radicibus inhærentes non pote-
rant, mutua ſocietate gaudere, ſecus in ani-
malibus: nam mas frequenter à portione ſe-
minis quam habet ſtimulatus concubitum
appetit, cui neceſſariò debuit fœmina eiſdem
B etiam ſtimulis agitata correſpondere, quos
ſtimulos non haberet, ſi non haberet ſemen.
eſt igitur in vtroque ſeminis dimidietas, &
ex vtraque medietate fit vnum ſemen gene-
rationi aptum. Hinc crediderim originem
habuiſſe Platonis fabulam de humana natu-
ra, quæ prius quatuor pedibus tot manibus
duobus capitibus conſtabat poſtea à Ioue
diuiſa eſt, ita vt nunc vnuſquiſque ſuam quę-
rat medietatem, & hoc Hippocratis doctri-
næ conſentaneum eſt dicentis: *ex vtriſque
commixtis vnum perfectum ſemen conſtari*.
Denique plantæ annuum habent reducendi
C ſeminis interuallum, animal continuo pro-
ducit quare ſi non aliunde ad emiſſionem
ſtimularetur, ſed a ſe ipſo, ſemper emitteret;
ſi ſtimulis careret, obliuiſceretur.

Variæ opiniones de ſimilitudine, natorum ad ſuos maiores, examinantur.

CAPIT. VIII.

EVIDENTISSIMA res,
D nempe ſimilitudo filiorum
ad patres, maximè occultas
habet cauſas, dictu faciles,
intellectu difficiles, ij qui ſe-
men à toto corpore decidi
contendunt non multo negotio, ab hoc ne-
gotio ſeſe expediunt, referre, inquiunt, filios
membra parentum quia ſemen, ex quo confi-
ciuntur, ex omnibus procedit membris. Sed
refelluntur ab alijs; neque enim ita partes
ordinatæ, in vulua, coniunguntur, vt poſſint
ſua debita loca naſus ſcilicet, oculi, & reliqua
obtinere. cęterum eodem argumento con-
uinci poterunt etiam ij qui non ſemen, ſed
ſemi-

ſeminis materiam à toto decidere dicunt, ſuperius confutari. partes enim iſtæ vltimi alimenti non potuerunt etiam, in vtero, ea loca ſubire, vt partes repreſentent vnde procedunt. & præterea hoc reſiduum alimenti membrorum, quomodo poterit membrorũ Ideis eſſe ſignatum ſi non dum à membris fuerat receptus, ſed prius quam reciperetur expulſus? Tandem quis exiſtimabit in animalibus quæ innumerabilia propemodum inventre oua concipiunt non certe grano ſynapi maiora, poſſe vnum quodque ex his ouis diuerſas partes ſimiles vniuerſi corporis partibus habere.

Ariſtoteles ſuam ſequutus opinionem, nõ dati ſcilicet fœmineum ſemen, rationem ſimilitudinis filiorum, reddit lib. 4. de gener. anim. c. 3. cuius mentem breuiter ſic explanabimus. In mare multa intelligere oportet, mas enim continet, qua mas eſt, facultatem, & potentiam, & qua pater eſt, nempe Coriſcus, aut Socrates, is quoque præter id quod Socrates eſt, homo eſt, & animal: quæ omnia ſemen ipſius poteſtate continet. Ex hominibus quoque, quidam ſunt magis proximi, quidam magis natura diſtantes. igitur quo tempore ſemen maris menſtruo ſanguini, coniungitur ſi ipſum probe coxerit ac ſuperauerit, mas generabitur, ſi verò non vicerit mas, qua mas eſt, in contrarium degenerabit. mas verò, & fœmina contraria ſunt, erit ergo fœmina quod generatur: fœminam verò fieri monſtrum eſt, & prima degenerãdi ratio. Nam quoties generans ſibi ſimile non generat, non aſſequitur natura quod intendit. degenerat ergo ac monſtrum fit. ſed mas ſemper eſt generans, & agens, fœmina nunquam: quia ſemen non mittit. ergo ſi fœminæ ſimile eſt quod generatur monſtrum erit: monſtrum enim eſt quod generatur, & non eſt ſimile generanti, nec ſecundum intentionem cauſæ agentis factum. Quod ſi ea ratione qua mas eſt vincit, & qua Coriſcus, neque motus ſeminis ſoluatur, aut in totum, aut aliquã ex parte mas generabitur, & patri ſimilis. Quod ſi vincat qua Coriſcus, non tamen qua mas eſt, erit fœmina ſed patri ſimilis. Quod enim à mare declinat, fœmina erit, quatenus verò Coriſci potentiam ſeruabit Coriſco id eſt patri ſimilis erit. quod ſi nec vincat qua Coriſcus, nec qua mas, fœmina erit, & matri ſimilis. Præterea ſi vincat ſemen maris, ea potentia qua mas eſt, ſeminis

A verò motus ſoluatur, tranſibit in proximum aliquem, & erit mas auo ſimilis. Filiorum namque ſemen parentes poteſtate continet. quod ſi amplius ſoluatur tranſibit in proauũ, quemadmodum vbi non vincat qua mas eſt, ſed tamen motus ſeminis & menſtrui ſoluatur, fœmina generabitur ſed auo ſimilis, aut alicui ex ſuperioribus, quod ſi magis adhuc ſoluatur motus nulli eorum ſimilis erit natus, ſed alicui hominum. Poteſt etiam fieri, vt nulli hominum ſimilis ſit, ſed monſtrum. Sic etiam in motione partium ſeminis, aut menſtrui vbi aut omnino vincant, aut vin- B cantur fit, vt aliquibus partibus ſimiles ſint nati patri, aut matri.

Huic Ariſtotelis opinioni, nulla vi intellectus acquieſcere, aſſentiriue poteſt. fœminam gigni dicit præter intentionem naturæ. quæ ſententia maiori iure monſtrum habenda eſt, quam eo, quo fœmineum ſexum mõſtri nomine infamauit. & in primis ſit ita, fœminæ formationem præter naturalem dicamus, conſequatur autem natura ſuam ſemper intentionem, neque vnquam ab ea defraudetur, quid accidet? omnes erunt maſculi. gaudebit ne natura? imo peribit. Deinde C generatio actionem directam poſtulat, non verò reflexã, qualis eſt illa qua aliquid agendo repatitur. generantem igitur marem, & ſuum finem conſequentem ſequitur maris procreatio, quod ſi finem non conſequatur, à quonam exibit fœmina? non à mare, vt ille vult, non à fœmina: quia, eodem met autore, nullam habet gignendi potentiam. ergo caſu facta eſt non aliter ac ſi quælibet alia figura fuiſſet producta, quemadmodum molas informes, caſu tamen aliquam figuram referre videmus; nam mihi contigit aliquãdo, mali granati ſimilitudinem in mole vi- D diſſe. fœminam monſtrum eſſe dixit, naturã tacitè accuſat, quæ frequenter monſtra fieri ſinit, cum tamen quoad fieri poteſt, ſumma ope nitatur ne à ſuo deficiat ſcopo. At quis fœminas, quæ pulchritudinis monſtra aliquando ſunt, quia rarum obtinent in effigie decorem, mõſtra naturę appellauerim? numquid in opere adeo perfecto & pręterea adeò neceſſario, in quo naturę prętantiam admiramur, eiuſdem naturę defectum contemplabimur?

Exiſtimat pręterea poſſe ſemen, qua coriſci eſt, vincere, at verò qua maſculinum eſt vinci, vt ſic fœtus, fœmina exeat patri ſimi-

lis; deinde etiam vincere ſemen maris ea potentia qua mas eſt, & cum hoc poſſe ſeminis potentiam ſolui, vt ſic tranſeat ſimilitudo in propinquos. Hæc autem quis ſanæ mentis fieri poſſe credet? quis ita diſtinctas potentias in vno ſemine imaginabitur, vt poſſit ſemen potentiam ſuam integram habere, qua huius, aut illius hominis eſt non verò qua maris eſt, aut fœminæ? quod cum admittatur, illud certe admitti nequaquam poteſt, vt vincat ſemen qua Coriſci, & qua maris eſt, & tamen eius potentiam adeo ſolui, vt impreſſa parentium ſimilitudo prorſus aboleatur. Et quod impoſſibilius eſt poſſe aboleri recentem, & expreſſam parentis ſimilitudinem, remanere autem obſoletam auorum. quod ſi remaneat quomodo aui materni ſimilitudo remanebit, quam tamen remanere certiſſimo experimento in nepote Theodoro filiæ meæ filio meam effigiem referente, didici.

Galenus triplicem quoque conſtituit ſimilitudinem, in ſpecie, in figura, in ſexu. Similitudo in ſpecie ſumitur à ſubſtantia, hoc eſt à materia, (hæc enim duo nomina apud Galenum confunduntur,) quam quia mater copioſiorem miniſtrat ſpecies fœtuum magis refert matrem, quam patrem. Sic vulpes, ſi cum cane fœmina coeat, canis vulpinus generabitur: ſicuti vbi canis cum vulpe fœmina, vulpes erit canina ita etiam ex hirco, & oue, ouem fieri vides, hirſuto pilo, ex capra, & ariete hircum mollioris lanitij. Nec verò ſpecies ita à materia ſumitur, vt omnino nihil à facultate proueniat. Nam Galenus loco citato, & lib. 1. de vſu part. & Ariſtoteles lib. 2. de part. anim. naturam aiunt, ſemper parare corporis materiam talem, qualis exigitur ad functiones, functiones verò ſpecie diuerſæ ſunt, in his quæ ſpecie differunt: etenim, vt ait Ariſtot. 2. de part. anim. cap. 1. *partes tam molles, quam dura, & reliqua functionum gratia ſunt facta.* materia igitur animalium à natura, ſeu à facultate, diuerſimodè, ad diuerſas ſpecies, debet parari. Sed hæc materia in fœmina generatur, & ipſa eam vel maxime præſtat cum quadã præparante, & agente facultate, quam Galenus agnouit, Ariſtoteles negauit.

In ſexu ſimilitudinem tribuit 2. de ſemin. c. 5. maiori, minori ve calori *omnes ſi quidem affirmant, qui huic contemplationi ſtuduerunt, nõ Hippocrates tantum, marem breuiore tempore, fœminam longiore in vtero fingi atque formari.* igitur formatio requirit durniusculam materiam. *Nam ſicut liquidum lutum impreſſionem, ac fictionem vllam non admittit, mediocriter autem induratum admittit, ita prima, ac recenti futura acciait qua lactis cæteri coagulato ſimilis eſt,* (& poſt pauca) *quod celerius igitur formatur eſſe ſectus patet arterias prætereà & venas, & thoracem & (vt ſemel dicam) omnes membrorũ inanitates latas habet, quod inflatione multa præditum eſt: multus ſiquidem ſpiritus calidus idoneus magis natura eſt adhuc efficiẽda.* Eſt itaque prima ratio, qua probat differentiam ſexuum fieri à calore hoc eſt mares fœminis eſſe calidiores, quia mares citius formantur, quod arguit maiorem calorem, à quo materia ſeminalis velocius induratur. Altera quia autore Hippocrate *in dextris vulua loculis mares concipi cernuntur.* Hanc tamen rationem, fatetur, non eſſe perpetuã quandoquidem, licet rarò, mares in ſiniſtra, fœminæ in dextra parte conceptæ viſæ fuerint. Tertia quoniam *ex teſtibus, quibus craſſior dexter eſt, & dum hircire incipiunt, prior inflatur, ij mares procreant, quibus eſt gracilior, poſteriusque intumeſcit, ij fœminas gignunt.* Hæc omnia maſculorum calorem atteſtantur. dextræ enim partes (vt ex Hippocratis doctrina habemus) ſiniſtris ſunt calidiores. Quarta: quia mares calidiore, quam fœminas, tẽperamento eſſe præditos, & apud omnes certiſſimum eſt, & actionum robur, quo pollent, oſtendit. Quinta tandem & vltima ex membris genitalibus, in fœmina intus latentibus, in mare verò, foras prominentibus quod fœminis, ob imbecillitatem, à defectu caloris, accidit viris ob eiuſdem abundantiam.

In effigie ſimilitudinem, prouenire, ait propter alterius, ex duobus ſeminibus victoriam: nam cum fœtus, modo patrem, modo matrem, referat cauſa reddenda eſt communis, quæ tam à mare, quam à fœmina procedat. communis non eſt ſanguis menſtruus, ergo ſemen. ſed ſi ſemen ſolum maſculinum hoc haberet, ſemper filius patrem referret, igitur vtrumque ſemen formatricis facultatis eſt particeps.

Cæterum, in triplice ſimilitudine, quam proponit, primam, hoc eſt, in ſpecie, fruſtra, ad materiam, refert, & falſo ad matrem, tanquam maiorem materiæ portionem tribuentem

tem hoc refert. Nam, in primis, mater non ſēper maiorem portionem materiæ confert. ſi quidem in ſola humana natura, & ſemen, & menſtrua habet. in brutis menſtruas purgationes non videmus, & quamuis Ariſtoteles eas ſanguineis ad mittat, ſaltem ex anguibus, & ouiparis denegaſſet; cum igitur omnibus animalibus non ſit communis mēſtrua purgatio, non rectè inde communis ratio educitur.

Dices fortaſſe, cum fœtus in vtero fœminæ maneat, ibi à fœmina augmentum ſuſcipere, ac proinde multam materiam. Sed ſetto formatricem vim cum primum ſe ſe imprimit, non amplius immutari nam augmentū priorem eius quod augetur figuram ſequatur eſt opus.

Deinde, non ſola mater materiam tribuit, ſed etiam paternum ſemen, vt idem Galenus multis probat, igitur non debet ſpecies matrem ſolam referre, ſed ex ambobus eſſe mixta, ſic tā ex equa, & aſino quā ex aſina, & equo tertia ſpecies nempe mulus, mulaue, naſcitur. quod verò ait ex cane fœmina coeunte cum vulpe maſculo, naſci canem cum pelle vulpina ex vulpe fœmina, & cane maſculo vulpem cum pelle canina, ex capra, & ariete hircum cum lanitio arietino, ex oue, & hirco arietem cum aſperiore pilo, puto nō ita eſſe intelligendum, ſed hæc omnia, quæ, ex mixtis ſpeciebus, emergunt, mixta eſſe animalia. referet vero mixtum illud animal, magis matrem, quam patrem, non ſemper, vt experimento eſt compertum, & præter experimentum ratione, quæ ſic habet. ex lupa, & cane quid naſcetur? lupam dices eum pelle canina quid ergo habet fœtus iſte, vt cognoſcas vtrum ſit lupa, an canis? nunquid effigiem, & membrorum figuram? at hoc tam patri quam matri deberi ais. Nunquid temperamentum? at temperamentum, ex membrorum configuratione, ex pilorum colore, atque natura cognoſcere docemur per totam artem medicinalem. Nunquid in moribus? at mores temperamentum ſequuntur.

Tertio temperamentum tam paternum quam maternum filij referunt, nec non etiā ad morbos qui hæreditarij propterea appellantur. At temperamentum ſumitur ex materia, vnde multi nutricum mores referunt: quia nutricum temperamentum ſequuntur, ſi igitur ex ſpecie, referret materiam, paternam etiam ſpeciem, non ſolam maternam

A filius referet, ac proinde Galenus aut ex oue, non ouem naſci tenetur dicere, aut ſpeciem ex materia ſola non accipi.

Quarto cum ſemen fœmineum magis quā maſculum a ſanguine menſtruo nutriri dicat incredibilem rem perſuadere nititur: etenim probe duo ſemina miſcentur, & in vnū coeunt ac proinde nutrimentum commune habere debent. Tandem doctrina eiuſdem Galeni eſt, ſat bene inculcata, vtrumque ſemen principium habere actiuum, vtrumque præſtare materiam, imo etiam in ſanguine menſtruo, & materialem, & efficientem,

B in eſſe cauſam, ita tamen vt *in menſtruo materia in ſemine vis, & facultas principatum obtineat*, ſed Polieletis (vt Galeni exemplo vtamur) dum format effigiem equi, equum facit. neque enim luto ſpeciem, efformare ſinit, mox arte ſua equum effigiat.

Quod verò attinet ad ſexuum ſimilitudinem, cuius cauſam caloris diuerſitatem eſſe vult, effectui perpetuo cauſam tribuit non perpetuam ſiquidem idem non fatetur non ſen per maſculum gigni in parte dextra quæ calidior eſt. Deinde membra genitalia fœminarum quæ genitalibus marium ſimilia

C intus remanent, non remanent propter caloris defectum: nam eadem ratione remaneret, etiam naſus, remanerent, & aures; Ad hæc reſpondet ille genitalia membra eſſe vltima quæ formantur. Hoc quamuis ei concedam, & vltimo loco vaſa ſeminaria formari oculis conſpiciam non adhuc ratio inde ſumpta vera eſt, nam natura in ſuis operibus non defatigatur, ſed ſemper ab imperfectis ad perfectiora progreditur ac proinde licet membra illa ſint vltima non propterea imperfectiora erunt.

Similitudinem in effigie tribuit tam Vtri-

D que ſemini quam ſanguini, quod ſi ita eſt ſēper mater ſuperabit nam in primis carnoſa membra quæ ex ſanguine fieri dixit maternū ſpecimen referent, alba autem ſeu ſpermatica vnum ex parentibus, cuius ſemen ſuperabit. Sed ſemen fœmineum ſemper à ſanguine menſtruo adiuuatur ergo ſemper ſuperabit. Galenus enim inter ſemen maſculinum, & fœmininum non conſtituit roboris diuerſitatem ſed inter ſanguinem, & menſtrua quamuis igitur menſtrua ſint in efficiendo debilia tamen addita ſemini fœmineo talis ſeminis vim augebunt. Et cum mater conferat carnoſarum partium materiam nempe ſanguinem

guinem conferat, & ſpermaticarum nempe ſemen. Nec non etiam duplex efficiens principium habeat hoc eſt ſemen,& ſanguinem. videtur quidem ſemper & ratione materiæ, & ratione efficaciæ debere ſuperare.

Argenterius opinionem,& generãdi modum ſe inueniſſe iactatur, quo omnia abſurda euitat in quæ alij omnes inciderunt. Sed qui nam queſo eſt iſte modus ? nempe *cum pater in ſe partem habeat, nempe teſtes, aut quod teſtibus proportione reſpondet qua nata, & apta eſt generare ſemen ſimile toti, & ſingulis partibus: & ipſum poſtea ſemen generatum, formam, & vim habeat eius à quo genitum eſt, cum materiam eſt nactum idoneam ideo eam, quam habet in ſe formam, induit materia, & aliud ſibi ſimile efficit eo plane modo, quo fit in plantis. Nam fructus (vt diximus) in ſe gignit ſemen in quo eſt forma totius plantæ: ſemen verò ipſum poſtea terra idonea obrutum, ex proprio humore, materiaque quam in ipſa terra habet, aliam gignit plantam ſibi ſimilem. ergo homo cum ſemen gignit in teſtibus, hominem gignit, quià in ſemine hominis forma continetur; deeſt ſolum materia, & organa expreſſe cum verò mas ſemen in vterum fœmina eiaculatur, & illic ſanguinem optimum in qualitate, & quantitate ad membra procreanda inuenit perfectũ iam hominem procreat.*

Hæccine tua eſt ò Argenteri tam celebris opinio ? ſemen ais formam hominis habere, & perfectum hominem, in materia proportionata, gignere, quis dubitat; cæcus eſſet qui hæc non videret, ſed cur magis aui, quã patris ſimilitudo referatur? cur materna effigies potius quam paterna in lucem prodeat ? hoc ne habet forma hominis? cum igitur omnes homines in forma hominis conueniant omnes in effigie conueniẽt. conueniunt quidem in membris nam omnis homo eſt bipes implume ſed non conueniunt in ſimitate naſi, & alij s huiuſmodi. quare cum nobis magnum tuæ doctrinæ hauſtum ſis pollicitus ſitibundos reliquiſti.

Fernelius lib. 7. de hominis procreatione c. 12. *vehementi*, inquit, *comprehenſione, & firma grauidarum cogitatione vim eam, qua fœtum conformat duci ac gubernari* in huius rei confirmationem varia adducit experimẽta, vt quando vtero gerens mulier ſi grauiter ferat vinum, aut fructum aliquem effundi, eiuſdem rei nota infanti inuritur nec non

A etiam ſi eadem nimis vehementer aliquid appetat quo non potiatur eius ſimilitudinem natus aliquo ſigno in corpore exprimet. accedit his album mulierem, quæ Aethiopis imaginem eſt contemplata, prolem nigram genuiſſe, & plura huius cenſus quæ nos poſtea referemus.

Verum enim verò quamuis negare nemo ſine impietatis nota poſſit (vt ſuo loco dicemus) imaginationem poſſe immutare effigiẽ, tamen hanc duntaxat ſempiternam eſſe cauſam à veritate eſt alienum. Iam verò ſi (vti videtur) imaginationem non in concubitus B hora, ſed in tempore grauidationis hoc præſtare exiſtimauit, irridẽdus omnino eſt nam formato iam fœtu quicquid aduenit extraneum eſt: ideo ſigna illa impreſſa, quorum exempla affert extra propriam infantis figuram ſunt. In concubitu verò quomodo id accidat, & quare explicandum paulo infra ſuſcipimus.

Quid in ſupradicta difficultate videatur probabilius.

C CAPIT. VIIII.

QVI ſimilitudinis in ſpecie cauſam quærit, quærat etiã cauſam cur vnus, & idem cibus in leone fiat leo in equo equus. Nam ſemen v. g. hominis, cum hominis pars ſit, quicquid accipit, in hominem conuertit, hoc eſt, in humanam carnem, & in humanam figurã, hoc autem non materia opus dicetur verum facultatis. Nã quemadmodũ cibi varij in vnam conſpirant naturam nem-
D pe in hominem: quia ab homine tranſmutantur, ita materia licet varia hoc eſt compoſita ex vtroque ſemine membrato, & ſanguine membrato in vnam naturam tranſmutatur. Signum huius rei eſt quod duo ſemina diuerſorum ſpecie animalium cum non habeant vnam facultatem ſed duas inter ſe commixtas non vnum producunt animal ſed tertiam quamdam ſpeciem vnde Africa ſemper aliquid noui. Soli homini propter formæ præſtantiam commiſceri alia ſpecies nequit quicquid incõtrarium Licetus garriat iccirco à Galeno 3. de vſupat. c. 1. centauri impoſſibiles iudicantur, & quæ tum de ijs tum de

Digitized by Google

minotauro dicuntur, poetarum ſunt figmenta, ſi verò aliquando ex adeo nefario concubitu aliquid in lucem exiret moſtrum appellares.

In ſexu differentiam ſi ſpectes, non ad ſimplicem calorem referes ſed aliud quoddpiam maioris ponderis imaginaberis. Neque verò in ſolis genitalibus differentia apparet, ſed in mollitie corporis, vocis acumine, capillorũ lõgitudine, & alijs. ita tamen vt quædam ſint animalia, in quibus vix marem à fœmina dignoſces: quis enim procul aſpiciens in armento boues mares à fœminis diſcernet, equas ab equis. Alia etiam à longe dignoſcuntur vt cerui maſculi. qui cornuum maxima habent armamenta, quibus fœminæ carent. Galli gallinacei criſtati ſuperbe gradiuntur gallinæ non ita. Inter homines, & mulieres barba diuerſitatem facit ſed hæc ludicra ſũt, & naturę iocus potius pulchra varietas. cuius varietatis gratia etiam inter plantas mares à fœminis dignoſcimus proceritate aut oliorũ acumine diuerſas cum tamen hæc ſexuum differentia non magis neceſſaria ſit plantis quam papillæ hominibus.

Exiſtimauit Stratonicus phyſicus referẽte Galeno 2. de ſem. c. 5. *fœminam ex fœmina, marẽ ex maris ſemine inualeſcente procreari* ex quibus verbis Galenus veram infert concluſionem inquiens, *vnde melius fortaſſe erit ſi dicamus non ex feminis prædominio, ſed ex diuerſarum partium præminentia marem, & fœminam procreari*. Age igitur, & quam ſit corpuſculorum commixtio vera iam hinc addiſcito Miſcentur innumera tam à mare quam à fœmina quæ faciunt vt fœcundum ſit ſemen. cum igitur ad efformanda genitalia membra accedant particulę ſumptę à matre fœtus erit fœmineus cum à mare maſculus quod cum ex mare v. g. formata ſunt, ſi aduenıant ex fœmineo ſemine corpuſcula nihil iam efficient; vincuntur enim ab eo quod factum eſt. Hanc optimam, & veriſſimam ſententiam Galenus ideo non recipit quia Stratonicus *non in membris genitalibus ſolummodo, verum in vniuerſo etiam corpore differentiam conſtituit*. quod certe repræhendendi ſtudio dictum videtur ſi quidem ſi Stratonicus in hoc errauit cur in alio in quo rectè dixit non eſt recipiendus?

Effigies ſequitur, quę multipliciter à natura depingitur. Nam aut in vno aut pluribus aliquando matri, aliquando verò patri filij

A ſimiles euadunt multoties auo aut auiæ quin etiam, & colateralibus ſed tamen his prout ab vno procedunt trunco. Quod autẽ referãt mirabilis teſtatur hiſtoria quæ in Helide accidit: ſi quidem ex auo æthiope filia alba prolem æthiopem concepit. Audiſti in ſuperius ſpiritus innatam habere doctrinam omnia membra fabbricandi; & hoc in macrocoſmo ita eſſe nos docet ſapiens Trimegiſtrus dum ait, *per ſpiritus omnem viuificam in mundo ſpeciem diſpenſari, gubernarique ſecundum propriam cuiuſq; dignitatẽ*. Quemadmodum igitur hoc in vniuerſo circa ſpe-
B cies contingit, ita etiam in microcoſmo circa indiuidua. quapropter corpuſcula ſiue ſpiritus (hæc duo ſemper iure optimo medice loquens confundo) ſignaturam habent totius microcoſmi factam non ab anima ſola, ſed ab anima cum tali corpore. atque ita in permixtione maris, & fœminæ dum & vincunt, & vincuntur diuerſo modo fœtum effigiant. Victoria verò maiori robori tribuetur ſed robur non propriæ naturæ: nam ſi ſic eſſet vel ſemper patri filius eſſet ſimilis, vel quoties mater eſſet robuſtior ſibi natos aſſimilaret. tamen in hoc adeo inconſtans eſt euentus vt
C nihil poſſis pronuntiare quin tibi aliter eueniſſe oſtendã. Cur verò fœtus modo patrem modo matrem, & non nunquam aliqua vnius aliqua alterius membra referat. duplex poteſt aſſignari ratio vtraque non admodum perſpicua, quidni in re admodum obſcura? prior, cum ſemen nihil ſine Cœlo generet, a Cœlo determinabitur huic vel illi fingendæ particulæ, hanc ſi non vis, aliam accipe; facultas formatrix cognoſcitiuæ æquiparatur, nec dicas cognoſcitiuam eſſe liberam formatricem minime: nam quæram vnde hoc didiciſti? dices forraſſe quia formatrix natu-
D ralis eſt cognoſcitiua animalis atque hanc eſſe differentiam inter animales, & naturales facultates quod animales arbitrij libertate gaudeant, naturales neceſſario agant. Hoc ita lege ſancitum habes, verum eſt cur non recipiã etenim dabo actiones facultatis animalis non liberas, dabo & naturales liberas. Nunquid reſpiratio nõ eſt animalis? ſed quis quæſo poterit ad libitum non reſpirare? iam audio te proferentem ſeruum barbarum, qui cohibita reſpiratione mortem ſibi conciuit. Ad hoc Tripliciter reſpondeo primo ſi nares & os manu occludas, & hoc modo ad libitum reſpirationem impedias non ideo dice-

tur

tur reſpiratio libera alioquin,etiam natura-
lem liberam appellabis, ſiquidem impeditis
meatibus per quos tranſit alimentum nutri-
tiua virtus in membro operari deſinit. Se-
cundo ſeruus ille non omnimoda priuatus
fuit reſpiratione:ſiquidem per arterias aliqua
relicta fuit,quę tamen adeo erat exigua vt nō
ſufficeret vitam tueri: Tertio illa hiſtoria
magis neceſsitatem quam libertatem reſpi-
rationis oſtendit, ſiquidem abblata reſpira-
tione mors ſequta eſt,eodem modo, & natu-
rales potentiæ ſunt neceſſariæ hoc eſt ſine
quibus vita non conſtat. præter reſpiratio-
nem habes etiam ſenſum tactus,quo non po-
teſt animal carere, & viuere,quod ſi aliquis
per aliquod temporis ſpatiū extaſim patitur
id non fit ad libitum. Scio Diuum Auguſti-
num in lib. de Ciuitate Dei de quodam nar-
rare qui ad libitum extaſi rapiebatur.ſed hoc
præter naturæ ordinem eſt,& monſtrum di-
ci poteſt.eſt itaque actio animalis non libera.
eſt, & naturalis libera,nam fœcis, & vrinæ
excretio naturalis eſt, & tamen ad arbitrium
poteſt fieri,ſi negas eſſe naturale opus,quærā
cum ab eodem muſculo ſe contrahente fiat
earumdem retentio, an retentio ſit natura-
lis. Dices profecto retentionem naturalem
non eſſe quia in ea muſculus operatur retra-
hendo ſe ad ſuum principium qui eſt propri-
us actionis muſculorum modus. ſi igitur re-
tractio eſt animale opus relaxatio eiuſdem
muſculi non erit animale, ſi non eſt animale
quid aliud erit quam naturale.

Cum iam tibi hanc nubem eripuerim vt
videre poſſis actiones naturales liberas. addā
formatricem. licet naturalis ſit, eſſe tamē cę-
teris digniorem, & quæ ſuo mirabili artificio
captum humanum excedit.quare aliquid ei
condonandum eſt ſupra reliquas naturales
potentias,ſed quid condonabimus? nimirum
vt operetur quidem neceſſario, ſed non ne-
ceſſario omnino operetur ſemper quotiescū-
que materiam aptam in loco habet accomo-
dato,ſed operetur ita vt modo hanc,modo il-
lam materiam moueat. Sed interrogabis cur
magis mouebit hanc vel illam materiam?ne-
que libertatem ad huc admittes cæterum
quæram ex tè num aliquando vel te ipſo ni-
hil tale volente ſe ſe tibi aliqua prætetitarum
rerum obtulit recordatio ita vt quæ illa die
peragiſti in mentem non venerint ſed quæ
veniunt antiqua nimis ſunt? redde mihi hu-
ius rei rationem. reddam,& tibi viciſſim.nec

A cōfugias ad libertatem cogitatricis nam iam
ſuppono te nulla libertate aut imperio vo-
luntatis fuiſſe vſum. Profectò latent in im-
menſo animæ noſtrę Chaos multę imagines,
& ſimilitudines impræſſæ, quæ actu patent
ſpeculanti verò redduntur incredibiles. Vide
quot loca,quot homines,quot nomina, quot
res in mente habeas nunquid omnium ima-
go eſt impreſſa?fateberis:nam aliter non ha-
beret memoria vnde eas erueret ſed quomo-
do tot depictas ſeruat anima imagines? dices
eſſe incorporeas eas verò quas formatrix ex-
primit corporeas.ſit ita non tamen video cur
B corporeæ imagines neceſſario imprimantur,
incorporeæ verò, & ſpiritales ad libitum.
Deinde ſpecies quas formatrix habet, licet
corporales ſint quia in corpore recipiūtur, ad
ſpiritualium tamen naturam quam maximo
accedunt ſunt enim ſenſibilium quædam in-
ſenſibiles effigies atque cum ſpirituales quo-
dammodo in generante ſint, in eo quod gi-
gnitur ob diuinam ſeminis vim corporaliter
imprimuntur.

Multifariam multiſque modis hæc ſimi-
litudo, ne ſuccedat, impeditur non nunquā
propter ineptitudinem materię aut molę aut
C monſtra. molæ quidem informes ſunt niſi
(vt dixit) fortuito formam accipiāt non ali-
ter ac ſi quis aquam in pauimentum proijci-
ens ſpecierum auis aut leonis aut fructus aut
aliud ſimile videat ſpeciem figuratam. Mon-
ſtra figuras habent nil progenitorum figuris
correſpondentes. Hoc vnde nam? forſan
ne (vt vult Ariſtoteles) quia natura non po-
tens id quod intendit gignere deflectitur ad
alterius propinquæ ſpeciei imaginem ita vt ſi
non hominem ſaltem animal generet ſi non
animal ſaltem viuens? At hoc non eſſet mon-
ſtrum iam enim natura licet coacta illuc ten-
D deret, & nihil præter intentionem illius fie-
ret nunquid ita volunt alij quia materia leo-
nis v.g. aut alterius animalis habet diſpo-
ſitiones? At ſic formatrix eſſet à materia non
à forma.

Nec verò mihi placet quod Argenterius
ab Ariſtotele libenter recipit monſtra pręter
naturam quidem eſſe, verum aliqua ex parte
ſecundum naturam:& in illis materiam ſer-
uari ſed naturalem formam mutari *veluti ſi
homo naſcatur pedibus, vel capite, aut alia
parte ſuilla quatenus enim materia ſubeſt il-
li apta ad hominis proprias partes effingen-
das ſecundum naturam: quatenus verò for-*

ma partium hominis mutata eſt eatenus quod præter naturam eſt locum habet. Quod ſi nec caput, nec alia pars animalis figurata eſt, ſed aliquid deforme pro hominis membris eſt effectum, monſtroſa præter naturam magis apparet hæc compoſitio. Non, inquam, placet: nam ſi Argenterius vult hominem v. g. eſſe monſtrũ ſecundum eas partes duntaxat quas monſtroſas habet, vt ſi aures, aut oculos, aut aliud quicpiã habeat à natura hominis alienum hoc illi concedimus, ſed inepte eſt dictum, quis enim neſcit illud ſolum eſſe monſtrum quod à naturali forma eſt alienum? ſi tamen eius eſt opinionis vt credat ſolum eſſe monſtrum id in quo nulla forma apparet falſum dogma perſuadet, tunc enim ſolas molas monſtra appellabit. neque autem verum eſt vbi caput v. g. figuratur ſuillum, materiam aptam fuiſſe ad hominis procreationem.

Dicendum igitur, non poſſe omnia, ex omnibus fieri, ſed vnam quamque rem, vt fiat, habere ſuam materiam aptam, & ex debitis, tali formæ, corpuſculis coagmentatam, quod ſi non accedat, quantumuis formatrix laboret non aſſequetur ſuum finem ſed quadrabit illud Horatianum.

amphora cepit
Inſtitui currente rota cur vrceus exit

degenerabit verò figura ex ſe ipſa in illam ad quam materia maiorẽ promptitudinem habebit. Non ne Phyſionomici ex effigie alicui animali ſimili colligunt homines eiuſdem animalis moribus eſſe præditum, atque quoſdam viſu canino alios vulpino, non nullos aſinino effigiatos eſſe dicunt? & pro ratione effigiei mores attribuunt. Si igitur materia ad effigiandum vultum v. g. ſuillam figuram adumbrantem inclinet, & inepta ſit ad humanum exibit vultus iam ſuillo magis ſimilis. Exemplum tibi affero cuiuſdam nobiliſſimi viri, qui digitos manuum, ſed præcipue pedum, aliquantulum à recta figura deflectentes, habet, non tamen adeo vt poſſint actionibus nocere, huius filij creſcente ſcilicet materiæ ineptitudine, & locum formatrici non concedente, in lucem editi ſunt, qui digitos manuum pedumque flexuoſos, genua implicata, & arborum truncis, ſimilia habent. Hoc cum viderem, coniecturã cœpi facere, materiam ineptam in eas figuras degeneraſſe in quas, corpuſcula à patre delapſa, inclinant. Hoc ne emendabile eſt? imo maxime nam exiguum figuræ vitiũ paternum, ſeu maternum, vt in filijs appareat maximum, ineptitudo Materiæ facit, quæ (vti dixi) formatricem impedit, atq; in id cuius obſcuram habet ſignaturam prorſus delabi ſinit ſi igitur ineptitudo corrigatur, tum catarticis medicamentis, tum ijs quæ poſſunt ſanguinem ad optimum, naturalem ſtatum reducere vitium illud in filio, velut in patre, exiguum erit, & in tertia, aut quarta generatione extinguetur. Nam & Gigantes fuiſſe certiſſimum eſt, à quibus poſtea debitæ menſuræ homines prouenerunt, & Macrocephali, à Macrocephalis gignebantur, poſtea tamen temporis progreſſu ita magnis capitibus deſierunt naſci, teſte Hippocrate de aere aquis, & locis, ſic & colores fructuum, aliæque impreſſiones deperduntur. Verum obijcies ſi materia eſt inepta huius rei generationi, non erit inepta generationi alterius, & ſic talis materia, ad aliam generationem, ex naturæ præſcripto, rapietur nec dicetur monſtrum: ſic triticum, ſi ob ineptitudinem terræ, non producit ſibi ſimile, at producit ſaltem, ex lege naturæ, loliũ, ſiue, auenam, quæ duæ rerum ſunt ſpecies, non monſtroſæ. Degenerare autem triticũ in lolium hordeum in Aegilopã didicit Galenus à patre ſuo 2. de aliment. facult. c. 37. Reſpondeo multoties granum prius quam terræ mandetur corrumpi ac proinde iam nõ eſſe ſemen tritici.

Cogitatio præterea eſt, quæ impedit ſimilitudinem natorum ad parentes verum hæc cauſa non eſt infallibilis ſiquidem multoties parentibus vehementer de aliqua re tempore coitus cogitantibus nihil cogitationi ſimile editur. erat autem infallibilis Iacobo qui virgas decorticatas apponebat in canalibus aquarum, vt oues in earum contemplatione conciperent, & parerent filios verſi colores. cæterum hæc nutu Dei erant facta nec mirũ ſi infallibiliter accidebant. cæterum requiri videtur, vt quemadmodum mas, & fœmina in emiſſione ſeminis concurrunt concurrant etiam in eadem imaginatione hoc indicant ſacræ paginæ verba *ponebat Iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietũ & ouium vt in earum contemplatione conciperent.*

Num vero brutis an hominibus familiaris magis ſit prædictus cogitationis effectus dubium eſt. Bruta niſi habeant præſens obiectum.

ctum.

ctum, raro poterunt in eamdem imaginationem concurrere. ac prætetea muta ſunt nec ſuos nobis affectus exprimunt ac propterea neſcimus quando illis iuxta imaginationem ſuccedat. Sunt nihilominus aliqua exempla inter quę occurrit id quod à Diuo Auguſtino lib. 18. de Ciuit. Dei c. 5. narratur videlicet apud Aegiptios nunquam deſeciſſe bouem quemdam maculis candidis inſignitum, quem Apin vocabant, & pro Deo colebant. Cenſet ille huius rei causā fuiſſe quia Dęmones ad decipiendos Aegiptios phantaſiam talis tauri quam ſolam cerneret Vaccæ concipienti oſtentabant *vt libido* (inquit ille) *eius attraheret, quod in eius fætu iam corporaliter appareret.* Valleſius exiſtimat imaginationem in brutis efficacius agere, ac propterea Bruta facilius imaginatæ rei ſimilem fœtum producere: quia hominum mens diuina cum ſit & ſeparabilis multa meditatur ſine inſtrumento corporali, atque cum corporali inſtrumento vtitur, tanquam illis minus inhærens, minores infigit affectiones. Itaque hanc imaginatiunis vim in prole permutanda multo magis licere experiri, ait, inanimantibus mutis, quam in nobis.

Hęc Valleſij opiniu euertitur: quoniam non loquimur de ijs quę homo abſque inſtrumento corporali imaginatur, vt ſunt res corporales, & vniuerſalia ſed ſolum de ijs, quę ſenſu ſaltem interno percipiuntur, & in his profecto bruta non ita efficaciter atque homines cogitant. qua propter meliore iure Thomas à vega bruta ait rariſſime imaginatione corrumpere formatricem, homines verò frequentius: quia homines habent imaginationem, & celerem, & valde potentem. Itaque in plantis certiſſima eſt ad ſua principia ſimilitudo quia in illis locum non habet aliud impedimentum quam ineptitudo terrę, & hoc eſt ratum quia cibus plantarum non ita requiritur exquiſitus vt quolibet defectu reddatur ineptus. In brutis & hominibus non eſt omnino certa ſimilitudo natorum ad ſuos quia tria impedimenta occurrunt, quorum vnum quodque per ſe ſufficit ad prædictam ſimilitudinem deſtruendam primum eſt materiæ ineptitudo per quam aliquando monſtra fiunt, alterum cogitatio, tertium duorum ſeminum interſe pugnam in qua neutro vincenti ſimilitudo perditur.

Cur imaginatio poſſit fœtui figuram im-

A primere. ratio videtur eſſe, quoniam qui actu cognoſcit, aliquid eſt actu rei cognitæ ſimile, & qui generat facit aliud ſibi ſimile qui igitur ſimul contemplatur & gignit facit aliquid ſimili rei quam contemplatur: nam quæcumque ſunt ſimilia vni tertio ſunt ſimilia interſe. Hoc autem vt eueniat neceſſe eſt vt generans in ipſo coitus calore contempletur: non enim animal generat ſibi ſimile ſecundum id quod fuit aut erit ſed ſecundum id quod tunc eſt actu.

Altera ratio eſt quia quamuis potentiæ cogitatiua, & generatiua ſeu formatrix ſint
B diuerſa, ſunt tamen eiuſdem animę in eodē ſuppoſito. quare potentię ſuperiores mouent infimas, & aliquando infimarum actus potentius perficiūt, quam ipſę infimę. hoc cernere eſt in ira, timore, & triſtitia, ac cæteris animę paſſionibus, quę potentius, & efficacius vniuerſum corpus turbare habent, & humores vndique mouere quam ipſę naturales. quare ſpiritus ab imaginatiua ſignati ſpecie rei cognitæ confluunt cum ſemine in coitu & effigiem fœtus conficiunt vel confluunt poſt coitum ad vterum & fœtui effigiato aliquod imprimunt ſignum.

C Mutat itaque cogitatio effigiem raro autē aut nunquā immutabit ſpeciē, ita vt propter vehementē cogitationē ex homine bos oriatur: quippe mutatio in accidentibus facilior eſt quam in ſubſtantia. Varia ſunt exempla tum brutorum, tùm hominum quibus cogitatio prædictum peperit effectum Gallina, referente Alberto, & Auicenna, quia dum coiret timuit accipitrē, peperit pullum cum ceruice accipitrina, & quod maius eſt Pauo ſi dum ouis incubat linteis albis circum tegatur albos non gemmantes edit pullos. Vnde colliges id quod ſuperius diximus nēpe etiam dum oua excuduntur poſſe pullos
D effigiem mutare: Galenus lib. de Theriaca ad Piſonem c. 11. quemdam, qui affectabat filium pulchrū procreare depinxiſſe narrat, in ampla tabula formoſum puerum inde vxori congredienti præcepiſſe, vt è regione poſitam imaginem diligenter conſideraret illam verò attente reſpicientem & totum animum illuc conijcientem puerum peperiſſe non patri ſed picturæ ſimilem nempe *oculis, pictura exemplum, natura tradentibus*. ſimiliter accidit ei quæ in cubiculo imaginem AEthiopis habebat & filium peperit AEthiopem alia vrſi figuram, & vrſinam effigiem

ſigiē in prole vidit. Denique cogitatio adulteras a criminis ſuſpicione liberat: ſiquidem in concubitu de marito propter metum cogitantes prolem marito ſimilem efficiunt.

Concludendum eſt igitur poſſe fœtus cogitationis parentum veſtigia præſeferre ita tamen, vt cogitatio aliquoties non tamen ſēper ita præualeat. Atque ideo Plinij ſententia lib. 7. c. 1. cū moderatione eſt accipienda dum ait, *ſimilitudinem quidem in mente reputatio eſt, in qua credantur multa fortuita pollere viſus, auditus, memoriaque hauſta imagines, ſub ipſo conceptu cogitatio etiam vtrius libet in imo ſubito tranſuolans effingere ſimilitudinem, aut miſcere exiſtimatur. Ideoque plures in homine, quam in cæteris animantibus differentiæ; quoniam velocitas cogitationum, animique celeritas, & ingenij varietas multiformes notas imprimit, cum cæteris animantibus immobiles ſint animi, & ſimiles omnibus, ſingulisque in ſuo cuiuſque genere.* Denique filij in voce, motu, riſu, & alijs parentibus fiunt ſimiles non quia hæc ſemen ſecum trahat. ſed quoniam actiones ſunt quæ primæ partibus ſimilaribus debentur partes autem ſimilares ſemini. color etiā non à ſemine ſed à temperamento temperamentum à ſemine ita, vt omnia vel proxima vel remota ad ſeminalem vim tanquam ad primam, & vniuerſalem originem ſint reducenda, & verum eſt Ariſtotelis dictum ſemen non recedere ab omnibus ſed accedere ad omnia, hoc eſt, eſſe aptum vt ex eo fiant omnia.

Itaque impedit veram & proportionatam effigiem ineptitudo ex parte materiæ, cogitatio ex parte parentum ſed non minus et á debilitas formatricis ex parte ſeminis. Nam propter ſpirituum inopiam aliquando adeo debiliter operatur, vt cum non deſit materia ad membra deeſt tamen virtus effigiatrix vnde aliqui ſine oculis, ſine auribus, & pro oculis & auribus carnem habēt informem. Ac proinde poteſt dicere aliquando deeſſe agentis robur. aliquando patientis obedientiam, aliquando verò vtramque propter vim cogitatiuæ. Verumtamen aduertendum eſt ſi materia ſit obediens formatricem debilem nullam effigiem producere: quoniam figura talis, aut talis accidit ex inclinatione materiæ. Quemadmodum enim grauia eius ſunt conditionis, vt deſcendant deorſum ſi tamen aliquod graue circumſcribatur ab ob-

A liquo mouebitur in obliquum (vt ſæpe contingit) ita formatrix circumſcripta a materia ſignata eo mouetur quo materia inclinat ita vt ſi materia ſignetur ſigillo leonis, ſi quidem leoninas habet diſpoſitiones, exibit quidem in lucem homo ſed cum figura leonis. Et quia ſemen has diſpoſitiones poteſt habere, vel ſecundum ſe totum, vel ſecundum aliquas partes, aliquando totus effectus habebit illam præter naturalem figuram, aliquando pars eius.

B

Admiranda microcoſmi procreatio.

CAPIT. X.

VNAQVAEQ; res in productione ſuæ formæ produci cenſentur, ſi quidem forma rei eſt per quam res eſt, anima eſt microcoſmi forma, & per animam eſt id quod eſt ita, vt quando anima producitur microcoſmus eſſe incipit: producitur anima
C ex nihilo, ex nihilo ad aliquid infinita eſt diſtantia, infinitum autem infinito non eſt maius, neque minus quapropter non minus eſt microcoſmum ſeu animam, per quam microcoſmus eſt, quam totum vniuerſum ex nihilo procreari; vt vel hinc intelligamus mirabilem eſſe vniuſcuiuſque hominis procreationem, cuius tamen modus, & ratio ſi animam excipias, quam *inſuflauit Deus in faciem hominis* in reliquis cum reliquis ſimilitudinē habet, Verum adhuc eſt admirabile nam ſi animalium, imo & plantarum, & rerum omnium ex ſuis ſeminibus generatio
D cum admiratione auditur, quanto magis fabrica domicilij, in quo animus Deum agnoſcens laudans, & diligens transformatur in Deum. fabrica, inquam miro artificio constructa quæ (vt ait Galenus de fœtuum format. c. 6. *ſummam opificis ſapientiam, & potētiam præſefert* verum quoniam dixi productionis modum omnibus rebus eſſe fere eundem conſiderare oportet omnia initio ſuæ productionis quaſi cuiuſdam oui ſimilitudinem referre, & quemadmodum ouipara quoniam extra ſi fœtum excudunt oua habent duriore tunica contenta fructus etiam cortice duriore externas iniurias quibus à

pri-

principio expoñuntur euitant ſic animalia, quæ in vtero materno concluſa gignuntur corticem quidem habent, ſed molliorem, nã ſolidior ibi neceſſaria non erat oui ſimilitudinem addiſce ex eo quod cantatrix illa mulier ab Hippocrate ſaltu ſepties repetito emiſit. *Mulieris nobis familiaris* (inquit) *famula cantrix magna exiſtimationis ex virorum conſuetudine erat, quam in ventre concipere non conueniebat, vt ne minoris exiſtimationis redderetur. Audiuerat autem cantrix ipſa, qualia mulieres inter ſe dicunt, quod quãdo Mulier conceptura eſt in ventre, genitura non egreditur, ſed intus manet. Auditis autem his atque intellectis, hoc ſemper obſeruauit, & quum quandoque ſentiret geniturã non exeuntem, dominæ expoſuit, & ſermo ſtatim ad me peruenit. Ego verò quum audiſſem, iuſsi ipſam ad terram ſaltare, & poſtquam ſepties iam exiliiſſet, genitura in terram profluxit, & ſtrepitus factus eſt, atque illa conſpecta ipſa amirata eſt. qualis autem erat hac refero: velut ſi quis ouo crudo externam teſtam circum circa adimat, interna vero pellicula incluſus liquor pelluceſcat. Modus quidem talis erat, & vt abunde dicam, tuber erat liquor, & rotundus in pellicula vero fibra quadam alba, ac craſſa in eſſe videbantur. cum cruore craſſo, & rubro obuoluta; circum autem pellicula foris cruenta veſtigia inſtar ſigillatorum, iuxta medium vero tenue quid eminebat, quod mihi vmbellicus eſſe videbatur, & per illum ſanè expiratione extra & intro primum facere apparebat: quin & pellicula geniturã ambiens, ac complectens, tota ex illo tendebatur. talem ſanè ego geniturã ſex dierum exiſtentem vidi.* hæc ille, quod ſi geminos mulier concipit vnuſquiſque ſuo putamine clauditur, ita vt inter ſe diuiſi maneant, ſi verò aliqua parte inuicem ad hæreſcant mõſtrum appellatur, quod aliquoties eſt viſum, & ij qui de monſtris agunt pluribus modis adhærentes fœtus depictos oſtendunt.

Sed antequam hinc diſcedam quoniam de gemellis incidit ſermo, eorum cauſas libet exponere. Vtrumque ſemen in vuluam eiaculatum ab ea recipitur ad fœtus formationem quamuis non vtrumque ſimul emittatur, ſed aliquo interiecto interuallo. Nam quamuis duas hiſtorias alteram mulieris, quę in balneo ſemen eiectum recepit & concepit, alteram viduæ, quæ cum alia nupta quę pau-

A lo ante viro iuncta fuerat, coiuit, & ab ea ſemen recepit, & grauida eſt facta, fabuloſas omnino exiſtimem. Non tamen arbitror omnino præter rationem èſſe ſemen maſculinum in vtero per octauam horæ partem poſſe fœmineum expectare. qua propter Ouidiana Carmina quale eſt illud.

Odi concubitus quees non vtrinq; reſoluunt

& ille alius.

Crede mihi veneris non eſt properanda voluptas

quos citant Medici autores, vt probent debere eos, qui proli gignendæ ſtudent adhortari
B fœminas vt ſimul ſemen emittant, illa in quã Carmina potius ad turpitudinem, & luxum, quam ad generandi doctrinam pertinere mihi perſuadeo. Non tamen negauerim optimum eſſe vt fœmina ſemini emittendo incumbat, ne ceſſans ab emiſſione fruſtra maſculum accipiat, itaque vtrumque ſemen ſpiritibus turgens, ſimul cum ſanguine commiſcetur. Semen non vna tantum eiaculatione emittitur ſed pluribus, quare qui gemellos dicit fieri ob multiplicitatem iaculationum effectui in frequenti cauſam continuam aſſignat. Deinde etiam matrix mulie-
C ris, quæ conceptura eſt, auiditate ſua ſemen accipit nec diſpergi ſinit. Eſt igitur cauſa potius referenda ad ſeminis multitudinem ob quam loculi matricis omnes aſperguntur. sũt autem in muliere duo, quapropter duos concipere ſecũdum naturam eſt, plures verò pro monſtro habetur. ſed poterit ne mulier aliquando plures quam duo habere ſinus, contingit enim aliquando in indiuiduis naturã errores committere, atque ita plures fœtus non extra naturæ ordinem emittere? Reſpõdeo animalibus, quæ ad plurimum duos poſſunt fœtus concipere, duos à natura ordina-
D tos eſſe matricis locellos, duas etiam mammas, vt fœtuum conceptaculis reſpondeant nutritionis inſtrumenta quicquid extra hũc ordinem accidat monſtrum eſt. Interrogabis prætetea num poſſit abſque ſeminis multitudine ſolita quantitas eiaculari partim in dextrum partim in ſinixtrum ſinum atque vtrumque irrigari, ita vt duplex fiat conceptus? Profecto ſeminis ſolita quantitas ſi in duas partes diuidatur non poterit in vnaquaque fœtui gignendo eſſe ſatis. Deinde etiam ratum eſt vt maſculino ſemine in duas partes diuiſo, reſpondeat etiam fœmininum, atque in eaſdem diuidatur; nam ex ſeminis

pau-

paucitate fieri monſtra per defectum certiſſimum eſt.

Altera cauſa cur gemelli gignantur, tradita ab Auicenna, ſcilicet vteri deglutitio non ſimplex, ſed multiplex, ad aprehendendum ſemen, vera eſt, cum priore coniuncta, hoc eſt cum ſeminis multiplicitate. *Accidunt aliquando* (inquit ille) *matrici apud attractionem, motus frequentes, ſicut ille qui deglutit bucellam, poſt bucellam, & ſicut reſpirat piſcis, emittendo reſpirationem poſt reſpirationem.* Imo non aliquando, ſed ferè ſemper ita eſt. quod ſi ſemen fuerit multum, poterit diuidi, ad duos fœtus gignendos, ſin paucus vel non diſpergetur, (nam natura ſua vniri appetit) vel diſperſus non completos gignet natos. ſi diuiſio fuerit multiplex quod accidit aliquando ex vitioſa ſeminis natura, ob quam non bene cohæreſcit, tunc multi fœtus, ſed in quibus non deeſt formatricis aliquod veſtigium in lucem exibit. Auicenna 9. de animali. à fide digno ſe audiſſe teſtatur quandam mulierem abortiſſe ſeptuaginta figuratos vno abortu, & Albertus magnus dicit ſe accepiſſe à fideli medico quandam in Germania abortiſſe centũ quinquaginta figuratos in quantitate digiti auricularis, omnes vno pannulo inuolutos. Aliquando verò ſeminis vitium tale eſt, vt non ſolum non cohæreat verum etiam ineptum ſit, vt formatricis impreſſionem recipiat, vt eſt illa apud Hollerium quæ multa animalcula ranis ſimilia edidit.

Fabuloſum eſt quod aliqui dicunt gemellos, qui vnius ſunt ſexus iiſdem ſecundis inuolui ſimplice duntaxat membrana ſeiungi, & ſuum quemq; vmbilicum, propriaſque, tum venas, tum arterias obtinere: quid verò diuerſi ſunt ſexus, diuerſas quoque ſecundas accepiſſe, eaſque prorſus diremptas; cuius rei contrarium experimento comprobatur, & mihi hoc anno videre licuit nempe gemellos maſculos diuerſis ſeparatos chorijs, & quidem niſi vnuſquiſque fœtus ſuo putamine ſeiungatur periculum adhæſionis eſt.

Gemellorum omnimoda inter ſe ſimilitudo oſtendit figuram quidem à formatrice fieri, talem verò figuram non niſi in tali ſemine poſſe accipi. Sed dubitationem infert, quod gemellorum diuerſi ſunt ſexus, ſi igitur nõ datur ſimilitudo in ſexu cur in effigie ſemper datur? huic dubitationi ſatis facies, ſi aduertas diuerſitatem ſexus fieri, quia duo

A membra genitalia interſe diuerſum ſexum facientia vnicuique gemellorum ſunt data, ita vt ſi vtraque hęc membra vni tãtum fœtui darentur fieret hermophroditus non fit autem niſi raro, quia vno membro genitali formato alterius, non dum formati materia ſuperatur; at verò effigies (cum vna ſit vtriuſque gemellorum materia loco diuiſa) nihil variatur. Hoc loco obiter ad verte frequẽtius gemellos in ſexu conuenire, quam aliter, licet contrarium habeas in libello de natura pueri, ſcilicet maiori ex parte gemellorum alterum eſſe marem, alterum fœminam, ve- B rum hic libellus quoniam aborſum docet contra id quod Hippocrates in ſuo iure iurãdo promiſerat non eſt omnino fide dignus.

Similitudines gemellorum inter ſe fieri, propter vnitatem materię probatur, ex ſuper fœtationibus, in quibus ſimilitudo hæc non datur, quia diuerſa ſemina, diuerſam effigiẽ poſtulant, ita vt licet fratres diuerſo tempore nati ſæpe ſibi inuicem in effigie correſpondeant, nunquam tamen illam omnimodam ſimilitudinem, quæ gemellis ineſt, habere contingit. ſuper fœtationem dari aliqui negant, propterue Ariſtoteli, Galeno, & Hip- C pocrati, & quod maius eſt frequenti experimento repugnantes. Nicolus Florentinus autor fide dignus. *Ego noui* (inquit) *vxorem Zaccharia de Scarperia, qua peperit maſculum & hinc ad tres menſes peperit alium maſculum, & bene vixerunt ambo.* Nec obſtat os matricis, toto grauidationis tempore eſſe clauſum, ita vt acum non admittat. Nam ad ſemen prolectandum, poterit aliquando aperiri neque etiam perpetuum eſt, vteri os omnino claudi: ideo ait Hippocrates in libro de ſuper fœtatione, *ſuper fœtant autem harum vteri os poſt primum conceptum non* D *clauditur ita valde.*

Semina vtraque, & ſanguis menſtruus, ſpirituum igneorum vi colliquantur, vt ſic poſſint melius permiſceri, fitque, vt inquit Hippocrates, *veluti ſi quis ceram, & adipem ſimul commiſceat, & adipe multo maiore copia addito ea ad ignem liquefaciat, dum quidem liquida fuerint, quod copia ſuperat manifeſtum non eſt, vbi vero concreta fuerint, tunc quod adeps ceram copia ſuperat, conſpicuum eſt.* in illa mixtione, cuius nam ſit maior portio nõ apparebit, apparebit tamen poſtea cum incipiat condenſatio, condenſationem à frigore, dixit Mercurialis, quis tamen

in tanto

in tanto ardore frigus condenſans eſſe ima-
ginabitur?

Inter varia, quæ corporis naturam com-
ponunt ſalis ſpiritum ſummoperè neceſſa-
rium, ad duo munera eſſe, ſæpius hoc opere
dicemus; vnum vt tanquam Balſamus à pu-
tredine tueatur, alterum ad coagulationem,
quæ ſemper in nutritione requiritur, vt ex
liquore membra fiant. Hic ſpiritus plus ſe-
mini, minus ſanguini aſſiſtens, diuerſam
molitur coagulationem: membris ſcilicet
ex ſemine maiorem, ac proinde exeunt du-
riora qualia ſunt, oſſa, nerui, cartilagines:
membris ex ſanguine minorem, ſic mollio-
ra efficiuntur; qualia ſunt carnoſa, & vbique
magis aut minus pro indigentia vniuſcuiuſ-
que partis: ita vt mirari ſubeat prouidentiam
naturæ, quæ hunc ſalis ſpiritum ita diſtri-
buit, vt nec deſit nec ſuperfluat.

Delineātur ſingula membra ſimul, quod
vidiſti in abortu illo ſex dierum ſuperius re-
lato; in quo *conſpiciebantur fibræ albæ, & te-
nues in membrana cum ſanie craſſa & rubra
cōtenta.* Corpuſcula igitur ex quibus genitu-
ra conſtat hac illac ſe mouentia, quærunt lo-
ca ſibi à natura deſtinata, ita vt craſſiora &
minus apta; vt viuentium ſint partes, extra
in putamen concreſcant: *exteriore parte* (in-
quit Hippocrates) *quiddam obtenditur, quod
cum viſcidum ſit, vndique ſibi cohæret, & non
ſecus ac in pane toto tenue quippiam ad in-
ſtar membranæ in ſuperficie extat, qui incа-
leſcens in flatus attollitur, qua verò parte in-
flatur iſthinc quod membranam refert exo-
ritur.* Membrana triplex eſt, vt opportunè
fœtum tueatur: exterior magis cruſtacea &
durior, Græcis χόριον, Latinis ſecundina ap-
pellata, per quam fœtus matri connectitur,
& alimentum per vaſa accommodata tra-
hit; duæ aliæ inter hanc & fœtum ſunt me-
diæ, Allantoides, ſeu farciminoſa, & amnios,
quæ fœtui eſt propinqua, ita dicta propter
mollitiem, quam tātam habet, vt ſeuum aut
adipem repreſentet. Porro allantoides ve-
luti zona, aut lata faſcia à mucronata carti-
lagine vſque ad ima infantem cingit: hæc
vrinam excipit in magnam fœtus vtilitatē.
Nam partus tempore rupta Allantoide vri-
na egreditur & partes per quas fœtus exitu-
rus eſt humectat, mollit, ac lubricat. Quod
ſi vrina nullo vaſe contineretur, ligamenta
relaxaret, quę non poſſent vſque ad debitum
tempus fœtum continere; deinde etiam fun-

A tum madefaciens ſua acrimonia irritaret, &
compelleret in abortum: atque ita duplice
de cauſa ſequeretur partus immaturus, tum
ob fœtus irritamentum ab acrimonia vrinæ,
tum ob laxitatem cotylidonum, ob eiuſdē-
que humiditatem: quod autem in hac tuni-
ca Allantoide vrina contineatur, apparet diſ-
ſecantibus, qui ex humoris contenti graui
odore offenduntur, quod Galenus meminit
lib. 15. de vſup. c. 5.

Altera tunica Amnios vniuerſum infan-
tem à ſummo vertice vſque ad imos pedes
veſtit. Hæc corpori cōtigua eſt, & inter eam
B & corpus infantis ſudor, & ſordes colligun-
tur, in quibus nulla eſt acrimonia, nullum
exulcerationis periculum: ſi quidem quic-
quid nitroſum colligitur in vrina, ſeparatur.
Hęc igitur tunica mollis & craſſior tāquam
puluinar infanti eſt ne duritie chorij offen-
datur.

Membra interna delineari omnia ſimul
iam ſuperius dixi, ſed ſunt qui non ſimul om-
nia figurari exiſtiment, quod Ariſtoteles 2.
gener. animal. cap 4. ſumpta ſimilitudine à
pictore declarat: quemadmodum enim pi-
ctores primum delineāt figuras, deinde pro-
C prium vnicuique figuræ colorem, modum,
perfectionemque attribuunt: ita formatrix
facultas primo totam ex ſeminibus, & ſan-
guine menſtruo confectā maſſam delineat,
poſtea perfectioni vniuſcuiuſq; membri in-
cumbit. quæ nam pars ſit quæ prius perfici-
tur non omnes eodem modo intelligunt.
Alcmeon Crotoniades & Hippon Medicus
antiquiſſimus, exiſtimarunt caput in gene-
ratione totius corporis primum locum ha-
bere, quæ opinio non eſt veritati conſona: ſi
quidem cerebri principalitas non in fœtu dū
formatur, ſed in abſoluto, & perfecto neceſ-
D ſaria eſt, motus enim arbitrarius, & ſenſus
non ſunt prima, quibus animal dum conci-
pitur opus habet. Galenus Hippocratem ſe-
quutus, & Hippocrates, forſan imitatus Em-
pedoclem antiquiorem, quem Cenſorinus
refert, iecori primas tribuunt: Tum quia ie-
cur virtutis naturalis prima ſedes eſt, fœtus
autem hac virtute ante omnia vtitur, ſiqui-
dem primo viuit vita plantæ, deinde vita
animalis, tandem vita hominis: Tum etiam
quia facillima eſt huius membri compactio,
refert enim Sanguinis coagulati ſpecimen;
tandem experimento ſumpto ex famula il-
la cantatrice toties iam repetita, in cuius ab-

orſu rotundus ruber, cum cruore, & fibris al-
bis conſpiciebatur, qui nihil aliud erat quam
iecur: rubeus enim tumor parenchyma eſt,
fibræ autem ſunt venæ, quibus inter texitur;
& quod iecur eſſe manifeſtius demonſtrat,
eſt Vmbelicus qui iam apparebat; vnde
patet nutritioni inſeruientia membra prius
gigni. Ariſtoteles, & cum Ariſtotele Aui-
cenna longe aliter ſentiunt, ſiquidem cor
primo gigni arbitrantur: neque verò Ariſto-
telem miror; nam cum cordi omnium vir-
tutum principatum tribuat, neceſſario illud
primo formari intelligere debuit: ſed Aui-
cenna eo proceſſit, vt quamuis non omnem
poteſtatem cordi ineſſe, ſed tripartitum mi-
crocoſmi imperiũ cognouerit, nihilominus
cor in formatione antecedere dixit: ea vel
maxime ratione fretus, quod neque he-
par nec aliud membrum poteſt propria vir-
tute vti, niſi ſuum temperamentum, influ-
xu caloris vitalis, qui a corde fit perpetuo
conſeruetur, nam ſublata cordis vi om-
nia moriuntur: e contrario ceſſantibus reli-
quis actionibus, dummodo cordis actio ſu-
perſit, mors non aduenit: ſi igitur cor dum
taxat poteſt ſine alijs conſiſtere, & operari,
conſentaneum eſt vt prius omnibus effor-
metur. Dices forſan cor non poſſe conſiſte-
re ſine hepate, ſiquidem non conſiſtit quin
nutriatur. Duppliciter occurrit Auicenna:
primo nutritionem eſſe ad ſupplendum id
quod reſolutione deperditur, cum autem
nulla tunc temporis fiat reſolutio, nulla eſt
nutritionis neceſſitas. Secundo, ſi qua reſolu-
tio fit, virtute generante, quæ in ſemine eſt
reſarcitur; his adiunge virtutem naturalem
ſingulis membris eſſe inſitam nec influere
ab hepate, ac proinde cor hepatis præſentia
non indiget.

Probabilia vtrinque dicuntur, & tam qui
cordis, quam qui iecoris partes tuentur adeo
efficacibus pugnant rationibus, vt Galenus
in libro de formatione fœtus dicat, *quæ enim
particula ſit, quæ primo conſiſtit ipſe nouit
euidenter qui formauit eam creator*, hæc ille,
verum tamen debuerat à re quam ſoli crea-
tori notam iudicabat prorſus abſtinere, nec
iuditium ſuum ferre: hinc enim accidit vt
ſibimet contradicat: ſiquidem in libello ci-
tato, hepatis generationem antecedere pro-
babilius exiſtimat. primo verò de ſemine c.
10. ait: *cor atque cerebrum ſimiliter vt hepar
circa primos geſtationis in vtero dies quaſi*

A *fundamentum quoddam obtinere quamuis
non appareat præ paruitate.*

Cœterum tam quæ pro corde, quam quæ
pro iecore ſunt dicta non carent reſponſioni-
bus: nam qui iecori primum locum ſtatuũt,
quia ante omnia nutritur animal, & altrice
facultate vtitur cuius ſedes eſt in iecore,
ſciant oportet, ſanguificationem quam ieco-
ri infantis tribuunt poſſe à materno iecore
ſubminiſtrari: nam mater elaboratum ſan-
guinem fœtui offert, quo ſingulæ partes in-
nata ſibi facultate aluntur; & quamuis ve-
næ per quas fertur alimentum ad iecur, non
B ad cor ferantur, cor his venis nihil indiget, ſi
quidem a ſemine formatur, & arterias ſibi
non iecori annexas habet. In aborſu autem
cantatricis apparuiſſe iecur non cor nihil re-
fert, nam forſan prę exiguitate non erat con-
ſpicuum.

Ex altera parte cum dicitur corde indige-
re tam iecur quam reliqua membra, quia ſi-
ne eo ſuas actiones obire nequaquam poſsũt
reſpondetur; fœtum non eſſe animatum dũ
formatur, ac proinde nec facultatem vitalẽ
habere, neque aliquid agere: nam formari
paſſio eſt non actio; quod ſi aliquod vitæ ve-
C ſtigium in eſſe contendas, id habet ab ſpiriti-
bus in ſemine repertis, propter quos, vt ſu-
perius notauimus, ſemen inter viuentia con-
numeratur.

Tandem vtrique opinioni ſimul reſpon-
detur ab his qui nec cor, nec iecur primo gi-
gni exiſtimant: vtriuſque opinionis rationes
nihil concludere; nam informatione om-
nium membrorum ſi ſimul fiat, neque cor
eſt ſine iecore, neque iecur ſine corde. Ari-
ſtotelis autem comparatio ſumpta à pictore,
qui prius omnia membra delineat poſtea
vnumquodque per ſe abſoluit, indigna eſt
D quæ inter viros philoſophos vetietur. Nam
neque pictor ſimul omnia delineat: ſi quidẽ
vnum poſt aliud deſcribit: neq; natura ma-
nu operatur. pictor manu pingens non po-
teſt verſari niſi in ſingulis membris per ſe,
facultas quæ tota eſt in toto & tota in qua-
libet parte poteſt vbique ſimul eſſe.

Præterea, mutuus partium conſenſus, &
vna omnium conſpiratio, imo viciſſitudina-
ria neceſſitas, qua vnum quodque membrũ
ab alio depẽdet, videtur docere cũctorũ fuiſ-
ſe vnũ & idem generationis tẽpus, à iecore
nutritur cor, nutritur & cerebrũ, à corde vi-
uit iecur, à cerebro habet vt ſentiat, ne om-

nino ſit velut plauta cerebrum ſine vita, quã habet à corde, ſine nutrimento quod illi accedet à iecore non conſiſtit. cor ſenſu præditum ſit oportet, nec non & nutriri poſtulat, quare & cerebro, & iecore indiget. Pulmones alimentum accipiunt à corde, rependunt cordi aerem, & cordis fuligines expellunt, quod ſine cerebri permiſſu præſtare nequeunt &, vt ſummatim dicam, nullum quamtumuis ignobile eſt membrum, quod alteri membro non inſeruiat: nullum adeo potens, quin alterius ope indigeat. Si quis verò cum Valleſio membra non ſimul gigni dicat, exemplo ſumpto ab arte factis, quæ ordine quodam fabricantur iam ſuperius eſt dictum, differre artem à natura, ars enim manu Artificis operatur, natura ſe ipſa, & poteſt ſimul omnia operari, ſi quidem ſimul omnibus adeſt. Dices fortaſſe, cum eodem, generationem eſſe viam ab imperfecto ad perfectum, quapropter non eſt mirum ſi natura in principio membrum aliquod conſtituat ſibi tantum viuens, & nulli alteri inſeruiens, ſi enim hoc inanimali perfecto membrum effingeret otioſum, tunc aut inertiæ, aut ſuperfluitatis merito foret accuſanda. Verum hanc rationem vt inertem non admitto. Fateor quidem generationem ab imperfectis incipere, & ſic imperfecta fiunt mẽbra poſtea, vrſino quaſi more, perficiuntur; ſed ſi poteſt cum ad huc imperfecta ſunt membra efficere vt nullum ſit otioſum, quæ nam neceſſitas cogit ſubter fugia quærere, & membrum illud in otio manens aliqua parumper expectans fingere.

Vides vt ſint vndique anguſtię, neque aliqua ex tribus opinionibus abſque fundamẽto erigitur. Tamen veritas vna eſt, nec tres contraria aſſerentes, poſſunt omnino redigi in concordiam, quamuis aliqua ex parte, poſſint. Perlege in libro magno, in quo totius philoſophię Oceanus à ſuis fontibus deriuatur; reperies ſolem, qui magni Mundi eſt cor, quarta die fuiſſe creatum, quia ſcilicet creata prius lux, ſolis vices gerebat, diſtinguens inter diem, & inter noctem. Tamẽ materia generationi rerum inſeruiens, multo prius fuit producta: nam ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas. Accede ad microcoſmum reperies ante cordis generationem potuiſſe fœtum viuere, quia (vt ſemel dixi) ſemen viuens eſt, & viuificis ſpiritibus turget: non potuiſſe abſque ſanguine nutriri, A maternus verò ſanguis niſi iterum per vmbilicatem venam acceptus præparetur non eſt aptus nutritioni. Atque ita cum Hippocrate iecori primum locum in generatione tribuam: quamuis enim omnia, membra ſimul, quaſi quamdam ſuſcipiant, ſuarum figurarum, vmbram, tamen dum reliqua ſunt adumbrata iecur eſt perfectum. Nam quid aliud eſt iecur quam ſanguis coagulatus? idẽ igitur eſt eius, & adumbratio & perfectio. cordis & cerebri concamerationes temporis ſpatio indigent, vt perficiantur: Atque hæc eſt præcipua ratio quam effugere nemo po-
B teſt, ex ea autem diſces membra ſingula pro vt maiore conſtant artificio tardiora eſſe in aſſequendo ſuam perfectionem.

Tamen, quia ſpiritus ſemen componentes non temere, & inconſulto mouentur, ſed ſummi opificis ſapientiam ſequuntur: eo plures concurrunt vbi præcipua, & magis neceſſaria fiunt membra, vtpote quæ maiorem ſpirituum quantitatem requirunt, maioreque eorumdem efficacia formantur: iccirco initio tres fiunt bullæ autore Auicenna 21. 3. tract. 1. c. 2. ſed bulla, quæ eſt ad partem dextram, ex qua iecur coaleſcit, perforatur ca-
C naliculo ad albedinem decliui, & penetrat ad exteriorem partem totius maſſæ, vt ſuſcipiat alimentum à matre, & hæc eſt vmbilicus qui vt inquit idem Auicenna; *eſt primum quod generatur manifeſte*. hunc fructuum pediculo comparauerim, per pediculum enim fructus ab arbore alimentum ſuſcipiunt, & ita intelligendus eſt Galenus 4. aph. 1. inquiens, *ad vteros, fœtuum connexus eamdem habens proportionem, quam fructuum connexus ad plantas*. connexuum enim nomine acetabula & cotyledonem ſignificat; acetabula verò Praxagoras vocat
D ora venarum quæ feruntur ad vterum; cui ſubſcribit Galenus tum. 5. aph. 45. tum etiã lib. 1. de ſemine cap. 7. Cotyledonem vero vmbilicum; atque ita mirari licet Ludouicum Mercatum, virum alioquin eruditum, cui non erat compertum, quid per acetabula intelligatur. Vmbilicus igitur ad acetabula accedit vt inde ad fœtum deriuetur alimentum.

Tempus formationis non ſemper eſt idẽ, vt propterea dictum ſit ab Auicenna, *Determinatio autem diſpoſitionis maſculi, & fœminæ, in diſtinctione ſpatij, res eſt, quam quadam pars medicorum, indicat audiſſe*

& ſtulte; nam multa fœminæ citius & maſculi etiam plures tardius formantur. Sic ille, qui celeriorem formationem ſiue maris, ſiue fœminæ, trigintaquinque dierum eſſe ait, tardiorem quadraginta quinque & mediæ, quæ frequentior eſt dierum quadraginta. Cæterum mares ſemper citius formari, fœminas verò tardius rationi, & Hippocratis doctrinæ magis congruit. Non tamen adeo, vt magna ſit, in vtroque ſexu, diſtantia: quare non eſt recipiendus Ariſtoteles qui lib. de hiſt. anim. c. 3. marem affirmat moueri in dextero latere, circa quadrageſimam diem, fœminam in ſiniſtro circa nonageſimam. Deus bone quæ nam eſt iſthæc tam maxima differentia.

Melius Hippocrates libello de natura pueri, *fœmella* (inquit) *in quadraginta & duobus diebus, vt longiſsime, primam coagmentationem, ac coarticulationem accipiens. maſculus verò vt longiſsime in triginta diebus. vt plurimum autem hoc tempore, aut paulo breuiore, aut paulo longiore articulatio ipſis contingit.* Hoc probat duplice ratione, prima ſumpta à purgatione poſt partum. *Nam & purgatio fit à partu, vt plurimum, in fœmellis quidem diebus quadraginta & duobus (atque hac tardiſsima eſt & perfecta) vacauerit autem periculo, etiam ſi in vigintiquinque diebus purgetur. In maſculo vero purgatio fit diebus triginta: atque hac tardiſsima eſt, & perfecta. citra tamen periculum fuerit etiam ſi in viginti diebus mulier purgetur.* Cur autem ex tempore purgationis, tempus formationis colligat, ipſe explicat; ſi enim mulier fœmineam genituram habeat pauciſſimum ſanguinē in vtero congerit per quadraginta duos dies, qua propter ex lege taliōnis opus habet diebus quadraginta duobus, vt ſanguis poſtea confluens expurgetur: & ſimiliter in maſculo. tandem ſubiungit *genitura fœminea debilior eſt, ac humidior quam maſcula, & iuxta hanc rationem neceſſe eſt, poſterius formari fœmellam quam maſculum atque ea gratia etiam purgatio diuturnior eſt in fœmella quam maſculo.* cæterum purgationi deſtinata tempora, quæ præſcribit Hippocrates, licet euarient à temporibus quæ in ſacra pagina præſcribuntur, tamen in eo eſt conformitas quod vtrobique maſculo pauciores fœminæ plures deſtinantur dies: ſacræ paginæ veritas iccirco maius ſpatium requirit quam Hippocrates; A quia omnem purgationis & immunditiei ſuſpicionem vult eſſe finitam, & ſic maſculo 33. dies fœminæ duplicem nempe 66. præſcribit leuit. 12.

Altera ratio ſumitur ex aborſu; quia 4. epid. Tenedia abortiuit maſculum triginta dierum ex lib. de natura pueri *mulieres puerum abortiuum paulo ante trigeſimum diem edidere, ſed eum prorſus indiſtinctum, atque inarticulatum, qui vero poſt eum diem orti eo ipſo die eiecti eſſent, viſi ſunt omnes compoſitis membris, articulatiſque ſic vero res habet etiam in puella ad portionem duorum &* B *quadraginta dierum ſi quando abortu perierit: ſi quidem vt ante iſtud tempus, aut poſtea, vtero fœtus exciderit, ſic membra diſtincta, & compoſita merito neceſſario habet.*

Mouetur maſculus menſe tertio, fœmina verò quarto, & cum fœtus mouetur, vt Hippocrates, & experimentū docet, *lac indicationem ſui matri prabet, mamma enim attolluntur, & papilla gliſcunt ac turgent.* Rationi itaque conſentaneum eſt, prius maſculum, quam fœminam moueri: quia fortior eſt, & quia prius conformatur. de tempore motus & perfectionis, multi tabellas C ſeriatim diſpoſitas conficiunt, ſed videntur mihi in re incerta, certa dogmata ſtatuere; nam dierum computationem ita accipere debemus, vt non ſit perpetuæ, & infallibilis contingentiæ, ſed quæ maxime euariet; illud ſolum eſt ſempiternum mares fœminis citius formari citius moueri, citius perfici. Reperies apud Hippocratem 2. epid. ſect. 3. & 6. lib. eiuſdem operis *labores in circuitibus, quod in ſeptuaginta mouetur in treplicibus perficitur.* quod interpretatur Agricola dies ab hora conceptionis ad diem vſque formationis fœtus duplicatis diem motus indica- D re. dies autem motus triplicatos perfectionis, & naſcendi tempus oſtendere, vt e.g. fœtus formatus 35. die, moueatur die 70. naſcatur autem die 210. hoc eſt menſe ſeptimo. Verum hæc ab Hippocrate non, vt infallibilia accipe. eſt tamen obſeruatione dignum, quod adiungit, *quod citius diſcretum, & motum eſt augetur rurſus ſegnius & in longius tempus,* quaſi dicat, maſcula corpora diſcernuntur & mouentur citius, deinde creſcunt tardius producitur que eorum incrementum in longius tempus, atque ideo creſcunt, & viuunt plus. Sed nos iā ex microcoſmi origine, ad eiuſdē ſtructurā accedamus.

Phyſica

Phyſica Microcoſmi anatomia.

CAPIT. XI.

DVPLEX eſt anatomia, prima quæ per autopſian fit, & internas corporis partes, tanquam externas, ſenſibus offert: altera per ἀνάλυσιν hoc eſt per reſolutionem à manifeſtis ad occulta procedens, phyſiologicis rationibus, pro Chyrurgicis vtitur inſtrumentis, prior locis affectis cognoſcendis apprimè conducit, ſecunda ad præter naturales affectus cognoſcendos eſt vtilis: fruſta enim, niſi cognito naturali ſtatu, quantum ab eo recedatur inquirimus.

Inter plura reſolutionis ſignificata, duo ab Alexandro in libro priorum recipio: vnũ cum totum in ſuas partes diuiditur, & hoc magis propriè eſt diuiſio, pertinetque ad autopſian. Alterum eſt, cum natura in ſua principia reducitur, hæc eſt propria ἀνάλυσις, qua nunc ad conſiderandam microcoſmi conditionem vtar. Communis ſententia eſt, corpus in quinque reſolui, ita vt membra inſtrumentalia conſiderentur compoſita ex ſimplicibus, ſimplicia ex humoribus, humores ex temperamentis, temperamenta ex elementis. Quinque partitum hoc pacto microcoſmum, magis vere quadripartitum dixeris: nam temperamentum nil aliud ſecum importat, quam proportionem elementorũ in mixto. Reſolutionem vltimam in elementa recipiam, dummodo elementi nomine (quod ſatis iam diſcuſſum videtur) non quatuor elementatas ſubſtantias, terram, aquam, aerem, & ignem, intelligas: ſed minimas particulas, quæ, quoniam minimę, ſũt in conſpicuæ; quia in conſpicuæ atomi appellantur: quia atomi ſpiritus dicuntur.

Conſidera mihi cum Hippocrate 6. epid. ſect. 7. tres ſubſtantias, quæ corpus noſtrum componunt, continens, contentum, & intus permeans: partes ſolidiores ſunt quæ continent, ſucci nutrientes, qui continentur, intus permeant ſpiritus, qui non coaleſcunt, ſed hac illac influunt, vt animæ mandata exequantur, & dicuntur in fluentes Galenus 11. met. c. 3. vniuerſam ſubſtantiam in qua vires conſiſtant, tum ex ſpiritu, tum ex carnoſa ſpecie, tum ſolidis ipſis compleri ait. Paracelſus tribuit etiam ſubſtantijs, ſulphure,

A ſale, & mercurio, totum corporis habitum comprehendit. tres iſti autores in ternario componentium rerum numero conueniunt, & ſi ſemel ſimul eſſent, in rebus ipſis conuenirent: Nam quæ continentia appellat Hippocrates ſunt, ea quę merito ſolida à Galeno dicuntur (licet in ſolidorum appellatione varius eſſe videatur, nec tamen eſt varius, vt in capite de febre hectica exponam) hæc etiam ſolida, ſalis nomine ſignificat Paracelſus, vtpote quæ ſunt ea, ex quibus per incinerationem ſal elicitur. Contenta ab Hippocrate dicuntur, quæ carnoſa appellat Galenus, nēpe

B mediam quamdam, inter ſolida, & ſpiritus naturam habentia: hæc facile diffluunt ac propterea mercurium dixit Paracelsus. Tandē intus permeantia magnus ſenex appellauit, quæ poſtea Galenus ſpiritus dixit, Paracelſus ſulphuream eis naturam, in halitus facile ſolubilem attribuit. Itaque nemo eorum negare poſſet tres eſſe ſubſtantias, ex quibus vnaqueque pars conſtituitur, prima fixa, altera fluida, tertia volatilis, & vnamquamque harum ſuam habere latitudinem. Attamen ternarius iſte ad vnitatem reduci debet, ſi quidem tam ex fluido,

C quam ex fixo, continua ignis actione, continuo volatile elicitur, atque hi ſunt continui effluxus, qui nos ad ſenectutem ducunt, & interitum. Cum autem id, quod in reſolutione eſt vltimum, ſit primum in compoſitione, volatilem hanc ſubſtantiam primum eſſe ex quo membra conſtituuntur iure optimo dicendum eſt. Deuenimus ergo à fixis ad fluida, ex quibus fixa nutriuntur, à fluidis ad volatilia, ex quibus fluida coagmentantur. Ad hanc coagmentationem cognoſcendam nos manuducit propria vniuſcuiuſque metaſincryſis, hoc eſt exiguorum meatuum

D ſtatus, quo corpora noſtra conſtāt. exclamat hic fortaſſe aliquis, & me Themiſonis, Aſclepiadis, aut etiam Theſſali ſectam a Galeno 1. meth. non ſolum reprobatam ſed irriſam è mortuis reuocare ait, ſiſtat tamen parum per precor nec in auditum damnet.

Non quidem mea mens eſt, aliorum figmenta velle tueri, ſed neque propterea ſectabor eos, qui priſcorum dicta tranſuerſe interpretantes, eadem hoſtiliter reiecerunt, quod ſi aliquid ſomniarunt, id cur ijs quę bene dicta ſunt nocebit? Ex Aſclepiade multa refert Cælius Aurelianus, quæ ipſe Cælius, alioquin methodicus, reſpuit, irridet. Hæc

mihi

mihi etiam, & cuilibet veritatis amatori, diſplicebunt, alia ſunt ab eo dicta, quæ nec Galenus ipſe, nec alius ſanæ mentis negabit, hæc ampelctor. nihil enim magis pernicioſum eſt in ſcientijs, quam vni ſectæ addici, quod ratio dictat, & Galenus millies inculcauit. Videor certe (dum corpuſcula conceſſi) aliqua ex veterum ſcriptis repudiaſſe, non nulla præter eorum opinionem addidiſſe, vt ſic veritati magis, & rationi quam aliorum autoritati adhæterem.

Hæc corpuſcula, ſeu ſpiritus, ſeminalem vim habentes, elementa eſſe diximus, quibus tam magnum, quam paruum mundum conſtare, veteres docuerunt, ſed putas ne, perfectam eſſe phyſicam anotomiam ſiquidem ad minimas particulas deuentum eſt? At latet ad huc, ſub hoc cortice profecto nimium vtilis medulla.

Mirari iure optimo poſſumus, cur præter vnum Heſiodum in Theogonia (cuius forſan, tacito nomine meminit Ariſtoteles 1. phyſic. tex. 9.) nemo ex ijs, qui vno elemento fuerunt contenti, id terram eſſe fuerit arbitratus, vt idem Ariſtoteles 1. methaph. tex. 14. notauit. Huius rei Conciliator differét. 11. rationem reddit, quia terra frigida, & ſicca principijs vitæ contrariatur. Hæc tamen ratio nullius ponderis eſt: nam ab elementis habet corpus, vt ſit mixtum, non autem vt ſit viuens, quare, & quæ vita carent, poſſent ex terra ſola eſſe, & quæ vitam habent, aliunde quam à terra vitam habere. Vera ratio eſt, quam tetigit Ariſtoteles 1. de anima; quoniam, videlicet, terra ex omnibus elementis, aut omnia eſſe dicitur. & propterea idem Ariſtoteles 1. de gen. animal. c. 2. terram vicem fœminæ, & matris in generatione obtinere dixit: quia in ſe gignit. Cœlum autem vicem maris, & genitoris: quia gignit in alio: gignit ergo in ſe terra, quoniã principia, à quibus res omnes ſunt, in ſe habet. Hac quidem via potuiſſet ille generationis noſtræ primordia aſſequi; quandoquidem homo à terra fuit, ſeu potius ab ſpiritu terræ: (Vocabulum enim [*aphar*] quo in Hebraico ſignificatur illa terra, ex qua primus homo fuit efformatus, propriè, non quemlibet puluerem, ſed valde tenuem ſignificat.) Hic terræ ſpiritus in omnium rerũ creatione fuit vltimus, vnde ſapienter philoſophorus 2. phiſic. tex. 4. *nos omnium rerum quaſi finis ſumus* ſic Ouidius, ...

A *Sanctius his animal, mentiſq; capacius altæ*
Deerat adhuc, et quod dominari in cetera poſsit.
Natus homo eſt.

Conſidera quot venena, quot antidota, quã variæ mineralium ſpecies, à terra producantur, omnium homo eſt capax, & ſi non omnia habet, tamen omnia habere poteſt: & (quæ ſapiens eſt Hippocratis in libro de aere, aquis, & locis conſideratio) *omnia quæ è terra proueniunt, terræ ipſius naturam recipiunt, & ſequuntur.* Vides in paſcuis vbi ſalubres abundant herbæ, ſalubriores æſti-
B mari animalium carnes, & boues indiani, qui caſſia veſcuntur, carnes habent ventrem ſoluentes. In locis vbi medicatæ ſcaturiũt aqua, e. g. apud acidos ſpadanos fontes, longæuiores homines viuunt: & quando verum eſt mores animi ad corporis temperamentũ efformari, vnuſquiſque nouit quanta inquũ varietas varietatem regionum ſequatur.

Hanc terræ, ad hominem (vt ſic dicam) identitatem; colliges manifeſtè ex Hippocrate, qui cùm, in libro de natura hominis dicat, *ineſt autem in terra, & acidum, & amarum, & dulce, & ſalſum, & omnige-*
C *num*: in libro de vetere medicina eadem homini attribuit, inquiens, *ineſt enim in homine, & amarum, & ſalſum, & dulce, & acidum, & acerbum, & fluidum, & alia infinita omnigenas facultates habentia.* Ex quibus patet terrenum, & humanum corpus ex eiſdem inter ſe diuerſis conſtare: ita vt non immerito nutrimenta ex terra ſumpta multarum rerum varietatem homini imprimant; adeo vt mineralium, & vegetabilium ſeminaria, mineralibus, & vegetabilibus, à terra productis ſymbolica microcoſmus in ſe contineat; quidam hæc, alij illa magis, prout
D his aut illis regio magis abundat. Imo in vna & eadem regione varietas ciborum reperitur, prout ex terra multigena ſimiles vnaquæque res naturæ ſuæ partes ſugit, Vnde Hippocrates de natura hominis, *ex terra naſcentia, & in ipſam plantata, ac ſeminata, vbi in terram peruenerit vnum quodque trahit id, quod natura ſua familiare in terra exiſtit.* Itaque ſaluber cibus eſt, ille, qui è terra ſuxit multum earum rerum, quæ putredini reſiſtunt è contrario inſaluber, qui ob ſpiritus prauos quos è terra ſuxit, facile corrũpitur, propterea in ventriculo conuertitur in ſubſtantiam facile corruptibilem: Vnde

meti-

Digitized by Google

meritò Galenus libro de cibis boni, & mali ſucci eos fructus damnat, qui antequam ſiceſcant, putreſcunt; nam vt corruptioni ſunt obnoxij ſic intra corpus citò in corruptionem abeunt.

Et quoniam; inter reliqua, quæ terræ in eſſe ab Hippocrate eſt dictum, ſal connumeratur, & ſalis munus eſt (inter alia munera quæ habet) conſeruare; ex defectu ſalis euenit, vt è terra naſcentia facile corrumpantur: ſi quidem ſale, ſicut balſamo, deficiente, particulæ inimicam naturam habentes, ſine fræno remanent, & ſubinde ſuum totum depopulantur, atque putre faciunt; ſi vero ſal exſuperet, ſuperantur malignę partes, & vel mittuntur ad emunctoria & corporis ſentinam, vel (quod vt plurimum contingit) per aluum excernuntur. Qua propter optime à Galeno lib. de cibis boni, & mali ſucc. c. 8. eſt dictum; *fructus in quibus praua excedit natura niſi ſtatim aluum ſubeant, corrumpi, humorumque corruptelam efficere, quæ non longe à venenis ab eſt:* Hinc eſt quod ex Pelopis ſententia lib. 3. & lib. 6. de loc. aff. venenum nobis innaſci dicitur.

Venena in microcoſmo conſeruari abſque eius deſtructione.

CAPIT. XII.

VERUM obijcies venenum, quod in prauis cibis continetur, adeo exiguum, & inſenſibile eſſe, vt nihil nocere poſſit, quin potius aſſuetudine ſua veneni conditionem amittere, ſiquidem ipſa venena conſueta, in alimenta conuertuntur.

Profecit poto Mitridates ſæpe veneno.
Toxica ne poſſent ſæua nocere ſibi.

& Rufus narrat, puellam nutritam fuiſſe veneno, vt per eam interficerentur reges, & præſides, qui cum ea coirent; quę puella conſequuta fuit, in ſua temperatura, quoddam magni momenti, ita vt ſaliua eius interficeret animalia, quam non audebant gallinæ deguſtare. Notiſſima autem eſt hiſtoria vetulæ Athenienſis, quæ ab exigua cicutę portione auſpicata, nullo detrimento ad magnã progreſſa eſt copiam. Hoc Galenus lib. 3. de ſimpl. med. facult. c. 18. conſuetudini at-

A tribuit. Ego has hiſtorias tanquam fabuloſas non admitto, ſi verò admittendæ ſunt aliunde, quam à conſuetudine, ratio petenda eſt. Nam licet parui, aut etiam mediocres, à natura, receſſus conſuetudo faciles reddat, nunquam tamen efficiet, vt quæ extreme contrarię naturæ ſunt, aſſuefactione reddantur amica. *Quæ longo tempore* (ait Hippocrates 2. aph. 50.) *conſueta ſunt quamuis peiora, non conſuetis minus moleſtare ſolent* dixit *peiora* non ſimpliciter mala, quaſi innuens poſſe conſuetudine, mediocres inimicitias conciliari, maximas non poſſe.

B Poterit quiſpiam, exempli gratia, in moribus muſculorum, ita huic, aut illi figuræ aſſuefieri, vt minus illi moleſta reddatur: nunquam tamen poterit, in figura omnino laborioſa, aquieſcere. eodem modo à cibis deterioribus, quiſpiam aſſuetus minus offenditur, quam non aſſuetus. à veneno autem, (vt potè quod extremum inimicitiæ gradum, cum natura obtinet) ſemper, quamtumuis interſit conſuetudo, offenditur.

Potius videtur dicẽdum venenum à principio in exigua quantitate ſumptum poſſe à natura noſtra ſuperari, & ſeparari, atque in

C longinquã regionẽ, hoc eſt in aliquod emũctorium relegari, atque nullam noxam inferendo per annos permanere, vt Galenus de innato veneno ſentit: cæterum, cum iterum, atque iterum, paulatim idem venenũ aſſumitur, ſemper quod repoſitum eſt per ſympathiam aliud quod denuò ingreditur ad ſe vocat.

Sed inſtabit quiſpiam primo: venenum poſterius ſumptum cum ſit in maiore, quam primum, quantitate, & non ad huc habeat domitam veneficam vim (quam tamen primum venenum iam aliqua ex parte habet

D ciuratam) tum ſua maiore quantitate, tum ſua vi non adhuc domita, vincet: atque ita à poſteriore veneno mors ſequetur. Ad hanc obiectionem facilis eſt reſponſio, dummodo aduertas, venenum poſterius non debere nimium excedere: ſi enim excedat nimium, facile ſuperabit, ſin autem parum excedat cum trahatur à priore, & impellatur à natura vincitur à duobus.

Inſtabit ſecundo, cum duo eodem contagio corripiuntur, & alter vehementer, alter leuiter afficitur, id euenit quia vnus in cuius corpore ſubſtantia ſimilis veneno ineſſat, accedente denuò veneno, perniciem patitur,

titur, aucto ſcilicet priore propter poſterioris aduentum. Alter verò, qui multis abundat ſpiritibus antidotalibus, habet in ſe principia quibus victoriam poſſit comparare: quare non videtur vera ratio prius aſſignata, poſſe nempe, primum venenum attrahere ad ſe alterum ne noceat cordi. Admitto quidem, vbi abundat venenoſus ſpiritus venenum denuo ingruens eſſe pernicioſum, cum venenum quod poſterius ingreditur reperiat ſpiritus diffluentes, & diſperſos: cum tamen prius venenum latens in emunctorio, aut remota regione, vt diximus, delitеſcit, ſuum ſimile ad ſe trahens Solē microcoſmi, hoc eſt cor, à tetris nubibus reddit expeditum.

Sed non videmur adhuc feciſſe ſatis prædictis hiſtorijs, nam puella illa, de qua Rufus, non detruſit in emunctoria venenum, ſed in omnibus corporis partibus, ita in propriam naturam conuerſum habebat, vt quemadmodum aranea, vel quoduis aliud animal venenoſum, venenum habet quod ſibi eſt familiare alijs inimicum, ita & puella illa venenum à quo non peribat, familiare habebat ſibi, alijs verò pernicioſum. Hæc hiſtoria ſi vera foret magnam in primis vim haberet ad perſuadendum (quod nos ſuperius diximus) ea quæ è terra ſumimus priorem naturam non mutare; ac proinde eſſe in nobis ſpiritus napellicos, arſenicales, vitriolatos, nec non & balſamicos, & multiplices alios. Quod verò ad euentum attinet potuit primis diebus, cum venenum ſumere incępit, multis (vt credibile eſt) antidotis ſe munire, vnde non minus antidotales, quam veneficos, circa cor, ſpiritus habens, potuit veneno reſiſtere: poſtea venenum toties acceptum alias partes præter cor quod munitum erat infecit ſed ſine noxa, ſiquidē noxa in corde duntaxat fit. quemadmodum 2. aliment. facult. c. 6. & de Theriaca ad Piſon. c. 4. & lib. 3. de ſimpl. med. facult. c. 25. cornices, quæ veratrum pro cibo habent; & ſturni cicutam. quæ venena licet eis non noceant, nocent tamen hominibus qui harum volucrum carnibus veſcuntur; ſiquidem teſte Galeno 6. epid. ſect. 5. tex. 35. In cooride & Bæotia, & Theſſalia, omnibusque finitimis locis multi, ex coturnicum eſu, muſculorum diſtenſionibus correpti ſunt: quoniam veratrum ſcilicet illæ comedunt, quod etiam Athenis euenisse perhibe-

A tur 3. ſimpl. med. fac. c. 18. Nec verò admittenda eſt Galeni ratio, qui cicutam ideo ſturnis nil nocere ait *quoniam nec meatuum amplitudine, nec caloris multitudine ſunt præditi, & propterea non enecat vt potè cum & retineatur, & cunctetur, ac ſe ſe temporis tractu conquoqui, præpararique à corde, tanquam à foco in caleſcens ſinat non ſecus ac ligna extrinſecus.* Quod quam à veritate ſit alienum nemo eſt qui non agnoſcat: ſi enim à calore vincitur venenum, maiore calore melius vincetur; & ſic nec hominem nec leonem interimet: ſi præterea quò diu-
B tius immoratur, eò melius coquitur, & præparatur a corde ſturni, coquetur, & pręparabitur melius à corde animalis calidioris, & quantumuis cito attrahatur, cito etiam incaleſcet. exemplum autem à Galeno allatū facit contra ipſum: ligna enim extrinſecus à maiore igne, & melius, & citius abſumuntur. Tandem licet meatus anguſti ſint ſturno, vel cuilibet alteri animalculo, quam homini; proportione tamen corporis tam bene animalculo inſeruiunt quam patentes homini, alioquin ſegniora eſſent in coquendo parua, quam magna animalia.

C Sed iterum ad inſtitutum reuertamur; & quoniam diximus ex venenoſa ciborum parte, venenoſas particulas in nobis relinqui, occurrendum eſt dubitationi, quæ ſe ſe offert, Nam Ariſtoteles 2. meteor. c. 2. comparat eleganter χύλωσιν cum ea extractione, qua ex aqua maris ſalſa calore ſolis dulcis elicitur; ergo quemadmodum calore ſolis quicquid dulcis, tenuis, & leuioris humoris eſt in mari, illud continenter attrahitur, remanet autem portio craſſior, terreſtris, & ſalſa; ita ex eſculentis, & poculentis, extrahitur in ventriculo, & inteſtinis vi natiui
D caloris, ſuccus quidam vtilis quo ſingulæ poſtmodum partes, pro ſua quæque natura, nutriuntur, & benigne perfruuntur, ſeparatis ſalſis, & amaris; vt pote ad nutritionem ineptis. Hęc cum ita ſint, nil poterit venenum nocere, quod in cibo latet: ſi quidem ſeparatur à natura tamquam nutritioni ineptum, & per viam excrementi reijcitur. Hoc etiam ſpagyria palam facit quis enim non nouit χύλωσιν ſtillationi eſſe ſimilem, per quā purum ab impuro ſeparatur. At per ſpagyricam artem ex arſenico, venenoſa pars omnino extrahitur, adeò vt quod remanet, abſque periculo, per os aſſumi poſſit. quare igi-

tur

Digitized by Google

tur in alimentorum ſequeſtratione idem nō accidet: quod ſi accidit, & ex illis excrementoſum, nutritionique ineptum, quale venenum eſt, ſeparatur, iam non eſt cur dicamus, ex venenoſis edulijs, venenoſas particulas in corpore remanere.

Extrahitur quidem, & ſeparatur in ventriculo vtile ab inutili, ſed nunquam omnino perfectè: natura enim perfectionem in ſuis operationibus eam habet, quam poteſt: poteſt autem nimium, ſi nimium bene habet, nunquam tamen omnino, quia nunquā omnino bene, & nunquam bene omnino, quia nunquam ſine impedimentis: quoniam quædam difficile ſeparationem admittunt (aliter nihil differrent praua à bonis) & plus temporis requirunt, quam nutritionis neceſsitati interſit. quod ſi ignis concoquens violentius ageret, quemadmodum ſepararet ea, quæ difficile ſeparantur, ita adureret facilia: Agens enim naturale non ſe ſe accommodat in actione ſed vbique quantum poteſt operatur; id inſinuat Galenus 2. de cib. boni, & mali ſucci c. 6. inquiens. *Illud perpetuo memoria tenendum eſt, quod, & ſiquis, eorum quidnis qua alijs concoctu ſunt difficilia coxerit, ſuccus tamen qui exeo in corpus diſtribuitur eamdem retinet naturam.* Sic Galenus: concoquit igitur validus ventriculus ea, quæ concoctu ſunt difficilia ſed non omnino ſeparat, nam quicquid difficile ſeparatur ſemper adhæret nutrimento: quod inferius magis fiet manifeſtum.

Sanguinis anatomia.

CAP. XIII.

INTERIM ſcito, ex chylo in ſecunda officina, ſanguinem fieri, qui microcoſmi oceanus, propter Immenſitatem ſuam, appellatur: ſed in quo varietas partium componentiū, & heterogeneam efficit naturam, qualem iam diximus eſſe eam, quę à terra ſugitur, & quoniā in ſanguine, quod pingue eſt præualet, ſiquidem hoc eſt, quod nutrit, tale ſulphuris naturam imitatur, ſed dicemus ſulphuris florem, nam eiuſdem fex, per alui excrementa exiens, ſuo fætore, ſe prodit. Ex hac igitur parte præpotentiore, quæ ſulphurea eſt, liquefacta acquirit ſan-

A guis rubedinem, ſic exterius efficies ſi florem ſulphuris cum liquore tartari liquefeceris. liquor enim rubicundus euadit, itaque huno ſulphureum florem flos etiam ſalis comitatur: nam fæces ſalis per aluum, ſed multo magis per vrinam, exeunt. Duo munera flos ſalis exequitur: primum eſt balſami vice præſeruare à corruptione: alterum condenſare, vt poſſit id, quod liquidum eſt, in membrorum duritiem conuerti. Sanguis igitur ex diuerſæ naturæ particulis compoſitus, ac proinde eterogeneus membra, quæ non aliter ac terra humorem continuo appetunt, B totis modo vniuerſa aſpergit, quare iure optimo ros, tum à Græcis, tum ab Arabibus autoribus appellatur.

Multigenum dixi ſanguinē, quia ex multigena terra alimentum habet, & inde varios accipit ſapores, non aliter atque minerales aquæ, quarum meminit Ariſtoteles 2. meteor. inquiens. *Sunt autem in multis locis fontes, & fluuiorum fluxus omnis generis ſaporibus affecti, quorum omnis cauſa in ignis facultatem ingenitam, aut inſitam referenda eſt. Cum enim terra aduritur, quia magis, aut minus aduritur omnis generis colorum,* C *ſaporumque ſpecies accipit. Aluminis enim, & calcis, & aliorum huiuſmodi facultatum plena redditur per quas dulces aquæ, dum colantur permutantur, & aliæ quidem acidæ ſiunt, &c.* quæ verba doctiſſime (vt ſolet) numquam ſatis laudatus Ludouicus Septalius columen ætatis noſtræ ſic expoſuit, vt Ariſtotelis mens fuerit *quod quamuis pura & ſincera aquæ in principio ſui ortus naſcātur, in defluxu tamen contaminantur, & mixta ſiunt, calidaque redduntur;* neq; hinc ſequitur (quod Fallopius male exiſtimauit) omnes aquas thermales, ab initio ſuæ origi- D nis fuiſſe puras, & ſinceras poſtea contaminari ratione terræ, per quam fluunt. *quis enim neſcit* (inquit Septalius) *quod ſicuti ſimplex aqua ex ſimplice aere & vaporibus generatur. ita ex mixtis mixta in ſuo tamen genere perfecta producuntur:* & reliqua. quæ doctiſſime proſequitur vt demonſtret aquarum naturas redolere naturam vaporum, ex quibus coaleſcunt. Quod etiam ſanguini euenire dicēdum eſt, propter ea multiplex in eo exiſtit ſapor; ita tamen temperatus vt naturæ gratus euadat; vnde Ariſtoteles lib. de ſenſu & ſenſili, c. 4. cum dicat animalia & plantas nutriri dulci adiungit. *commiſcentur*

pit *Medicus enim philoſophus, eſt Deo æqualis*, vt ait Hippocrates de decente medici ornatu. Cæterum vt viuens cognoſcatur, quid ſit vita inquirere oportet.

Anima,& vita, communi vocabulo, ſignificantur, & apud omnes loquendi vſus obtinet vt vita,& anima, inter ſe confundantur, non quod vtraque ſit vnum, ſed quia non poſſunt non eſſe ſimul. Præſentia igitur animæ vita eſt, ſicut abſentia mors. Argenterius animæ præſentiam non vitam ſed vitæ cauſam eſſe ait, & è contrario eiuſdem abſentiam mortis cauſam non mortem. quod idem eſt, ac ſi dicas animam eſſe cauſam vt res ſit, aut non ſit. Itaque viuere nihil aliud eſſe cenſet quam eſſe in rebus animatis: dicuntur enim illa eſſe & viuere quæ animam habent,& quandiu habent, mortua verò tūc ſunt, & dicuntur quando amplius non ſunt animata. Cæterum importuna eſt iſta ſubtilitas,& non magni facienda. ſiue enim luminis præſentiam in aere, ſiue aerem lumine illuſtratum dicas perinde eſt. Recte exemplum ab illuſtratione luminis, ad vitam accepi: nihil enim melius rem iſtam declarat. nec Ariſtoteles aliter vitæ priuationem, quā extinctionem vocauit. De ſole,& igne plura ſuis locis dicam; nunc ſolem animæ vniuerſi comparabo, ignem autem animæ microcoſmi. Sol perpetua circumlatione oberrans, in eſſentia ſua, non mutatur: mutabilis quidem eſt quadam diſcurſionis ſphæricæ motione, formalis tamen eius ratio ſemper remanet immutata. Denique anima mundi ſeminales rerum in ſe habet rationes, quibus tanquam radijs per omnia diffuſis, ordinatè tamen, rebus omnibus prouidet. Sol ſuos radios, veluti ſeminales quaſdam virtutes per omnia diſpenſans, omnium rerum generationibus præſidet. & in eo prætereà cum anima mundi conuenit quod ab vtroque eadem fiant, quodam lumine præeunte: ſicut enim anima, prouidentiæ lege prius mota, ſuum munus peragit ſic ſol lumine prius ſe prodens calefacit. fruſtra tamen ſapiens ille ſolem lapidem ignitum appellauit, imo verò ſolus ſol ignis eſt, reliqua cuncta ignita. quare ſi animam microcoſmi ignem appellabimus, ſolē appellaſſe cenſebimur. Sed quando vitam & animam confundi inter ſe diximus, ſolem, & ignem, non immerito, confundimus. ſi quidem à ſole omnis eſt vita, de hoc tamen inferius, cum de vitali auro per-

A tractabo. Igni anima microcoſmi comparatur, igne vita ſubſtentatur, iccirco apud veteres ignem extinguere non minor erat religio, quam hominem occidere.

Ignis iſte vitalis in ſanguinis eo, quod eſt tenuiſſimum,& in ſpiritibus fere inſenſibilibus depaſcitur, vt iam merito vita non quicpiam ignitum, ſed ipſum ignem dicamus. Nā quemadmodū in cometa adeò materia propter ſuam ſubtilitatem redacta eſt ad ignis actum, vt nihil ibi aliud appareat, niſi ignis, ita etiam in viuente ignis ſubtiliſſimam ſubſtantiam apprehendens, eam magis ignem, B quam ignitam reddit. Huius ignis origo ibi præcipue eſt vbi fornax materiæ ſuæ, nempe in corde, in quo omnia ſubtileſcunt, à corde per vniuerſum corpus demandatur. non vitam (dicunt aliqui) demandari à corde, ſed inſtrumentum vitæ. at ego vitam ipſam à corde, tanquam à principio influere, conſtanter aſſero; Sed dices, ſi demandatur vita, demandatur & anima, ſed anima tota vbique eſt, neque indiget de mandatione. Eſt profectu vbique anima, & vbique vita, ita tamen vt vtraque ſuam originem trahat à corde, à quo perenni in fluxu gaudet. Et quemadmo- C dum ſonus ſentitur totus in tota domo, & totus in qualibet domus parte, ſi tamen lyra, quæ in domus medio pulſatur pulſari deſinet, muta omnia remanent, ſic & anima & vita Et quoniam ex ſono exemplum attuli, ſonum conſidera per aliquod breue ſpatium, poſtquam lyra quieuit, in aere relictum, ſic diſcedente vita, aliquod momentaneum vitæ veſtigium remanere agnoſces. diutius in inſectis, quia craſſiores eorum ſpiritus, non ita facilè ignem deperdunt, ſic etiam (vt in eodem perſiſtamus exemplo) in aere craſſo diutius remanet ſonus quam in tenui.

D

Sanguis & Spiritus an viuant:

CAP. XV.

PRAESTAT autem hoc loco quærere num ſpiritus & ſanguis ſint vehicula dumtaxat animæ an ſint animata? multi ſunt qui audacter negant, quibus ſufficit Ariſtotelem non habere aduerſum. Nam quod legitur 3. de hiſtor. anim. c. 17. *ſanguis vnus animatur & feruet*, non reperitur in contex-

tu Græco, ſed a Theodoro Gaza videtur additum, A imo potius eumdem habent fautorem, qui 2. gener. anim. c. 3. ſanguinem alimenti ſolum gratia datum eſſe animantibus ait, neque partem eorum eſſe, ex cauſa qua abundat, & deficit, & ex modo quo intra corpora eſt, disiunctus ſcilicet, & minime continuatus, vt oportebat, ſi pars illorum eſſet. Eſt ſanguis in ſuis conceptaculis nempe in venis, & arterijs, quæ ideo vaſa appellantur, incluſus velut excrementa, & alimenta vnde patet ſanguinem animalibus ſanguineis eſſe vltimum alimentum, ijs verò, quæ ſanguine carent, id quod ſanguini B proportione reſpondet. Quamobrem, quoties cibus ingeritur, ſanguis augetur, quoties à cibo abſtinet animal ſanguis deficit. Præterea ſanguis non videtur carni continuus, & cognatus, ſed tanquam aqua in vaſe. Spiritus etiam hac illac perfluunt, & leui quadam cauſa euaneſcunt, vnde anima præditos eſſe ab omni ratione eſt alienum.

Hæc quamuis ſic dicantur, tamen non ſic ſunt recipienda, ſed conſideranda aliqua ex quibus veritas eluceſcat, & in primis veterũ aliquos fuiſſe, qui non ſolum animatum, ſed animam ſanguinem eſſe exiſtimarunt, vt refert Hippocrates 1. de natura humana, iuxta C quorum opinionem Virgilius *purpuream animam* ſanguinem per vulnus exeuntem appellauit. Stoici præterea referente Galeno 5. ſimpl. med. facul. c. 9. ſpiritum vitalem animæ eſſe ſubſtantiam dixerunt. Galenus autem vtrumque tam ſpiritum, quam ſanguinem animam eſſe, aliquando ſcriptum reliquit, quandoquidem in libello de tremore rigore, & palpitatione naturale calidum animam vocat, calidum autem naturale, vt ipſe non ſemel affirmat, eſt ſanguis arterialis & ſpiritus. cæterum animæ ſubſtantiam ſanguinem dicere intolerabilis eſt error, in quẽ D inciderunt Diogenes, Critias, Empedocles, & alij, qui ſi de brutorum anima duntaxat loquerentur vera vtique dixiſſent, & ſacræ paginæ conformia quippe vt habetur Deuteron. c. 12. *ſanguis eorum pro anima eſt*. cõdonandum tamen eſſet Galeno, qui ſe alibi non ſemel nihil de animæ ſubſtantia cognoſcere ingenuè profeſſus eſt, verum ſatius fuiſſet illum in hac ignorantia ſemper permanere, aut ſaltem quid non ſit anima dicere quam quid illa ſit aliquando dicentem turpiter errare.

Aliud eſt dicere animam noſtram non eſſe ſanguinem ſed in ſanguine hoc eſt ſanguinem eſſe animæ participem quod c. 17. Leuitici videtur colligi ſi quidem *anima omnis carnis in ſanguine eſt*. Itaque cum ſacræ literæ de brutorum anima loquuntur, eorum animam, pro ſanguine eſſe pronunciant, cum vero de anima omnis carnis, vt comprehendatur etiam noſtra, non pro ſanguine, ſed in ſanguine dicunt. Sed & hoc ita eſſe rationi eſt conſentaneum: ſiue enim à poſteriore effectus ſanguinis in corpore conſideres, ſiue à priore animæ conditionem, omnia ſanguinem animatum eſſe proclamant.

Et à priore quidem, cum receptiſſimum ſit apud omnes ſanguinem, & ſpiritus eſſe inſtrumenta animæ, ſi addas animam non poſſe habere inſtrumentum ſeparatum, ſtatim fatebere hæc inſtrumenta coniuncta ſubinde animata eſſe. Non poteſt autẽ habere inſtrumentum niſi coniunctum, quia non poteſt impellere niſi in formando, alias poſſet etiam mouere extra corpus, ac proinde non eſſet fabuloſa fabula Auicennæ de vi imaginationis producentis effectus extra corpus, eſſet & vera Platonis opinio, qui animam corpori præſidere ait, vt nautã naui. Nam ſi mouet ſanguinem quem non informat non eſt cur informet membra quæ eodem modo mouere poteſt.

A poſteriore adeo mirabiles ſunt ſanguinis, & ſpirituum effectus, vt etiam ij quibus nec ſanguinem, nec ſpiritus animatos eſſe placet, neceſſariò fateantur autogenam eſſe eorum naturam, & nulli alteri rei ſimilem. Verecundia effectus eſt animæ, illa in hoc affectu ſanguinem in faciem, quaſi velamentum effundit, & quia verecundiæ vt plurimum comes eſt metus, introrſum eumdem ſanguinem pellit, ita vt duobus affectibus duos contrarios motus accomodet. ita ne vt ipſa alibi maneat? minime, quin tota, cum ſanguine, hac, illac perturbata, adeò agitatur, vt non nunquam contigerit; in his paſſionibus à corpore ſolui. Ira eſt feruor ſanguinis circa cor. Intelligant alij eſſe cauſam feruoris ſanguinis, ego animam in ſanguine ſeu potius cum ſanguine feruere dicam: anima non ignem ſanguini vt ebulliat ſuppeditauit, ſed feruore ipſa ſuo feruere fecit. Ad conſpectum laſciui obiecti turgent multo ſpiritu genitalia, ſed quomodo ſpiritum illuc detruſit anima? nempe ſecum ferens

que-

quocumque fertur. Nam dum in corpore eſt, ſanguinis, & ſpirituum ſatellitio comitata & ſedet, & vagatur. Ita dicitur anima corpori inſeruire, corpus animæ. Finge ignẽ, ſeu ſi mauis aerem, per aquam diffuſum. Cũ aer mouetur aqua ſimul agitatur, ſi aquam moueas mouebis & aerem, ſic anima ad motum ſanguinis cum quiſpiam quia excalfactus iracundus eſt, & tunc dicitur corpori ancillari. Sic rurſus cum homo ex aliqua cauſa iraſcitur mouetur ſanguis ad motum animæ, & tunc corpori imperare dicitur, ita tamen vt ſit ſanguinis forma neque enim aliter (vt diximus) præſtat impulſum ſi enim ſanguinem vt rem externam impelleret, id fieret vel per attractionem, vel per conſtrictionem atque ita quoties vellet homo rubeſceret ſed audi Senecam lib. 1. epiſt. 11. *Artifices ſcenici, qui imitantur affectus, qui metum, & trepidationem exprimunt, qui triſtitiam repreſentant hoc Indicio imitantur verecundiam: deijciunt enim vultum, verba ſubmittunt, figunt in terram oculos, & depriment, ruborem ſibi exprimere non poſſunt, nec prohibetur. hic nec adducitur* ſic ille ex quibus colliges quam intrinſecum animæ impulſum ſanguis accipiat, quem nulla conſtrictio, nulla attractio, nulla aliundè vis præſtare queat ſed per proprium eiuſdem ſanguinis actum, qui actus anima eſt, atq; adeo in brutis ea eſt ſanguis in hominibus in ſanguine,

Attamen operæ pretium erit ijs, quę ex aduerſo fuerunt adducta, reſpondere. Sanguinem dicunt eſſe aliarum partium alimentũ, nec poſſe ſimul eſſe alimentum & partem, cum nulla ex alijs partibus habeat poſſe nutrire. Sed quid prohibet hoc ita eſſe? & ſanguinem quem vocant autogenum hoc habere particulare, vt ſimul & partes nutriat, & ſit vna ex partibus. Ordo eſt naturę ſuauiter gubernantis, vt hæc pars nutriat ne alię partes pereant, & profecto, niſi ſanguis ſuppeteret ad nutrimentum, partes alię ex alijs nutrirentur, & fieret, quemadmodum in repub. male ordinata, in qua potentiores trahunt à debilioribus. Nunne ſentis in fame ventriculum dilacerari, at niſi cibo ſuccurras tractio vlterius pergens efficiet, vt partes ex partibus nutriantur donec nihil amplius quo nutriri poſſint, habeãt. Demum ſi ſanguis nil aliud quam nutrimentum eſt cur eius effuſione ſubito perit animal, cum tamẽ A tamen alimenti defectum per plures dies poſſit tolerare.

At diſiunctus eſt (inquis) ſanguis, tamquam liquor in vaſe, fluctuantes ſpiritus, & momento euaneſcentes, quare in viuentium numero eſſe nõ merẽtur. De ſanguine prius dicam, qui vſque ad eam partem, quæ in orificijs venarum, arteriarumque continetur continuus eſt. ſed nunquid & hic cum toto non eſt contiguus? imo maxime nam continua nutritio facit, vt nutrimenti partes continuentur, ſic deinde & ros continuatus eſt humori concreto, quem Arabes cambium B vocant, cambium verò, continua tranſmutatione, vertitur in gluten, ac proinde cum illo continuatus cenſetur. gluten in particulas quas nutrit ſemiconuerſus, earum iam quædam pars eſt. vnde de primo ad vltimum (vt dialectici faciunt) concludo ſanguinem particulis noſtri corporis eſſe continuatum. De ſpiritibus verò quid dicam? exigua eorum duratio, breuem vitam ſignificat, non autem nullam. Vagantur per omnia, non perfecte concreti ita tamen vt ab vna anima informati contineantur: aliter enim non poſſent illius mandata faceſſere: nam quamuis C ob tenuitatem appellentur ſpiritus, corporea tamen ſunt & corporeo indigent impulſu, quem anima extrinſecus aſſiſtens præſtare non poteſt, ſed intrinſecus informans. mortuo animale moriuntur, atque iccirco vita functis ſubito ſplendidus nitor abeſt. Putredo eorum, & diſſolutio animam ſuſtinere nequit. vnde hydropicis, & ſuppuratis aqua & pus ſenſim extrahi iubetur 6. aphor. 27. quod ſi ita non fiat, ex paracenteſi mors accidit ob longam ſpirituum euacuationem vt ſentit Galenus, quid hoc eſt niſi animam ſpiritibus adeſſe? ſed quomodo anima corpo- D reæ ſubſtantiæ aliter quam vt forma aderit, ſiquidem aliter naturaliter adeſſe non poteſt?

Addit Valleſius ſanguinem à Galeno 2. de elemẽtis & 1. de natura humana, & alios tres humores ſecũda elementa appellari hoc eſt elementa propria & peculiaria animaliũ ſanguine præditorum. At quę ſunt in aliquo, vt elementa, non vt partes ſunt, neq; eadem ſunt forma, cum rebus quarum ſunt elementa: non enim in auro e. g. ignis, aut aqua aurum eſt; ſed auri elementum, neque igitur ſanguis in viuente viuens, ſed elementum, & alimentum. Summopere ſibi complacet il-

le in

le in hoc argumento, ſed fruſtra. nam, vt eius A
exemplo vtar, ignis & aqua, dum aurum cō-
ponunt, aurum eſſe dicuntur, ſin minus plu-
res in auro formæ continerentur: elementa
enim, dum ſunt in mixto, propriam exu-
unt formam, & forma mixti induuntur.
quod Valleſius nouit, & tamen in hoc argu-
mēto vel ſui ipſius immemor, vel nimis per-
uicax elementorum formas in mixtis quę-
rit. Neque verum eſt elementa non eſſe
mixti partes, imo maxime, quod ſi renuis
aufer elementa, & oſtende mihi elemen-
tati partes. Sanguis ergo, præcipue arterio-
ſus, venenoſus minus præcipue, ſi, vt ſunt B
in animale, conſideras, & elementa, &
partes animalis appellabis. ſin extra, erit
ęquiuoce ſanguis, vt de oculo extracto, & de
ſeparato brachio, de neruo, aut muſculo di-
cere oportet.

Tandem ſanguinem, & ſpiritum non nu-
triri ſed nutrire ait. Nutriunt (vt iam dixi-
mus,) & nutriuntur etiam, ſanguis ex chy-
lo, Spiritus tum ex Sanguine, tum ex aere
inſpirato. vnde Hippocrates in libello de ali-
mento *principium alimenti os, nares, & alia
reſpiratio*, & rurſus *quicumque veloce appo-
ſitione indigent iis humidum ad reficiendum* C
*optimum eſt quicumque vero adhuc velociore
indigent, per olfactum.* Hāc nutritionem im-
propriam eſſe dicit, ego, vbi alimentum in
ſubſtantiam aliti conuerti video, & ab igne
interno, purum ab impuro ſeparari, non poſ-
ſum non veram nutritionem iudicare. Nec
video quid ad veram nutritionē deſit. Quod
ſi animam ais corporis organici eſſe actum,
ſanguinem vero non eſſe organicum corpus,
iam ſuperius reſponſionem habuiſti cum de
ſemine ſimiliter quęſiuimus an ſit anima-
tum, ſcilicet eſſe etiam actum corporis ſimi-
laris, dummodo tale corpus ſimilare ſit pars D
organici.

Galeno inter ignem externum, & internum comparationem non admittenti reſpondetur.

CAPIT. XVI.

CVM vita, & vitæ inſeruientes operationes, igni attribuam, Galenum habeo mihi aduerſum, qui libello de marcore c. 3. non admittit inter ignem externum, & hunc noſtrum, quo viuimus non ſolum idētitatem, ſed nec ſimilitudinem *Nam quæ vnquam flamma* (inquit ille) *materiam, cui indita eſt, auget? qua materia potius alimentum aſsimilat, quam ſibi ipſi materiam? quæ denique tot machinationes vt materiam tueatur inuenit?* & quæ ſequuntur; quæ neſcio cur illi in mentem venerint cum tamen alibi non ſemel ex igne, aere, aqua, & terra corpus conſtare affirmet. Imo vero eodem libello de marcore imediate poſt hoc ĉſt c. 4. ſic habet. *Atqui fieri ab initio minime poterat vt ex terreo plus miſceretur quod humidum eſſe animalis principium oportet. Solum ergo adhuc, quod igneum eſt relinquitur, in prima animalis generatione, ac compactione neceſſario exuperans. Si igitur facere potuiſſet natura, vt poſtquam animal vel ſtirpem ad vigorem vſque perduxiſſet, aliam rurſum viribus parem induceret elementationem hoc vtique dumtaxat modo ſine ſenio, ac corruptione eius perduraſſet fabrica.* Si igitur ignis in nobis relictus eſt qui ad ſenium, & corruptionem nos deducit quomodo negare poſſumus ignem internum, non minus quā externum materiam abſumere? & ex hac continua interni ignis actione, oritur continua refectionis neceſſitas. quemadmodum enim ſi quis ligna camino ardenti non addit, ignem extinguere ſinit, ita & qui alimētum igni noſtro vitali denegat eius extinctionem procurare dicitur. *Nam cum tota moles animalium in perpetuo fluore ſit, ni ſimilis altera ſubſtantia, pro ea, quæ defluxit, reſtituta ſit, euaporabitur certe, atque diſſipabitur vniuerſum corpus* lib. 1. ſanit. tuēd. c. 2. Itaque ſi ignis noſter ex cibo ſuam præparat materiam, ignis externus etiam idem facit, dum ex lignis viridibus ligna efficit apta vt comburantur ſi ignis externus ſuā materiam abſumit, & noſter ſimili modo idem præſtat. Quod ſi alia mirabiliora (quæ Galenus enarrat) ab igne noſtro fiunt, hæc non igni ſimpliciter ſed naturæ dirigenti, & Archæo noſtro ſeu chymico naturali tribuenda ſunt.

Spagyria propria, & naturalis tam in me-

gno,

gno, quam in paruo fit mundo, ab ea artifices chymici ſuam didiciſſe putandum eſt. Aſpice in vniuerſo tanquam in magna chymicorum officina continuas deſtillationes, euaporationes, exaltationes, circulationes, cohobationes, ex quibus in ventre terræ, vt in magno athanore, mineralium fiunt continuæ mutationes, & in aere vt in vaſe ad ſublimandum & circulandum facto ſublima, hoc eſt, meteora formantur. Aſpice deinde in microcoſmo tot cohobationes cibi aſſumpti ita vt non ſemel in ventriculo ſed iterum in iecore, poſtea in venis & vnaquaque particula, continua fiat puri ab impuro ſeparatio. Vide vaſa fæcibus dicata, alia ſublimatoria, vt cor, & arterias, tot meatus colatorios, extractiones ſalium, rectificationes volatilium, fornaces ad varios ignes conſtructas, vt hic minor, illic maior pro neceſſitate accendatur. hęc omnia ab indocta natura (ſic enim eam appellat Hippocrates vt pote quæ à nemine fuit edocta ſed à ſe ipſa; quid fieri expediat edidicit) ſunt facta & ad eorũ ſimilitudinem doctus Artifex operatur adeo vt in re quotidiana, nempe in pane ignis potentiam mirari liceat [illegible] enim ſeu artem conficiendi panis vt non miremur aſſuetudo facit.

Interna Microcoſmi ſignatura,

CAP. XVII.

TRIPLEX facultatum genus, iuxta communem omnium ſententiam, interiorem hominem conſtituit. Nam ab intrinſeco, hoc eſt ab animæ cum corpore cõiunctione habet ille primò quod nutriatur; deinde quod viuat, tandem quod ſentiat, & moueatur. Triplicem itaque facultatem habet, nempe naturalem, quæ nutritionis due munus, vitalem, quæ vitæ, & animalem, quę ſentiendi, mouendique fons & origo eſt. His omnibus peculiarem, & ſatis amplam diſceptationem in meis diſceptationibus dicaui; nunc microcoſmum quaſi ſigillo à macrocoſmo accepto libet ſignare.

Potentias dignoſces ab operationibus prima appellatur [illegible] ſiue nutriens: hęc non

A definit poſtquam animal eſt genitum, ſed ſemper aggenerando per nutritionem continuam perſeuerat. Sic genitus fuit Mundus ſed continua deperditarum rerum reſtauratione genitiuus ſpiritus operatur. Secunda eſt quæ appellatur [illegible] ſiue cuſtodia, aut conſeruatio; & eſt illa ſine qua aggeneratio eſſe non poteſt, & dicitur vita quæ in balſamo conſiſtit, aut potius in actione ignis in balſamum; ſic perpetua ſolaris ignis ſuggeſtione vitali aura mundus gaudet. Tertia nuncupatur [illegible] ſeu innata rerum expetendarum, fugiendarumque

B ſcientia, per quam animal imminentibus periculis prouidet, conſtat ſenſu, motuq; nam vnum ſine altero eſſe nequit; quippe fruſtra datus eſſet ſenſus ad cognoſcendum malum niſi adeſſet motus ad fugiendum, & rurſus fatuus fuiſſet motus ni præeunte cognitione fieret, ſic vniuerſi natura rerum gerendarum fines præcognoſcens varijs tum cœlorum, tum aliarum rerum vtitur motionibus.

His tribus facultatibus triplici mundo mundus paruus correſpondet; nutriens elementari, ſi quidem elementa in continua

C ſunt nutritione, & tranſmutatione vnius ad alterum; conſeruans ſeu vitalis, cœleſti quoniam cœleſtis virtus eſt totius vniuerſi vita conſeruatrix. præcauens, ſiue ſcientia rerum, intelligibili, à quo omnis prouidentiæ fons emanat, & qui omnia ſuauiter ſtatutis ordinibus diſponit & mouet.

Antiquitas, quæ abdita philoſophiæ arcana fabularum velamento occultabat, has tres facultates in vna anima ſub ſpecie vnius Deæ cui tria inſunt nomina figurauit. Ac icciirco vetuſtiſſimam Deorum matrem Cœli, Terræque filiam nunc Rheam, nunc Ve-

D ſtam, nunc Cybelen appellabant. Rhea hoc eſt affluentia dicebatur, quia nutritio per affluentiam nutrimentorum fit, Veſta quia vitæ conſeruatio, perpetuæ ignis cuſtodiæ correſpondet. Cybele quoniam, vt in furorem homines agit ſenſum, motumque corrumpens; ſic precibus mortalium ſenſationes, motioneſque tuetur.

De ſingulis libet pauca adiungere. Nutriens famulas habet tres (neque plures ſtatuo) vna eſt magnetica quæ attractrix communiter dicitur, & in ſe magnetis ſignaturã habet, magnetis ſi quidem vim ſero omnia

poſſi-

poſſident, vt ſibi ſimilia concilient, hæc magnetica miniſtrante, quaſi manibus nutriens trahit alimentum ad partem nutriendam, trahit inquam & retinet, neque enim retentricem ab attractrice diuerſam facio, ſi quidem eadem vi qua vtimur in attrahendo vtimur in retinendo, neque magnes per vnam vim trahit ferrum per aliam attractum adhærere cogit.

Obijcies attractionem fieri rectarum fibrarum actioni: detentionem verò per obliquas, hoc fateor & verum quidem eſt, rectos villos tractioni inſeruire, obliquos retentioni, quos Auicenna vocabulo abutens tranſuerſos appellauit, ſed conſiderare opportet attractionem ſolis rectis vti, retentionem & rectis & obliquis, quia maior cura requiritur ad retinendum, quam ad attrahendum, vt minor fiat retinentia defatigatio, ſic cum aliquid retinere volumus vtraque manu retinemus, vt ſcilicet diuiſus labor minus moleſtet.

Altera [illegible] ſiue coctio appellata plura preſtat officia: nam vtile ab inutile ſeparat, nutrimentum nutriendis particulis apponit, agglutinat, aſſimilat. Hæc vera ſpagyria eſt, & quemadmodum præcedens virtus magneticam ita hæc antimonialem ſignaturam habet.

Antimonium ex Paracelſi ſententia aurum ad ſummum puritatis euehit, & *primũ ens antimonij tantas habet virtutes, vt omne id, quod contingit tranſmutet, & omnia quæ ab humore radicali enaſcuntur ſeparet, & ex fundamento corpus renouet*. ſic & per facultatem concoctricem alimenta, vt aurum depurantur, tranſmutantur, & tandem corpori renouationem quandam conciliant.

Tertia miniſtrans eſt [illegible] ſeu expultrix quæ ſeparatum prius inutile foras eijcit hæc per villos tranſuerſos, quos etiam Galenus rotundos vocat, peragitur ſignaturam autem gerit ventorum, quibus munus eſt totam mundi inferioris regionem ab inquinamentis expurgare. Aduertendum tamen eſt has miniſtras facultates miro prædominãtis naturæ ordine eſſe colligatas, ita vt ſi ordo ſoluatur præpoſtere vnaquæque munus ſuũ peraget. & vitia in corpore accedunt qualia pertractat Galenus 3. de cauſis ſymptom. capite primo, & capite ſecundo. Cum enim naturales hæ potentiæ appellantur agunt

A ſemper, & quantum poſſunt vnde niſi à moderatrice natura legem frænumque accipiãt microcoſmus in chaos reducetur. Retentrix quandiu oportet amplectitur alimentum ſin minus fluctuationes, græce chydones dictæ fiunt, & cibus abit in halitus in concoctos. coctio non excedat ne deurat, non deficiat, aut erret ne accidat apepſia hoc eſt cruditas, iuſtis etiam paſſibus feratur, nam ſi anticipet aduſtio erit non coctio, ſi tardet tardipepſia dicetur. ſic excretrix expectet donec ſeparatum ſit vtile ab inutili; ſin minus vtrumque indiſcriminatim eijciet, & ſuo nutrimento
B membra defraudabuntur, ſequenturque praua ſymptomata; ſin obliuiſcatur, detinebuntur intus fæces, & malignis ſpiritibus omnia inquinabunt.

Sed iam ad ſecundam, ex primis tribus facultatibus, accedamus: ea eſt ignis vitalis conſeruatio, cuius natura præcipuam curam gerit, adeo vt innumera inſtrumenta in hãc rem fuerit machinata, quippe, in hac ſola vita conſiſtit, & quemadmodum in vulcani officina, brontes, ſteropes, & pyragmon, continuo laborare dicebantur; ita etiam in hac viuifici vulcani officina arteriarum pul-
C ſatio, reſpiratio, & tranſpiratio, noctu diuq; in huius ignis tuendi & expurgandi gratia, incumbunt. Sollicitudo naturæ, in nulla re melius oſtenditur, quam in multitudine inſtrumentorum, quæ in eam rem fabricauit: ſunt arteriarum myriades, iugiter ſe mouentes, cum corde, quarum motus quamuis circularis re vera non ſit, quia geminam habet quietem, nihilominus ob vtriuſque quietis exiguitatem, circulari proximus accedit: fit enim perpetuis reuerſionibus, & aliquando, ad tantam deuenit crebritatem, vt quies nulla deprehendatur. alternæ autem iſtæ mo-
D tiones, congruenter fiunt. nam conſtrictio fit, vt excutiatur nocens, ſi vero excuti non poteſt, tunc alternatim conſtrictio & dilatatio fit, vt pluribus vicibus peragatur id, quod vna tantum peragi non potuit, ſic cum aliquis digitum pupugit, aut combuſtit alternatim manum mouet, quaſi doloris cauſam excuſſurus, accedit quod ex dilatatione aer attrahitur ſed ex accidẽte, hoc eſt, quoniam neceſſe eſt arteriam dum dilatatur impleri quod tibi facile fiet, ſi conſideres, initio febrium maiores eſſe conſtrictiones, dilatatione, quoniam tunc fuligines multa expelluntur.

tur.

tur, & huic muneri conſtrictio inſeruit. dilationem arteriæ natura, non principaliter, intendit, atque ideo licet neceſſaria tunc ſit propter acutum febrilem ignem, tamen minori ſtudio augetur, & conſtrictio, quam dilatatio, eſt maior: attrahitur igitur aer dilatatione expelluntur fuligines conſtrictione cuius contrarium ſentientes pneumatici ſunt decepti.

Porro pulſatio arteriarum, per quam microcoſmum cœleſtis mundi ſignaturam habere diximus comparatur a D. Thom. in libello de motu cordis motui cœleſti. quia hunc motum peragit anima, (vt ipſe putat) nulla ex quinque facultatibus ſed ſe ſola, vt cœlum mouetur à ſua forma, ita tamen vt talis motus ſit ab anima ſenſitiua prout ſenſitiua eſt. Hinc Ludouicus Mercatus exiſtimat, Sancti doctoris ſententiam eſſe pulſationem pertinere ad ſenſitiuam facultatem, in quo tamen decipitur ſi quidem Sanctus Doctor ad nullam facultatem ſpectare ait. Verum Mercatus voluit laudabilem habere ſocium; in ſua opinione, quam probat in primis quia pulſatilis hæc facultas ſicut ſentiens ſubito, & quaſi irradiatione quadam per vniuerſas corporis partes demandatur. Ad hoc reſpondetur pulſatilem vim, non irradiatione arterijs communicari, ſed eamdem eſſe, & cordi, & arterijs neque etiam ſi irradiatione communicaretur exeo inferre neceſſario poſſemus ad animalem eſſe reducendam.

Galenus lib. 1. de ſemine c. 16. hanc pulſatilem facultatem quemadmodum alias quas animales vocat irradiatione demandari contendit. Verumtamen rem aliter ſe habere diſces, ſi conſideres, cor dilatari, & conſtringi, ob vſus iam dictos, & propter eoſdem, arteriarum dilatationem, & conſtrictionem eſſe neceſſariam, (neque enim poteſt cor membris omnibus aſſiſtere) quapropter conſentaneum eſt, vt ſimul cum corde arteria moueantur neque aliquem expectent in fluxum. Licet enim barbari a ſuo duce Auicenna, & ille ab Eraſiſtrato, acceperunt arterias & cor, non eiſdem ſed contrarijs motibus cieri; tamen opinio hac ſatis a Galeno, in Eraſiſtratum, eſt confutata lib. de vſu pulſ. & lib. de præſagione qui enim, vnâ manum thoraci, alteram carpo ad hibuerit, inueniet, & cordis & arteriarum vnum & eundem ſimul eſſe A *motum. Vnde iam conſtat, cum arteria, & cor eodem impulſu dilatentur, eodem contrahantur, eamdem eſſe vtriuſque mouendi vim, à corde tamen, tanquam a principio non per in fluxum procedentem, ſed ſuapte natura, dilatatam e. g. ſi ſaxum in aquam conyciás, primus circulus, ſecundum, non per aliquam facultatis communicationem, ſed per quamdam mutui dilatationem mouet vehementiorem autem aut languidiorem motum eſſe, Spirituum multitudini pneumatici attribuerũt Galenus ex hac multitudine, plenum fieri dixit cæterum vtrumque poteſt recipi: nam Spiritus* B *dum ſunt multi, nec vero tanti vt repletionem, quæ percipi poſſit efficiunt, robur augent, ſin plures, arteriam replent. Hoc cognoſces, exemplo ſatis manifeſto. Viſio melior fit multis Spiritibus, non vero tantis vt pupilla vitioſe dilatetur, & ſic pulſus vehemens, certe nunquam eſt vacuus.*

Altera mercati ratio eſt, quia pulſatilis vis, quaſi quodam ſenſu nunc magis, nunc minus, pro indigentia pulſationis euariatur, non ſicut vegetabilis, quæ ſemper, quantum poteſt operatur. Ad hanc rationem, quam ille mille modis repetitam in medium, C affert, & (ſi verum fateri vellet) à ſuo Anteceſſore Valleſio accepit, reſpondeo ex ea nihil aliud in ferri, niſi id quod Valleſius infert, nempe vitalem facultatem non eſſe omnino ad naturalem reducendam. At dicet pro Mercato quiſpiam ſi non ad naturalem ergo ad ſenſitiuam. hoc quidem apprime verum eſſet ni daretur media quædam via.

Thomas a Vega vim pulſatilem eſſe partem facultatis vegetantis arbitratur, & hanc opinionem candide Auerroo acceptam refert. Ratio, qua nititur, eſt quoniam cum D duplex ſit vegetabilis virtutis operatio, prior in ſolidum alimentum, ad ſolidorum nutritionem, altera, in aereum, ad ſpiritioſæ ſubſtantiæ reparationem non aliter trahitur alimentum ſpiritus ad ſuum ventriculum nempe cor quam membrorum alimentum in ventriculum, & quemadmodum cordis villi oblongi trahunt aerem, rotundi expellunt fuliginem, ita in ventriculo villi longi trahunt vtile alimentum, rotundi expellunt inutile excrementum. Quanto autem diſſolutio ſpiritus promptior eſt quam alimenti tanto frequentior eſt motus in corde, &

artetijs,quam attractio,& expulſio in membris naturalibus. Sic ille qui tandem in ſuam ſententiam adducit Galenum dicentem ſimiliter reparari ignem, & aerem reſpiratione, & pulſu, vt terram cibo, aquam potu. Verum tamen huic longę ratiocinationi breuiter, & facile reſpondetur. nam quamuis in attrahendo, & expellendo naturalis, & pulſatilis conueniant in multis, tamen in alijs differunt; quod verò ait Galenus ſimiliter reparari ignem, & aerem reſpiratione, & pulſu, vt terram cibo, aquam potu, non arguit duarum facultatem identitatem, ſed aliqua ex parte ſimilitudinem.

Verum enim verò tam vegetatiuæ,quam ſenſitiuæ potentiæ eſſe facultatem, vitæ conſeruatricem, quæ vitalis communiter appellatur à ratione alienum videtur, quapropter libens, & a Thomæ a Vega, & à Ludouici Mercari ſententijs diſcedo, cuius rei non leues adducam rationes. In primis non eſſe ſenſitiuæ demonſtro quia, ſi ab ea eſſet, vt talis forma eſt, cum totum animal informet toto animali inerit pulſatio ſicut cœlo, & cuiuis parti, motus circularis ineſt. nec mihi dicas ſolas arterias eſſe inſtrumenta accomodata quemadmodum oculos viſioni aures auditui: nam quatuor ſenſus viſus, auditus, guſtus, & olfactus habent ſua inſtrumenta, vbi ea habere, pro animalis vtilitate, conuenit, tactus vbique eſt: quia vbique neceſſarius eſt, ſic motiones aliæ inſtrumenta habent apta ad vtilitatem animalis, vt manus hominis flexioni, alæ volucrum volatui; At viuifici ignis reparatio cum ſit vbique neceſſaria, vbique etiam adeſſet, & quicquid tranſpiratio per omnia efficit pulſatio melius efficeret.

Præterea viuere animæ ſenſitiuæ adhuc, prout anima ſenſitiua eſt, vel eſt ſentire, vel propter ſentire, ſed pulſatio nec ſenſus eſt, nec propter ſenſum: etenim propter ſenſum eſt motus arbitrarius, qualis pulſatio non eſt.

Quod autem pulſandi munus non ſit vegetabilis animæ, patere arbitror quoniam vegetabilis potentia, in ſe ipſa, & propter ſe ipſam operatur, ſed pulſifica operatur propter aliud nempe propter igneæ, aereæque ſubſtantiæ alitionem ſi verò dicas pul- A ſificam propter ſeipſam operari quando quidem ſua ipſius conſeruatio in igneæ aereæque ſubſtantiæ alitione conſiſtit. reſpondebo hanc vtilitatem eſſe igneæ ſubſtantię admodum remotam.

Et quoniam huius ignis beneficio anima in corpore conſeruatur non contenta natura, ad conſeruandum ignem, ſolis arterijs, idem etiam munus alteri facultati tribuit nempe ei quam ſcientiam appetendarum fugiendarumque rerum appellauimus, vt etiam pro virili contendat, ne ignis viuificus ſuffocetur, & quia hæc facultas libere B operatur, & poterat aliquando ſui muneris obliuiſci, id circo hoc opus non liberum eſſe voluit, & facultati libere operanri, hac in parte, libertatem ademit. Hinc eſt quod reſpiratio facultatis liberę, actio non libera ſit, vnde & dormientes, & aliud agentes reſpiramus ſed conſideta quot ad reſpirationis opus machinamenta concurrant nempe diaphragma thoracis muſculi, etiam larynx & pulmo.

Et vt perfecte munita eſſet hæc cuſtodia ignis, naturali facultati tribuit, vt in carnis, & cutis generatione, ita ſe gereret, vt C meatibus vniuerſa paterent, & ſic continua tranſpiratione, & aer nouus admitteretur, quo ignis nutriretur, & fuligines emitterentur, quæ ſi retineantur, ignis ſuffocatur.

Reſpiratio fit in primis motu diaphragmatis (quod vt ex Galeno lib. 2. de motu muſculi, & ex autopſia liquet) expiratione intenditur, inſpiratione autem laxatur. Nec verò in contrarium facit Galeni autoritas alibi dicentis expirationem eſſe affectum thoracis decidentiæ ſimilem. decumbit ſanè in expiratione thorax ſed non dia- D phragma: dum enim, ad diaphragmatis neruoſum circulum, coſtulæ trahuntur intenduntur fibræ, quæ iterum relaxantur, dum coſtulæ reducuntur. Quod tandem operatio diaphragmatis contractione fiat oſtendunt cadauera, in quibus omnibus hoc membrum ſurſum contractum inuenitur. vltimus verò in vnoquoque mouente animali reſpirationis motus eſt expiratio quod Ariſtoteles lib. de reſpir. animaduertit hinc eum qui vitam finiuit, & expiraſſe, & animam efflaſſe dicimus.

De pulmonis motu inter peripateticos,

& me-

& medicos concertatio eſt. Auerrous propria vi moueri exiſtimat: quia ſi ad motum thoracis moueretur, motus ille eſſet violentus, at nullum violentum perpetuum. Non autem diffidetur, quieſcente thorace pulmonem quieſcere, & rurſus mouente moueri, hoc tamen mirabili conſenſu, qui eſt inter vtrumque attribuit. ex altera parte Galenus, & cum Galeno medici omnes, pulmonem, non à vi propria, ſed ad thoracis motum cieri affirmant. Non quidem vi propria, quia talis vis, aut eſſet naturalis aut animalis, aut vitalis. non mouetur a naturali: quia caret fibris, & filamentis, quæ illi motu robur neceſſarium præſtent, non animali: nam muſculis omnino caret. non etiam vitali quoniam non ſequitur cordis, arteriarumque pulſationes, ſed nunc tardior, nunc velocior eſt, quapropter relinquitur ſolum eſſe motum accidentarium. Ad Auerroum ſic reſpondent; ſi motus violentus nullus eſſet perpetuus, non poſſent oſſa moueri, quæ tamen ad motum corporis, & non propria aliqua facultate mouentur. Addunt non eſſe inconueniens durare perpetuo violentum aliquem motum, dum modo id ad euitandum damnum maius fiat: eſt motus pulmonis ad euitandum vacuum nempe cauitatem thoracis, quæ cum modo maior modo minor inſpiratione & expiratione fiat, requirit pulmonem ſubſequentem à quo repleatur.

Verum nulla fortaſſis pars eſt in corpore noſtro in qua ſubtilius naturæ artificium lateat, quam in fabrica pulmonis, cuius motus non eſt, vt oſſium, ſcilicet ad motum alterius rei, ſed proprius, & à natura inditus, ita tamen vt pulmo, ſicut mare intumeſcens, & detumeſcens moueatur. Neq; enim dilatationem, ac contractionem hunc motum appellauerim, ſed quia aerem capit, & remittit ab accepto intumeſcit à reiecto detumeſcit, vt immerito fabrorum follibus introductor capitul. 11. comparetur, melius vtri, aut ſacco. Intumeſcit autem plus, cum thorax plus aeris attraxit; minus ſi minorem aeris portionem ſuxit: cum vero intumeſcit thoracis cauitatem implet, atque ita non poteſt non vacuum impedire. vides quam ſapienter natura vno opere duos aſſequatur fines, nam & aeris receptui, & vacui impedimento motus pulmonis vno &

A eodem tempore inſeruit. Neque vero fibris indiget neque muſculis motus, qui nulli alteri motui eſt ſimilis, aut ſi ſimilis eſt alicui, ſimilis eſt motui cerebri qui nec fibris nec muſculis peragitur.

Ad tertiam me confero proneſim ſiue rerum expetendarum, fugiendarumque ſciẽtiam, quæ ſenſu, & motu conſtat; ſenſu vt cognoſcat, motu vt effugiat, aut amplectatur. tam de ſenſu, quam de motu, multa forent dicenda, atqui non eſt hic locus. Mandari hanc virtutem per ſpiritus aliqui autumant, alij abſque ſpiritibus per ſolam irra- B diationem, vtrinque adeo efficacibus pugnatur argumentis, vt quæ nam ſint potiora vix agnoſcas. id in diſceptationibus inquiro, quid reſoluam accipe. Anima eadem eſt vbique tota in toto, tota in qualibet parte: notum hoc eſt, repetitum hoc eſt. imperat illa in cerebro: quia ibi cellulas potentijs rectricibus deſtinatas habet, imperet ſane ibi, ſed obediet vbique, & nulla mora eſt, cum enim imperans & obediens vna & eadem ſit, vix ſententia publicatur, cum iam executio præſto adeſt. nec ſane aliter extremi digiti pedũ eo momento, quo caput imperat moueri poſ- C ſent niſi eſſet eadem anima tota in capite, & tota in pedibus.

Cæterum ſi nec per irradiationem, nec per ſpiritus influit hæc virtus, cur apoplectici ſenſu, motuque priuantur? an quia non adeſt facultas imperans obſtructo cerebro.

Cur phreneticorum ſenſationes deliræ fiunt, & motus inordinati? an quia quod attinet ad motiones, vitiatum arbitrium ſequuntur, ſenſus vero iuditium corruptum. ſic fætus in vtero arbitrario motu non mouetur, ſic qui doloris cauſam habentes dolorem non ſentiunt, mente ægrotant, hoc eſt D iuditio carent.

Cur offenſo in paralyſi membro obneruí obſtructionem ſenſus, motuſque talis membri petit? verum quia pars illa imperium quidem à cerebro ſuſcipit, ſed propter morbum non eſt apta tale imperium exequi non aliter ac oculus in ſuffuſionibus.

Quare ligato neruo pars inferior ſenſu priuatur? An quia imperium per continua demandatur, peritque obedientiæ ratio, vbi continuitas ſoluitur. At dices fortaſſe non eſſe omnino impeditam animæ viam, quandoquidem pars illa inferior adhuc neruo

ligato viuit; Priuſquam ad hoc reſpondeamus meminiſſe oportet, quod iam antea adnotauimus, neruos non fuiſſe fruſtra omnino creatos, ſed vt per eos à cerebro ad partes ſenſum, motumque exequentes, & rurſus ab his partibus ad cerebrum commeatus quidam fieret ligato igitur ſecto veneruo v. g. bracchij ceſſat in bracchio talis commeatus, A ſed non ideo virtus vitalis, non ideo naturalis ceſſat, quandoquidem & arteriarum, & venarum continuitas non eſt ſoluta, quapropter ad huc, & nutritur bracchium, & viuit, tamen poſt aliquod tempus conſentientibus inter ſe facultatibus pars nutriri deſinit, & exareſcit.

FINIS LIBRI SECVNDI.

STE.

STEPHANI RODERICI
CASTRENSIS LVSITANI
DE METEORIS MICROCOSMI
Liber Tertius.

P R Æ L V D I V M.

VETERES, *qui ſua numina, ad libitum, fingebant, quædam vt iuuarent, alia ne nocerent, venerabantur. Febris, quæ pernicioſum eſt malum, & quam ex igne, quem Prometheus eſt furatus, mortalibus datam eſſe Horatius ait etiam apud eos templum, imo templa, habuit. Nec puto duntaxat, ob potentiam, quam habet maximam, ſed ob occultam quoque eius naturam: quicquid enim occultum eſt, pro diuino habetur. Accenditur multoties, & ingraueſcit, nec occaſio ſcitur. Soluitur aliquando, ſponte ſua, (eam ſolutionem appellant medici criſim hoc eſt iudicium: quia de ægrotantis vita iudicium tunc fertur) Et cauſa adeo latet, vt eam e Cælo, ſed turpiter, traxerit Galenus. Quid magis ignotum, quàm febre communiſſimo malo quoſdam, per totam vitam, non corripi, ceruorum more, quos Plinius ait febrim nunquam ſentire; alijs adeo eſſe familiarem, vt eos nunquam deſerat, more caprarum, quibus innatum eſt cauma, propter quod herbas, quas mordent, adurunt; aut Leonum qui quartanam perpetuo patiuntur; aut anſerum, annatumque, ob calorem præter naturam, ſemper a quis innatantium.* Antipater ſidonius poeta, omnibus annis, vno die tantum corripiebatur febri, & eo conſumptus eſt *(referente Plinio)* ſatis longa ſenecta. *Hoc mihi in memoriam reuocat ſtatutas febrium reuerſiones, in quarum cauſa indaganda, doctiſſimorum ingenia defatigantur. Excutitur ignis in nobis aliquando ſalutaris, vt per exercitia moderata corpore prius euacuato: excutitur & pernicioſus, pernecanſque, nec ſemper ad perniciem ducit. Nam nonnunquam, pro ratione conditionis, quam eſt ſortitus breui diſcedit ab homine, nonnunquam autem breui diſcedere facit hominem è vita.* Febres, *ait Hippocrates,* ſimpliciſſimæ, ac ſignis firmatæ ſecuriſſimis, quarto die, aut citius ceſſant. peſſimæ, & cum ſignis grauiſſimis, quarto die, aut citius, interimunt. *Multoties ignis ſui ſimilis ſemper ardet (febrem ſynocham appellant) contingit etiam vt veluti ſub cineribus, vel omnino, vel ali-*

qua

Digitized by Google

qua ex parte deliteſcat. Si latet omnino febris intermittens eſt, ſin aliqua ex parte, continua proportionalis, vtraque tamen, quaſi ex pacto, a quo nunquam deficit, reuertitur. Igitur ſi omnino interrupte pugnat ſine periculo id facit (niſi in continuam degeneret) continua ſi tertio quoque die fiat fortior periculoſior cenſetur. Si non ſolum præſcriptas reuertendi dies, ſed etiam, horaſ, obſeruet, diuturnitatem præſefert. Quod autem febris a græcis πυρετὸς appelletur rationi eſt conſonum, Et nos, tertio hoc libro, recipimus, probamus, explicamus. Quod autem latini febrem a feruore dixerint, communiter recepta etymologia eſt. Forſitan melius febris, à februo hoc eſt Plutone rege inferorum, quaſi non minus, quam ille mortalibus inuiſa. aut etiam per antiphraſim, ſicut bellum quia minime bellum, officium quia minime officit, ita febris quia minime februa, id eſt minime purgans, cum potius ſquallore corpus infectum reddat. In hac ægritudine præcipua eſt medicorum contemplatio adeo vt fere omnis veterum diligentia in ſpeculandis febrium euentibus fuerit. nec vulgus putat malum ſine febre ad medicos pertinere. Tyrannicam illa in nobis poteſtatem exercet quapropter magno ſymptomatum ſatellitio ſtipata incedit, quiſquis illam eijcit, ſatellites, vt plurimum diſſipat. Satellitum cultris nos enecare poteſt, ſatellitum etiam diligentia nos ſeruat. Eos igitur contemplamur num antecedant ſuam reginam, an ſequantur. nam multum intereſt hoc ſcire cognita vnius cuiuſque natura. Conuulſio v. g. ſi antecedat melius eſt, quam ſi ſequatur. E contrario tubercula, ſi prius veniant, febrem q; ſequantur, dum ephimera non ſit, prauam efficiunt. Sin febrim ſequantur, critice in acutis, quomodocumque in longis non ſunt inutilia. Aliquando febris gigantæa eſt, & caput inter nubila condit. Hanc ne timeto, niſi aliud habeat vnde timenda ſit: magna eſt ephimera, magna & tertiana exquiſita, vtraque caret periculo. Aliquando vero exiguam habet molem non tamen ideo fidem meretur, ad mores attende nam, ſerpit more feræ aut (vt Galenus ex aliorum dictis refert) more hominis ſcelerati. Et quemadmodum homuncio poteſt, magnum ſcelus perpetrare, ſic & febricula magno offendere veneno. Ex inſidijs ergo dicitur maligna, ſi magis ſit inſidiatrix, & virulenta peſtilens nuncupatur. Hæc, inſidias parandi conſuetudo, aut natura nulli non febri adeſſe poteſt. neque enim febrium ſpeciem mutat venenum ſed periculum auget. Ephimera peſtilens, ephimera eſt, ſic putrida, ſic hectica; propterea peculiariter de omni peſtilente non ago. Sed inter ephimeras ephimeram peſtilentem, inter putridas, peſtilentem putridam. tandem hecticam peſtilentem, inter hecticas repono.

IGNEÆ

Digitized by Google

IGNEÆ IMPRESSIONES quomodo in magno & in paruo Mundo ſiant.

CAPVT. I.

SOL, qui nos gignit, illuminat, & calefacit, totius ignis fons, & origo eſt; ignem intelligo iſtũ, quo vtimur: nam alterum qui in ſublimi ſphęra conſtituitur nullis ſublunarium vſibus inſeruientem, ſuperius reiecimus. Ignem igitur, qui nobis in vſu eſt, a ſole eſſe, experimento accipimus: ſi enim radiorum coitionem, in criſtallo efficimus, & materiam incendibilẽ ſupponimus, ignẽ accendimus. Dices tamen hoc argumento conuinci à ſole ignem eſſe, ſed non omnem: ſi quidem & à ſilice ignis extrahitur, ſcias oportet nihil ex ijs, quæ ſub cælo ſunt, ſolis virtute carere, nihil abſque ſole conſtare poſſe: ipſe enim eſt *princeps & moderator luminum reliquorum*: & cum cæleſti virtute omnia conſiſtant, ac fiant, omnia ſolis virtute conſiſtere, ac fieri dicenda ſunt. quapropter ignis, qui à ſilice extrahitur, à ſole prouenit tanquam ab autore, non tanquam ab vniuoco. ſic cauſa æquiuoca nuncupatur, & ſuos effectus non formaliter ſed eminenter in ſe continet.

Ignis ſine pabulo non datur, quo ſi careat extinguitur; Nec mihi ignes græcos afferas, & mirabiles alios fere inextinguibiles: omnes enim in pabulo ſunt hoc, aut illo, magis aut minus perdurabili, præter quam quod diuinitus etiam accidit, vt ignis ſine pabulo arderet, qualis fuit qui apparuit Moyſi exod. c. 3. & ignis ſacer de quo 2. machab. c. 1. cęterum nobis de naturæ viribus eſt ſermo, nõ de ijs, quæ ſunt ſupra naturam. Quod nam ſit igneum pabulum libet paululum perſcrutari.

Sunt qui ventum, & exhalationem calidam, & ſiccam continuo à radijs ſolaribus excitatam, igni nutrimentum ſubminiſtrare, affirmant. ſed cum ſubterraneus ignis potius ſit pruna, quam flamma, craſsiorem materiam habere debet.

Vitruuius lib. 8. Architect. c. 3. alumen exiſtimat eſſe à quo ignis ſubſtentatur: conſtat enim dura & compacta ſubſtantia: ac A proinde non admodũ velociter conſumitur ab igne: refellitur ab alijs, nihil enim alumine magis ineptum quod accendatur, nam oleoſa ſubſtantia caret neque adeo poroſa eſt, vt in meatibus ignem retineat.

Agricola, quem ſequuntur multi bitumen liquidum eſſe dicit, tum quia nihil eo ſit magis accomodatum ad ſuſcipiendum ignem, tum quia ſępe obſeruatum fuit bitumen in ſubterraneis locis reperiri: pręterea nihil ſubterraneum reperitur quod in aqua inflã- B metur, & ignem conſeruet, pręter bitumen, quales aſſerunt fontes ardere in Appolloniatarum nymphęo, & in lacu babilonię, iſti etiam refelluntur; quia ſi hoc verum eſſet omnes aquæ thermales bitumen redolerent dum cum aquis pinguedo efflueret.

Fallopius & Baccius ſulphur, vt plurimũ & aliquando bitumen eſſe aiunt quod ſubtus terram ardet, confirmant ex Ariſtotele; qui 24. Sect prob. vlt. aquas thermales ſacras appellat: quia ſulphure, & bitumine, C rebus ſacerrimis, tales redduntur. experimẽto etiam confirmatur: nam in agro volterrano, & alijs locis ſulphur manifeſte in aquis, quæ calidæ ſcaturiunt, oſtenditur. Hos quoque doctiſſimus Septalius non recipit: quia Hippocrates in lib. de aere aquis & locis ſulphureas aquas inter ſpecies recenſet, ſicut & bituminoſas, & nitioſas, cum alioquin, ſi ſulphur omnes aquas ingrederetur potius deberet eſſe genus; deinde vel ſulphur erit in cuniculis vbi eſt ignis, vt illi pabulo eſſe poſ- D ſit, vel in ſuperioribus cauernis, & tubis vbi ſunt aquæ; ſi in igne quomodo aquæ poſſunt redolere ſulphur, & habere ſulphur (nam ſulphur per ſublimationem extrahitur) ſi verò eſt in cauernis aquarum, tunc nullomodo ignis voracitati ſatisfaciet. Tandem prædicti autores fatentur ignes ſubterraneos eſſe prunas, & non flammas, at ſulfur flammam excitat, non prunas facit; & quomodo quæſo tanta ſulphuris copia generabitur, quæ pabulo ſufficiat, cum ſulfur facillime ardeat & conſumatur.

Septalio magis placet, materiam potiſſimam eſſe terram, nam Ariſtoteles cum de

multis

multis ſaporibus aquarum 2. meteor. agat, A
in hanc venit ſententiam. Sunt enim fontes
multorum ſaporum, quorum cauſa referen-
da eſt ad ignis facultatem quippe cum terra
aduritur, quia magis, aut minus aduritur, co-
lores & ſapores immutat. exemplum affert
ex belgica prouincia, vbi incolæ vtuntur ter-
ra, pro lignis ad ignes accendendos, nec ita
facile ignem admittit, vt ſulphur nec ita fa-
cile conſumitur.

Hæc ſunt ab autoribus prodita, quæ om-
nia recipere nulla prohibet contradictio: nā,
cum varijs in locis, ignes ſubterranei exiſtāt,
quorum alij in aquis calidis ſcaturientibus B
conſpiciuntur, alij foras erumpunt, non au-
tem eadem mineralia in omnibus reperian-
tur, credendum eſt, diuerſis in locis, diuerſā
eſſe ignis materiam, dummodo omnis in eo
conueniat quod ſit pinguis, & oleoſa: nam
hæc eſt pars quæ ignis paſcitur. Alumen ne-
que oleoſitate, neque poris omnino caret. ter-
ra, qua vtuntur Belgæ peculiaris eſt illic, &
bituminoſum aliquid ad mixtum habet, vt
ex graueolentia licet conjectari. ſi quidem
dum aduritur ingratum expirat odorem. Ita-
que ſulphur, bitumen, & reliqua tam mine-
ralia, quam metallica, quæ, ſubtus terram, C
naſcuntur, nunquam reperiuntur omnino
pura, ſed recrementis terræ permixta, ac pro
inde terram meritò Septalius dixit eſſe ignis
pabulum, ſi terræ nomine intelligit eam,
quæ aliquo pingui eſt grauida, alioquin vbi-
que eſſent ſubterranei ignes, qui tamen non
vbique ſunt, vt vnuſquiſque nouit.

Sunt igitur ignes ſubtus terram quod fa-
tentur omnes cum Ariſtotele 2. meteor. cum
Seneca 3. natur. quæſt. cum Lucretio dicēte
principio tellus habet in ſe corpora prima, &c.
cum Vetruuio lib. 8. ſue Architect. c. 11. cum
Virgilio in Aetna: cum Ouidio in metamor- D
ph. Solem autem eſſe huius ignis autorem
non eſt dubitandum, & quamuis Septalius
impoſſibile eſſe exiſtimet, à ſole calorem ha-
beri, quo feruеant ſcaturientes aquæ, & de-
pilentur porci, deplumentur aues, oua indu-
rentur, in hoc cogor ab eo diſſentire: nam
materia quæ incenditur vim igni attribuit,
ſic ex leuibus ſtipulis, ingentia ligna accen-
duntur fit autem à ſole ignis, non ſolum per
radiorum coitionem, quod alicubi fieri po-
teſt, ſed per eorumdem continuam actione,
commodam reflexionem, ad ignem in ma-
teria aptiſſima accendendum.

A De totius vniuerſi impreſſionibus igneis
prius dicamus. Hæ & in aere fiunt, & ſub
terra, ex qua tandem erumpunt. Aereę mul-
tiplices apparent, vt fulgura, fulmina, faces,
capræ ſaltantes, lanceæ, diſcurrentia ſyde-
ra, Dracones, & alia propemodum infinita:
ſubtus terram eſſe agnoſcimus ex aquis cali-
diſsimis ſcaturientibus, ex incendijs mon-
tium, qualis eſt Aetna in Sicilia, Veſuuius in
Campania, & plerique alij. Horum cauſas
vel philoſophiæ tyrones ſe ſcire, iactantur;
omnia ſcilicet ad exhalationes referētes, ve-
rum innumeras difficultates, quę hinc emer-
B gunt ſicco, vt aiunt, pede tranſeuntur. Non
minore etiam negligentia, maiore ſanè per-
nicie artis medicæ profeſſores harū impreſ-
ſionum in microcoſmo principia ignorant,
quia contemnunt, aut potius contemnunt
quia ignorant.

Porrò cum iam maneat dictum quod nā
ſit ignis pabulum, quis nam ignis genitor;
per ſe patere arbitror quomodo in viſceri-
bus terræ accendatur. Nam quemadmo-
dum illic, & aurum & reliqua metalla cœlo
in ſeminali materia agente, producuntur, ita
etiam & ignis. liqueſcit igitur ab igne accen-
C ſo, & ſulphur, & bitumen, quod ſi aliquan-
do ibidem ſalnitrum repetitur recalcitrat,
atque in ſulphure intumeſcit, nec in eo in-
cludi patitur, qua propter partem illam ter-
ræ concutit, vnde vulcani erumpunt. Eo-
dem modo in ſuprema aeris regione, ignea
accidunt meteora. Dari in aere ſulphur fa-
tentur peripatetici, vt eſt videre in conim-
bricenſi Collegio, nec negare poſſent ſi vel-
lent, quandoquidem fulmina qua tranſeunt
ſulphuris odorem relinquere pro comperto
eſt, quod ſi ſulphur eſt, cur & alia non erunt?
ſiquidem omnium eſt eadem ratio Si autem
D hæc omnia è terra aſcendiſſe dicas, non ibo
inficias, licet apud me aliter ſentiam, verum
cur tecum litigabo cum mihi admittas id
quod, ad hanc rem, quam tracto demonſtrā-
dam ſufficit: nempe varias materias in aerę
eſſe, aut ibi à mundi exordio permanentes,
aut ex terra continuo aſcendentes. ex his
fiunt omnia quæcumque vides, ita tamen vt
ſemper cœli ruge opus non obliuiſcaris. De
materia aquea ſuo loco agam, de ignea nunc
dico. eam ex ſulphure, & ſalnitro compo-
ni, & tonitrua fieri, & fulmina, qualia ars,
& hominum induſtria, in bellicis tormen-
tis, eſt imitata: fit namque pyrius puluis,

ex ſul-

ex ſulphure, ſalnitro, & aliqua portione ſaliginei carbonis. Si vero aliquando materia non dum maturitatem adepta, non omnem ſuam vim, tyrannidemque exercet, nō fulmina, ſed leues fulgurationes fiunt, & multoties nec tonitrua ſentiuntur, ſed nubes ſine ſonitu rumpuntur; nubes autem eſſe harum rerum furnum, oſtendunt varij earum colores. Cur tamen aquam effundant cum de aqueis meteoris tractabimus, tibi fiet manifeſtum. & hæc de meteoris magni mundi, de quibus ſolum obiter, vt meteororum parui mundi præludia ſint, ſermonem inſtituo.

In microcoſmo multigenam materiam dari iam non ſemel ſuperius inculcauimus, huius aliqua pars eſt facile accendibilis, nēpe ſulphurea & oleoſa, alia difficile ignem concipit, quæ ſcilicet narcoticam vim habet, concipit tamen, verum flammam non ita perſpicuam, & quemadmodum in mundo pauca ſunt, quæ igni reſiſtant, ita & in homine. cineres ignem non ſuſcipiunt, ſic in corpore propter id quod cineritium eſt, nunquam omnimoda conſumptio datur.

Sed nunquid in homine eſt etiam ſubſtātia auri? quod ſi eſt immortalis profecto erit: aurum enim igni reſiſtit vni inquit poeta *nil deperit auro igne, velut ſolum conſumit nulla vetuſtas*

Ac neque rubigo, aut ærugo conficit vlla
Cuncta adeo firmis illic cōpagibus hærent.

Nunquid hæc etiam homini incorruptibilitas adeſt? In hoc etiam tibi faciam ſatis ſi quidem hoc munus libens ſuſcepi, dummodo dum aurum, dum reliqua mineralia, in microcoſmo conſtituo, analogiam intelligas, ita vt ſit ſuum aurum, ſua etiam mineralia, in microcoſmo proportione reſpondentia auro, & mineralibus macrocoſmi. Inter ſolem igitur, & aurum conuenientiam magnam cognouit antiquitas: propterea veteres ſophi, & cabaliſtæ, vno, & eodem caractere Hieroglyfico, vtrumq; præfigurarunt. auri igitur vi pollet quicquid in corpore humano, ſolare, hoc eſt vitale exiſtit. merito dixi ſolare hoc eſt vitale: à Sole enim cum Ioue viuendi, cum venere gignendi facultatem ſibi conciliat, & hoc pacto tres gratias, ſibi omnino proficuas, & neceſſarias amplectitur. Solem, Iouem, & Venerem, ſol in corde eſt, Iuppiter in Iecore, venus in membris generationi dicatis. Atque ideo ſolaris A ſpiritus, in domicilio veneris genituus fit, vnde dicitur ſol, & homo generant hominē; Idem vero in iecore vitā ſubſtinet, hinc verum eſt axîoma tandiu viuimus, quandiu nutrimur. conſidera Phœnicis auis fabulam (talem namque eius hiſtoriam reputo, nec Plinius, aliàs quin fabuloſus lib. 10. c. 2. renuit) hæc virtutis ſolaris quaſi exemplum quoddam proponitur; auri fulgore circa collum ſplendet, cætera purpurea, quam ſoli ſacram, in Arabia eſſe, & ſexcentis ſexaginta annis viuere, mox ſeneſcentem comburi, & ex ſe ipſa renaſci autores tradiderunt. Sed B nūquid Phœnici adeò longæuę volucri comparabo hominem, cuius vitam octoginta annis, ad ſummum, iam à Dauidis ſeculo, includi certum eſt? Non equidem in hunc ſēſum fabulam narraui, ſed vt aurum, & vitā, ſolem patronum habere oſtenderem. Cæterum aurum licet ignibus reſiſtat, non reſiſtit venenis, non reſiſtit hydrargiro, à quo frangibilis, & diſſipabilis redditur: cumque in microcoſmo quaſi in vniuerſali rerum omnium minera, dentur venena, detur etiam argentum viuum, non eſt mirum ſi per febres putridas, per alios putredinis caſus, au- C rum iſtud corrumpatur. Adhuc tamen remanet quod interroges. Vtrum ſcilicet, ſi homo exquiſitiſſima victus ratione ſe ab omni putredine, & veneni aceruatione, adeo præſeruet, vt nunquam ad quantitatem, quę nocere poſſit, accedat, ita præſeruatus diem ſuum in infinitum, aut ſaltem in longiſſimū tempus differre queat? differre quidem poterit aliquantulum moriendi tempus, & hæc eſt prophylacticæ artis potentia. Vita tamen adhuc erit breuis: nam quamuis ille, cuius vitam producendam ſumis, in victu non peccauerit, parentum tamen peccata in ſemine D gerit, ſecus primi terræ cultores, quorum vita vltra noningentos annos aliquando propagabatur: quoniam natura erat ſimplicior, terra fæcundior, vita temperantior vnde nō ſolum vitalis, ſed genituus ſpiritus auro ſepties probato erat ſimilis.

Quoniam autem aurum auro perfectius eſt, aurum auro purius, illud primum, & antiquum perfectiſſimum, puriſſimumq; erat, ac proinde nulla ſui parte igni cedebat, nulla purgamenta relinquebat. Hodiernum verò aurum, licet ab eodem ſole, qui erat prius, ſit genitum, tamen ex debiliore fit ſemine, & quando ab igne expurgatur, in exigua re-

manet quantitate, quæ vitæ ſubſtentandæ
vix ſufficit, rubigine inficitur, & primæuum
ſplendorem amittit. hinc triſtis ſenectus ci-
tius properat, & ſi ignis maxime increſcat,
vt in hectica febre, vitam finit properata ſe-
nectus. Aurum itaque latere in microcoſ-
mo prædicta ſuadere videntur, conſpicuum
etiam aurum in crure Pythagoræ (niſi for-
ſan ad allegoriam de flectas) habebis. In cę-
ſarie verò Abſalon 2. reg. c. 14. neceſſe eſt,
vt verum aurum agnoſcamus ſi quidē *quan-
do tondebat capillos, ſemel autem in anno
tondebatur quia grauabat eum cęſaries pon-
derabat capillos capitis ſui ducentis ſiclis
pondere publico*, quod pretium, ſoli auro de-
betur. aureæ glandes ex palma decidentes,
de quibus Plutarchus in opuſculo de Pythię
oraculis, portentoſæ fuerunt: ſed ſi fuerunt,
naturalem habuiſſe cauſam dicendum eſt.
Atque ita præter in conſpicuum, etiam con-
ſpicuum aurum potuit aliquando in corpo-
ribus reperiri.

Meteora ignea in microcoſmo multiplicia.

CAPIT. II.

REVERTOR ad ignea me-
teora microcoſmi, à quibus
nec iniucunde, nec (vt arbi-
tror) inutiliter, ſum digreſ-
ſus. Accenſa materia, ſi na-
turæ noſtræ ſit amica, inceen
dium quidem efficiet, nullis tamen terribi-
libus ſtipatum ſymptomatibus: ſin prauam
redolear naturam, tunc pro naturæ ſuæ mo-
re inuehet ſymptomata. Videas aliquos non
diſſimilia pati ab his, quæ patiuntur illi, qui
arſenicum hauſerunt, anxietudines, vigilias,
& animi deliquia, nec non & vomitus por-
raceos, & æruginoſos: alios quaſi à narcotico
veneno vexatos, ſomnolentiam, inertiam, &
ſimilia: multi hæc omnia; plurimi aliqua,
prout huius, aut illius, aut omnis veneni
participes fiunt.

Si in corde ignis incenditur, ſiue ibi primò
incendatur, ſiue aliunde miſſus; ſicut ab hoc
microcoſmi ſole ignis viuificus in vniuerſas
regiones per arterias, & venas mandatur; ita
& ignis perniciosus: latini vocant febrem à
feruore, græci πυρετὸν à vocabulo πῦρ quod
A ſignificat ignem, quaſi dicant igneum affe-
ctum: & ab Hippocrate multoties febris πῦρ
ideſt ignis nuncupatur, vt 1. epid. ſect. 3. æ-
groto 2. & 3. epid. ſect. 1. ægrot. item 2. &
eodem 3. epid. ſect. 1. tex. 15. & quamuis
Galenus exiſtimet non omnem febrem, ſed
duntaxat ardentem ignis nomine ab Hip-
pocrate deſignari: quia Hippocrates quen-
dam, dixit, incaleſcentem cœnaſſe, vt voca-
bulo incaleſcens febris mediocritatem ſigni-
ficaret; ego tamen exiſtimauerim, ita dictum
ab Hippocrate, quia homo non dum ægro-
tans, ſed in neutra diſpoſitione conſtitutus,
B quæ non dum abſolute febris eſſet, ſi ſibi be-
ne conſuleret debuerat à cœna abſtinere,
quod cum non feciſſet occaſionem febrici-
tandi, indulgens cibo, & potui habuit. Nec
verò Galeno debuerat nouum videri ſi om-
nis febris ignis appelletur, nam præter quam
ipſe non ſemel definiat febrem, eſſe calorem
naturalem conuerſum in igneum, etiam lib.
quod animi mores c. 4. *immodico ignis ex-
ceſſu animal febre corripi* dixit.

Si verò ignis non à corde, ſed à iecore cō-
municetur; quamuis etiam à iecore totius
corporis ſtatus permutetur, vt Galenus nos
C docet lib. art. med. c. 41. tamen arterialis
ſanguis incendi non poteſt niſi à corde, atq;
ideo non dicetur abſolutè febris, ſed febris
iecoris, febris lienis, capitis ventriculi inte-
ſtini, & reliquorum, vt optime notauit Val-
leſius in libello de febribus. Itaque febris ſi-
ue ignis, ſine addito, eſſe non poteſt *niſi cor
ipſum concaleſecerit*, vt habetur apud Gale-
num 1. differ. feb. ca. 4. & lib. 10. met. ca. 8.
rationem huius rei affert idem Galenus lib.
de cur. rat. per ſanguinis miſſionem c. 5. quia
ſi cor *ſemel ipſum accenſum fuerit, facile to-
tum ipſius iam corpus ſimul excalefiet, que-
D madmodum ab ingente in foco flamma, qua
illam continet domus.*

In omni febre cor neceſſario pati ex effe-
ctibus etiam cognoſcitur: nulla enim eſt fū-
ctio, quæ per febres non lædatur cum verò
cor ſit vitæ fons, ita & fontem eſſe omnium
viuentis corporis actionum, par eſt. nec ta-
men cum hæc dicimus Ariſtoteli omnino
aſſentimur vni cum tantum principium, nē-
pe cor, omnium facultatum, & ſubinde om-
nium actionum conſtituenti: agnoſcimus
facultates rectrices in cerebro eſſe, à quibus
ſenſus & motus vniuerſo corpori imperatur,
facultates autem naturales, licet vnicuique
parti

parti ſint inſitæ, à iecore ſanguinem, hoc eſt, materiam, circa quam agant accipiunt, veruntamen omnia hæc ſine igne viuifico, cuius officina cor eſt, non operantur, imo vel perfecte, vel diminute, vel deprauate agunt, prout ignis ille vel diminutus, vel auctus, vel improportionatus exiſtit: hoc docemur à Galeno lib. 5. de loc. affect. c. 1. dicente *affecto enim corde vitæ principio, neceſſe eſt mox illi reliqua omnia conſentire, omneſque pera-que partes, non iecur tantum, ne munus ſuum expediant impediri.*

Eſt tamen aliquid quod dicere poſſis nempe Auicennam definijſſe febrem dicentem *& inflammatur in eo, inflammatione, qua nocet operationibus naturalibus*: quare ſolis naturalibus operationibus læſis, iecur dumtaxat, non cor offenſionem ſubit: reſpondeo, Auicennam nomine naturalium, reliquas intellexiſſe edoctus à Galeno lib. 2. de cauſ. ſimpt. cap. 1. qui naturæ vocabulo intelligit omnem qua animal regitur facultatem, ſiue illa à voluntatis noſtræ imperio pendeat ſiue ſecus.

Extendi vero ignem in vniuerſum corpus, non ſic intelligas, quaſi neceſſario in febre nulla detur particula, quæ accenſa non ſit, ſed quia cum principaliores partes accendantur, reliquæ ſunt diſpoſitæ, niſi quid impediat; ideo in principijs acceſſionum, & in lypirijs, in quibus externa frigent, febres ad eſſe dicimus.

Dantur alia incendia, quæ vniuerſum corpus occupant, non tamen aeream eius regionem, hoc eſt non veluti febris, quæ æſtus quoſdam, non aliter ac rabioſus Syrius, efficit. Sed quemadmodum incendia magna, quæ iam viſa ſunt totas ciuitates, & inſulas deuoraſſe; ſic Inſulæ Aeoliæ in Siciliæ ora conſtitutæ, igni ardent vnde vulcaniæ dictæ ſunt.

Magna profecto & horrenda in corporibus eueniunt ignis meteora; ignem in nobis eſſe conſpicuum exempla oſtendunt, nam & ſi duo virgiliana exempla tanquam fabuloſa reijcias; vnum 2. Aeneid. cum ait in Aſcanij capite viſum fuiſſe ignem.

Ecce leuis ſummo de vertice viſus Iuli
Fūdere lumen apex, tactuq; innoxia molli
Lābere flāma comas, & circū tēpora paſci.

Alterum 7. Aeneid. quod contigit Lauiniæ.

Viſa (nefas) longis comprendere crinibus ignem,
A *Atque omnem ornatum, flamma crepitante, cremari,*
Regaleſque accenſa comas, accenſa coronā
Inſignē gēmis, tum fumida lumine fuluo
Inuolui, ac totis vulcanum ſpargere tectis.

Si hæc, inquam, tanquam fabulas, reſpues, non poteris fide dignorum hominum negare teſtimonia; quæ tranſcribam ex Liceto, Alexandrinus medicus Philathei teſtimonio aſſeuerat, à vertebra coxæ in laborante coxendice, ignem exiluiſſe, oculoſque inſpicientis combuſſiſſe. Ipſemet Licetus plurie ſe à patre ſuo audiuiſſe teſtatur, ſe dum
B Nuceus, in Inſula Corſicæ, medicinam faceret, Franciſco Guido Iuris perito familiariter vſum, qui ſæpe numero dum in lecto recumberet, & frictione brachium læuigaret, flammas euidenter excutere conſueuiſſe, non aliter, quam ſi aridæ truncum hederæ, aut lauri confricaſſet. Teſtatur etiam vidiſſe bibliopolam Piſanum dum ſubuculam arctiorem exueret, flammas cum crepitu efflaſſe ex dorſo, & brachijs, ita vt vniuerſa familia præſens miraretur. Hoc idem refert accidiſſe frequenter Maximo Aquilano Medico inſigni. Vtrumque exemplum verum
C eſſe facta diligente inquiſitione Piſis cognoui.

Quod ſi, oculis ignem micantem non cōſpicis, ex effectibus cognoſces: neque enim ſemper externus etiam ignis fulget, ferrum ignitum, licet non adhuc candens, ſulphur accendit, & vrit; ex quo patet ignis iam formam concepiſſe, nec tamen ſplendere. Fumus ignem in ſe habet, qui tamen non videtur, ſed ex effectibus cognoſcitur. quod ſi manifeſtius exemplum deſideras, ea, quæ in verubus aſſantur vſque ad combuſtionem, id non patiuntur ab eo igni qui conſpicitur,
D quia illum non tangunt: igitur ab alio, qui non videtur. Tandem ignem eſſe abſconditum in rebus, quas tu calidas non ignitas dicis, Galenus fatetur quippe lib. 1. de ſimpl. med. facult. cap. 4. ita ſcriptum reliquit Aqua igitur ipſa ex ſe, ſi frigida eſt facultate, porro ſi extraneum calorem adeptam, corpori humano perfundas, putabis forſan ſimplex quoddam, & naturale adhibitum medicamen. At ea quodam vtique modo compoſita eſt, aut igneæ eſſentiæ partem aliquā nacta, aut certè omnino ipſam qualitatem. Vt enim ſi ſalem miſcueris ex confeſſo fuerit compoſita; ſic multo magis ſi igneam, aut

N 2 eſſen-

eſſentiam, aut qualitatem annueris. hæc ille A qui verum uis tibi concedit in aqua calida, aut qualitatem, aut eſſentias ignis. Vt iam apud ipſum non ſit nouum, & ignem non conſpicuum dari, & (quod ſupra dicebamus) ea quæ qualitates vocantur, ſubſtantias eſſe.

Denique ignem in nobis accendi fateberis, ſi ab externis ad interna argumentum conficias: Dantur cauſtica medicamenta, quæ vulgus merito ignem mortuum appellati. Hæc carni applicata ignis effectus producunt; atollunt namque veſicas, perinde ac ſi caro fuiſſet igne combuſta imo & combuſtionis odorem relinquunt. ſi igitur videas ſi- B ne igne externo, ſine cauſtico medicamento, hos eoſdem produci effectus, non ne fateberis ignem internum eſſe, à quo producuntur? ſanè fateretur Galenus, qui multa vlcera huius naturæ agnouit.

Ita eueniunt in membris eryſipelata, quæ ſacrum ignẽ, & aliquando πυρἀγριον ignem ferum, Hippocrates appellauit: hæc ampullas excitant, & membra reddunt, vt ab igne, combuſta. quot veſicas attolli vides non minus quam ex combuſtione? quare ex combuſtionum genere Variolas dixerim. quot exedentia vlcera vnde 3. de fracturis πυρώδες C ideſt igneum appellat vlcus, talia ſunt carcinomata, talis elephantiaſis, & qui carbones non immerito appellantur de omnibus aliquid dicam, incipiens à febre, quam communiſſimum morbum eſſe, & omniũ morborum comitem dixit Hippocrates: ſed nũquid omnibus morbis adeſt? Valeriola non vult. *Non enim eos morbos, qui à frigore oriuntur, repugnante ad id natura comitari febris poteſt: quandiu ſaltem vis ſe ipſa frigoris validiſsime exeret. Quoſdam namq; rigore, præ nimio frigore aprehenſos interiiſſe abſque vlla febre olim obſeruatum eſt, & nũc* D *non raro etiam ſpectamus. In conuulſione ſuperuenire febrẽ laudat Hippocrates 2. aph. quod interpretatur Galenus ſuperueniens febris, frigidos, & glutinoſos ſuccos, quibus conuulſio ea, quæ ex plenitudine eſt, oritur, ex tenuet, calefaciat, ac tandem diſſoluat.* Hæc & plura in ſuam ſententiam affert ille, qui nihil omnibus non negaret, partem vnam eius quod ab Hippocrate eſt dictum: nempe *febrem communiſsimum eſſe morbum*: ſiquidem adeo communis eſt, vt (ſicuti Valleſius animaduertit) *vulgus hominum ad medicos ſolam febrium curationem iam putet pertine-*A *re.* Rari igitur morbi ſunt, qui non ſint febres, aut cum febribus. partem alteram hippocraticæ ſententiæ, cum moderatione amicus lector intelliget, non inimicus ita vt cũ dicitur *febris omnium morborum comes*; aut pro omnibus, fere omnes accipiamus: aut comitem eſſe, pro comitem eſſe poſſe. Poteſt namque omnis morbus etiam ij, qui frigidiſsimi a Valeriola adducuntur, febrem comitem habere, imo de facto, cum primum putredo ad eſt, etiam in glaciali materia febris accenditur, vt in lethargo, caro, & reliquis.

B

Ex quinq; modis quibus ignis accenditur prior explicatur.

CAP. III.

LIBET in primis percurrere quinque modus à Galeno allatos 1. de differ. feb. c. 3. & lib. de cauſ. morb. c. 2. quibus ignis accenditur ij ſunt motus, putredo, alte- C rius ignis vicinitas cõſtipatio, materia. quos, vt melius memoriæ mandentur his duobus carminibus comprehendo.

Motus, putredo, alterius vicinia flammæ,
Occluſique pori, promptaque materies.

Aduerte tamen, cum Galenus, in aliquibus ex his, exemplum ab igne externo, ad ignem noſtri corporis aſſumat, in aliquibus non, hoc cum diſtinctione eſſe intelligendum: vt ſcilicet tria priora, motus, putredo, & vicinus ignis, vbicumque ignem faciant: duo poſteriora, conſtipatio & materia, non niſi in animalis corpore: quamuis conſtipatio ex- D terius ſi non accendit at ſaltem auget.

Motionem intellige tam corporis, quam animæ. Anima potens eſt corpoream molem agitare, vt in ira: quæ feruere facit ſanguinem circa cor, feruor, ſi diutius duret, auxiliares manus ex poſtulat, & morbus eſt; ſiri tranſit cito (tranſit autem ſæpiſſime, quia ira, furor breuis eſt) fulgur erit, ſed fulgur, cuius tonitru aliquando interimit, cum ſcilicet ingente fragore diſrumpuntur ſpiritus; & ſequitur deliquium à quo homo aliquando reſtituitur; aliquando non. Nec fidem habeo Galeno dicenti 2. de ſymptom. cauſ. c. 5. *ab ira nemo interijt* cui contradicunt hi-

ſtoriæ

ſtoriæ non paucæ. Neruam imperatorem, autor eſt ſextus Aurelius victor, ex ira fuiſſe interemptum. ita Vinciſlaus, Bohemorum Rex, anno 1418. cum forti ira percitus pugionem euaginaſſet, vt prægustatorem occideret, qui Huſſitorum tumultum Pragæ, duce Ciſcone, excitatum Regi ſciens non aperuiſſet, à circumſtantibuſque detentus pugionem amiſiſſet, ne familiaris cæde regiam maieſtatem coinquinaret, in illorum manibus apoplexia correptus, poſt aliquot dies mortuus eſt, quemadmodum teſtatum reliquit Ioannes Dubrauius lib. 2. hiſtoriæ Bohemicæ. multorum hiſtorias ſimiles reperies apud Conradium lycoſthenē lib. 14. Nec ratio Galeni pōdus habet: nempe quia in ira *neque calor perfrigeratur, neque robur ſoluitur*; calorem non perfrigerari agnoſco imo accendi: robur non poſſe ſolui non admitto: ſi quidem, autore eodem met Galeno 12. met. c. 5. *triſtitiæ, & anxietates, & ira eo modo lædunt, quo multæ vigiliæ, quod vires reſoluunt*, & rurſus paucis interpoſitis *in omnibus eiuſmodi ſymptomatibus manifeſte videntur ægrotantes, tum animo linqui, tum viribus reſolutis eſſe*. Ergo ſi omnibus alijs animi affectibus parē iram facit; cur ſicut alij affectus, non occidet & ira? Reſpondent aliqui pro Galeno pulſus iræ eſſe vehementes, vt habetur 4. de cauſ. pulſ. c. 2. quæ pulſuum differentia non poteſt comparari, niſi robore aucto. Hoc quidem tanquam veriſſimum fateor; verum non eſt impoſſibile facultatem in ſuo robore auctam, poſt modo cadere, quod ibidem Galenus luculenter exemplis demonſtrat: *exoluti enim quidam extreme, vel per ſenectutem, vel per morbum, vel aliam quampiam, quæ anteceſſerit, laſsitudinem, ſi latrones ſubito conſpiciant ingruere, vel hoſtes vel feram aliquam, concitato curſu aufugiunt periculum, neque in eo validis concedunt? itemque in terræ motu ex ædibus exiliunt, aut per incendium, atque ocyſſime diſcurrunt: dum antea per infirmitatem progredi vix poſſent. Ex quibus omnibus liquet facultates animales motrices, ſi quando impendeat neceſſitas, maiore vi obire ſuas functiones. Quo minus mirum eſt ſi in ira hoc contingat, cum videatur merito fieri: Vt & in his etiam animaduertas, qui exercitationem ſubeunt, aut quam aliam nauant operam, pulſus non in magnitudinem modo ſed in vehementiam conuerti*. Hæc

A omnia libuit tranſcribere, in quibus luculenter Galenus docet pulſum, & magnum, & vehementem reddi ob aliquas cauſas, inter quas iram numerat, etiam in ijs, qui *extreme ſunt exoluti* non quod illis præſtetur robur, ridiculum enim eſſet dicere ſenes, & exolutos per excandeſcentiam, aut per corporis labores robur aquirere, ſed eſt naturæ quidam conatus, qui ſubito maiori cum diſpendio concidit. Excitat quidem ira innatum ignem, & roborat, vt aliàs à Galeno eſt dictum; ſed ira mediocris: hoc tamen non tollit quominus magna, & repentina poſſit

B occidere. & hæc ex multis, quæ de animi motione dici poterant, ſint ſatis.

Motus corporis etiam ignem incendit, nō hic agitanda controuerſia eſt, *verum motus ſit cauſa caloris* ſed eam philoſophis per otium, quo fortaſſis abundant, ventilandam relinquo. Sufficiant ad id probandum tria exempla a Galeno propoſita, *exercitium; lapidū, aut lignorum mutuus attritus; flamma ventilata*. Exercitatio, quemadmodū moderata ignem vitalem ex ſuſcitat, & liberat a cineribus; ita immoderata plus nimio auget, & adurentem prorſus reddit. Hinc eſt quod

C homines habitu graciles, colore nigelli, parcius, aut nihil ſunt exercendi, quod alibi ex Galeno, demonſtrabo.

De attritu ſolidorum magna eſt diſceptatio inter Scaligerum, & Cardanum, quomodo per eum ignis accendatur. Cardanus exiſtimat, ex attritione lapidis ad tenuiſtimas partes illius ſubſtantia redacta, ignem generari, eſſeque huius materiam, vel illius ad hoc aptiorē. Scaliger pro Alexandro Aphrodiſæo inſurgit, atque aerem, qui in lapide continetur attritu repentino in ignem verti contendit. Vtrinque rationibus pugnatur,

D verum litigent illi vſque ad nauſeam, non tamen negabunt, illam ſubſtantiā, quæ ignitur, ſiue aer ſit, ſiue particula lapidis, chalybis ve, motu incendi, & vt, verum fateat, vtrumque videtur eſſe: nam aer motu ignitur, ſubſtantia etiam attenuata eodem iure in ignem verti poteſt: aer enim quid aliud eſt quam ſubſtantia tenuis? præterea cum videamus ex duobus lauri lignis manifeſtius ignem accendi, quam ex alijs, non poſſum ſubſtantiæ, quæ atteritur, aliquam mutandi ſe in ignem potentiam denegare. Nec mihi diſplicet, licet diſpliceat ſcaligero, rem, quæ ignitur, diſponi per motum, ſed in ignē

con-

conuerti a cœlo datore formarũ, quod Auerrois optime probat in paraphraſi ſuper metaphyſic. tract. 2.

Iam vero ignem accendi, ex flamma ventilata, experimento eſt compertum, id fieri exiſtimo quia flamma, hac illuc mota, nouũ aerem tangit, quem accendit. At flamma inquit quidam, non pabulo nutritur, ſed alia atque alia ſucceſſiue fit: nam præter ea quæ pabulo aluntur, nihil eſt, & ſi quid eſt ſine pabulo, cur indiget pabulo? Reſpondebo viro philoſopho, ignem ſine pabulo quidem eſſe, ſed ſine pabulo non exiſtere. Hoc coegit Cardanum dicere ignem nõ eſſe ſubſtantiam, ſed accidens: quia ſemper inhæret ſubſtantiæ; quod ſi ignis reliqua in ſuam ſubſtantiam mutare dicitur, hoc intelligit ille quaſi ſumatur ignis pro ſubſtantia ignita, quem admodum gelu ſumitur pro omni ſubſtantia concreta.

Tamen non ita Cardano concedam: ſed ignem eſſe ſubſtantiam, dum autem non eſſe ſine pabulo dicitur, tranſmutationem intelligito, qualis fit in cæterorum quorumcumq; contrariorum pugna, in igne tamen potentior, quia ignis agendi poteſtate cætera omnia, quæ in mundo ſunt præſtat.

Secundus modus quo ignis accenditur.

CAPIT. IV.

EST & alius modus quo ignis accenditur, nempe per putredinẽ, de qua multa apud Philoſophos: ea eſt mutatio totius ſubſtãciæ, propter partium diſſolutionem, non amplius in ſuo toto coeuntium, facta ab igne præter naturaliter introducto: exemplum affert Gal. de columbino ſtercore in cuius rei confirmationem legenda eſt apud eumdem 3. de temper. c. 2. hiſtoria de domo in Myſia Aſiæ parte, quæ propter Stercus Columbinum, putrefactum, vaporemque edens, & tangentibus calidum, tota conflagrauit. verum non ſolum columbinum, ſed omne aliud ſtercus, ſi manu diutius tangatur exurit. nec de ſtercore ſolum hoc dicam, ſed de qualibet alia ſubſtantia, etiam inter frigidiſſimas repoſita, accipe laſtucarum aceruum,

A & relinque donec putreſcant, inuenies lactucas ambuſtas.

Quid & quotuplex ſit putredo, quid Ariſtoteles 4. met. de ea ſenſerit, variæ extant opiniones, & non pauca certamina ſeu potius rixæ: præcipue inter Thomam Eraſtum, & Arcangelum Mercenarium, quam flammam iam vt cunque ſopitam, excitauit poſtea Marcus Oddus. hanc litem ſi quis vellet componere in impoſſibili laboraret. Sed quorſum? teneat vnuſquiſque ſuo modo, & quæ ſibi probabiliora videntur in medio afferat, lectoris ſunt partes, quod magis pla-

B ceat, eligere.

Res omnes naturales propriæ conſeruationi, quoad poſſunt, ſtudent, habent tamen in ſe, (quando aliter fieri nequit), principium aliquod corruptionis; cum enim ex diuerſarum naturarum particulis conſtent, aliqua inter eas datur oppoſitio, & pugna, hinc & corruptio: quædam tamen ſunt ita perfectè coagmentata, vt parum pugnantiæ intra ſe contineãt, ac proinde fere incorruptioni accedant: alia contrario modo ſe habent, & proinde facilè diſſoluuntur. Hinc eſt quod communiter humida corpora corruptioni

C obnoxia eſſe dicuntur: quia ea quæ aquea ſunt molliora ſunt, ac proinde non ſatis compactam ſubſtantiam obtinent, debent ſimul eſſe calida, vt facile putreſcant, quia calor ſiue ignis ſemper eſt vincens, & propterea finem pugnæ imponit, qui finis nunquam adeſt niſi per corruptionem omnimodam.

Mea quidem ſententia, ignis quamuis vnus tantum ſit, dupliciter in corporibus operatur: aut vt naturalis, ſi moderatus eſt, aut vt extraneus, ſi immoderatus, hic igitur cum omnia agentia ſuperet, ſi corpori accedit, vim ſuam præſtat partibus diſſolutio-

D ni paratis, atque ita fit aliarum ab alijs diſſolutio, qua propter nihil aliud exiſtimauerim eſſe putredinem, quam diſſolutionem particularum factam ab igne extraneo.

Caue tamen ne dicas plures eſſe putredines, ſed plures putredinis gradus; neq; Ariſtotelem aliud exiſtimare credendum eſt: quã vis enim videatur duas admittere corruptiones, naturalem vnam, alteram præter naturam, vtraque vna & eadem eſt. Naturalis eſt cum mixtum in ſua primordia reſoluitur, præternaturalis eſt cum corrumpitur calore extraneo calor naturalis in re quæ putreſcit, ita vt, per hanc putredinem, quid-

quid corrumpitur, non deſinit eſſe mixtum. Itaque hæc ſecunda, via eſt ad priorem, niſi id quod corrumpitur violenter corrumpatur, vt in combuſtis accidit: in quibus non expectata putredine, in qua calor innatus ab extraneo corripitur, ſubito accedit totius mixti reſolutio.

Si verò res ad ſuum interitum, hoc eſt ad ſuam vltimam putredinem accedat, ſemper precedet altera e.g. ariditas, & Senectus ſunt putredines; ariditas enim in alijs rebus eſt tãquam ſenectus in animalibus, & tam hæc quam illa eſt corporis conſumptio, & balſami defectus: vbi igitur balſamus deficit putredo dicitur. Sed numquid ab igne extraneo? maxime, nam hæc conſumptio ab igne eſt, non a naturali, ſiquidem is potius viuificat, & balſamum adauget, igitur ab extraneo: vnde Gal. 1. aph. 14 de corpore iam ætate prouecto ait *tunc licet valde vehementer calidum exiſtat, ſubſtantiam tamen innati caloris pauciſsimam habet*, igitur ariditas & ſimilia putredines ſunt, & ſimul ſunt gradus ad vlteriorem putredinem, quæ eſt interitus, & opponitur ſimplici generationi. hæc autem quæ pluribus verbis in gratiam iuuentutis explicui his pauciſſimis Ariſtoteles comprehendit. *Simplici ortui contrarium maxime commune eſt putredo: nam omnis naturalis corruptio, ad ipſam via eſt, cuiuſmodi ſenectus, & ariditas ſunt. Caries enim finis eſt omnium, qua natura conſtant, niſi quicpiam vi corrumpatur. Siquidem licet carnem, & os deurere, & quodcunque eorum quibus finis naturalis interitus eſt putredo.* Sic Ariſtoteles. Sed nunquid omnium interitus eſt illa vltima putredo? minime: nam ante quam illa adueniat, cum acceditur ad gradum illum putredinis, quem forma naturalis ſiue anima ſubſtinere nequit, neceſſario corpus deſerit, & interitus accidit.

Ideo cadauer, quoniam non dum ad putredinem fætidam peruentum erat, per dies aliquot plures, aut pauciores, pro maiore aut minore diſpoſitione, quam in ſe habet, durat abſque fætore. Hinc eſt quod corpora occiſorum non fætent per plures dies; cadauera autem eorum, quos morbus interimit, iuxta morbi naturam citius, aut tardius fætorem admittunt omnia tamen magis pręſto, quam illa alia.

Contra hęc poſſet aliquis opponere: ſignũ A febris peſtilẽtis eſſe fętidam reſpirationem; imo contingit aliquando, & ego bis vidi: ſemel Olyſſipone, in Domino Ioanni de Souſa; iterum Florentię in quodam iuuene nobiliſsimo illuſtri familia *de Pitti*, Sanguinẽ ſecta vena fluentem totum cubiculum infeciſſe. Horum neuter euaſit: Sed ſi viuente animali, & reſpiratio & Sanguis grauiolentiam habent, cur a nobis dictum eſt animam non poſſe in corpore expectare donec accedatur ad fetidam corruptionem: Valleſius reſpondet fætorem eſſe in excrementis, verũ quamuis in Sanguine poſſint partes excre- B mentitię reperiri, & in reſpiratione exeant fuligines; tamen cum hęc nunquam graueoleant niſi rariſſime rarum aliquid protendere exiſtimem, tantam eſſe naturę in pugna cum horribili hoſte perturbationem, & vt ita dicam, inſaniã vt prepoſtere omnia agat.

Profecto cum corpus bene habet, tunc inutiles & impurę alimenti partes optime a puris ſeparatæ ad ſua loca ſecedunt, & præualens fætor, quem ſulphuris fęces emittũt, facit vt tum vrina, tum alui deiectiones fęteant. Quod ſi fętore priuentur ſignum eſt peſſimum: ideo Hippocrates 2. prog. 17. ex- C cretiones non admodum fęterites laudat, hoc eſt quę nec ſint nimium graueolentes, ob rationem quam inferius aſſignabo, nec rurſus ſint omnino fætoris expertes, quia quicquid erat fætidum manſit adhuc retentum a ſuo ſimili quod pręualet in corpore. ſic etiam vrinę in peſtilentibus ſimiles ſunt vrinis Sanorum; ideo Auic. 1. 4. tract. 4. c. 2. *& non alteratur pulſus & aqua magna alteratione, & cum hoc ipſa eſt interficiens velociter, & haſitant Medici in eſſe eius*. de pulſu cur non alteretur dixit Galenus, & nos aliquid infra addemus: de vrina, quę non D immutatur cauſa eſt, quia in hac febre non agit natura actione quę ſeparet aliquid ex materia, peſſimum igitur eſt ſignum excrementa non fętere, & multo magis ſi quod aliturum eſt nempe ſanguis, & Spiritus fęteant: nam tunc ſignificantur duo, & ſequeſtrationis priuatio, & impuri, quod remanſit abundantia, ſi enim quod remanet non nimis exuperat regulatur a potiore, ac ita non ſe prodit, ſin minus ſuo ſe fętore manifeſtat.

Contingit etiam aliquando tantam eſſe materię abbundantiam, vt & pars per excrementa ſecedat: adeo vt ſignum prauum ſit

fętoris

fætoris argumentum, & relinquatur etiam adeo magna portio, quæ fætorem reſpirationi & Sanguini poſſit mutuare ſic. 4. Aph. 70. *quibus vrina perturbata quales ſunt iumentorum, ijs dolor capitis vel adeſt vel aderit.* tales vrinas bitumioti, pici, & reſinæ ſolutis Galenus comparat, & ſignificare ait dolorē capitis, propter magnam agitationem caloris a qua tales redduntur: mihi aliter videtur huius Aphoriſmi Sententia accipienda; & conſideru illud additum, *quales ſunt iumentorum*, ex quo duo colligo: perturbationem talium vrinarum non ſubſidere, licet reponantur, quemadmodum iumentorum vrinæ non ſubſident: alterum magno fætore tales vrinas eſſe præditas, & iure optimo iumentorum vrinis hac præcipue ratione comparari. Intelligo autem pro dolore capitis omnem capitis laborem, nam & hæc Hippocrati cōſueta phraſis eſt ſic πόνω id eſt laboris nomine ſignificatur dolor. 4. Aph. 32. & 2. de victu acut. 47. igitur multam ſulphurei bituminoſique diſſoluti, vel ipſo Gal. teſte, per vrinas eiectum, tale quidpiam in corpore redundare ſignificat. Hoc autem ſi in corpore ſuperabundet, tetros halitus & incendi faciles, ad caput tranſmittet, vnde phrenitides, lethargi, comata, & ſimiles in capite affectus oriuntur.

Ad putredinem redeo cuius multi ſunt gradus; primus eſt cum particulæ ab externo igne incipiunt diſſolui, ita vt ſola efficiatur membri, aut membrorum laxitas, ac proinde imbecillitas, ſiquidem in aſtrictione robur conſiſtit. interrogabis fortaſſe; cur Senes, qui in hac priore putredine conſtituti dicuntur, durioris ſunt carnis, cum tamen hæc putredo in laxitate conſiſtat? Reſpondeo non eſſe durioris carnis, ſed admodum laxæ, vnde eis imbecillitas accidit maxima, eſſe tamen durioris licet laxioris cutis, ob callum contractum. cæterum caro balſami expers, a quo partes vniuntur nimis eſt diſiuncta, & laxa, hinc comuniter dicuntur ſicci temperamento, humidi excrementi; commodius dici poſſunt ſicci ob paucitatem balſami, molliores ob rarefactionem partium, quę rarefactio ſiue laxitas impotentia membra reddit ad labores; & hinc eueniant laſſitudines Spontaneæ, aut non ſpontaneæ, poſteriores quę ſcilicet non ſponte veniunt, ſed a cauſa procatartica, minus malum ſignificāt, in morem febrium ephemerarum; atque ita

A velut ſiquis dolium agitauit vinum perturbatur, quod quiete reducitur ad priſtinum ſtatum, ſi abſque externa occaſione perturbationem ſubit, ſignificat principium corruptionis; ſic etiam laſſitudo facta ex cauſa, quiete emendatur; ſi non aduenit ex cauſa, hanc Hippocrates ſpontaneam & 2. Aph. 5. morbum pręnuntiare dixit, quoniam videlicet iam ſecum affert aliquid corruptionis primordium. Si partium diſſolutio pergit, corruptio augetur & tunc diſſolutę partes in fuliginem conuerſę, cor petunt febrem accēdunt. In hac febre (antequam ad alium gra-

B dum putredinis tranſeamus) conſiderare oportet, quamuis doctores conſiderent maiorem minoremue putredinem, ita vt dicant malignam fieri ab excellente putredine, non ita eſſe verum, tam febris non maligna, quā maligna, quam etiam peſtilens (quę extra peſtilentem conſtitutionem dari poteſt) eūdem gradum putredinis habent; imo verò aliquando & maligna, & peſtilens multo minorem putredinem habent, quam eę quę non ſunt malignę, habent enim pauciora putredinis ſigna: differentia igitur eſt non in putredinis gradu, ſed in putreſcente ma-

C teria, Ita vt diſſolutio particularum, quam putredinem eſſe dicimus, ſi fiat in corpore in quo pręualeant partes non admodum venenoſę febris etiam non admodum veneni naturam ſapiet, quod oſtendit abſentia ſymptomarum. ſin autem putredo ſit & diſſolutio particularum venenatę naturę participantium, tunc malignitatem febris induit. Sin vlterius in pernicioſę naturę dominium procedatur ita, vt nimis venenata exuperent corpuſcula peſtilens eſt. Huius rei in externis experimentum habemus. ſiquis circa ignem ſulphur, bitumina, & reliqua gra-

D ueolentia, non tamen pernicioſa operetur, perturbationem ſētiet non magnam nec admodum periculoſam; ſi aliquid eorum quę veneni naturam ſapiunt, vt Antimonium, Scamoneum, & reliqua, magna cum aduertentia id efficiat, nam fumi in corpore recepti malignam ſuam naturam produnt. Si arſenicum, Opium & reliqua huius cenſus ni ſibi maximam curam habeat in vitę diſcrimen adducetur.

Hic iam poſt obitū accidit, quare eius conſideratio non ad medicum, ſed ad philoſophū ſpectat vt, ſcilicet ſpeculetur quomodo ex corruptione vnius fiat alterius generatio.

Tan-

Tandem poſterior gradus putredinis, eſt qui ſimplici generationi opponitur, & vocari poterit merito incineratio. Hos omnes gradus palam faciũt medicamenta ignis varios gradus poſſidentia. quæ ſic pro exemplo habeto. In primis, mataſyncritica quædã meatus aperiẽtia, qualia ſunt phænigmi, dropaces, pſilotra, ſmegmata partẽ non amplius adurunt, quam quod ſufficiat ruborem inducere: deinde accedunt veſicantia, quæ vlterius partes diſſoluunt, & ſubſtantiam tenuem exire permittunt, & hæc adhuc vix putrefacientium nomen merentur; accidunt vlterius ea, quæ ſeptica appellantur hoc eſt putrefacientia, quæ tamen inter ſe maioris minoriſque ratione diſſident, & hinc addiſcas in hac putredine latitudinem quamdam eſſe. Tandem dantur medicamenta cauſtica, ſeu deurentia quibus accõmodo vltimam putredinẽ. qua mixtum in ſua componentia reſoluitur. Sic Gal. 5. de ſimpl. medic. facul. c. 15. toto capite docet cauſtica medicamenta, quę excarotica appellantur, corpus ſenſibiliter colliquare, Septica vero & ipſa colliquant non tamẽ adeo vehementer. Itaque ex his gradibus medicamentorum piroticorum putredinis gradus contemplari licet, ita vt iam videamur demonſtraſſe non plures eſſe putredines, ſed vnam diuerſos gradus ſubeuntem.

Quamuis ab externo igne fieri putredinem cum Galeno & Ariſtotele affirmem, non tamen adhuc habemus id quod querimus nempe cur putredo febrem excitet? Galenus non aliter id probat, quam exemplo, quia ex putredine fiunt eryſipelata, carbunes, phlegmonas, & phygethla, quæ febres excitare ſolent. Veruntamen exemplo ratio ſi poſſimus addenda eſt. Ignis in materia putreſcente fumum & fuligines excitat, fumus autem fuligineſque, ignes quoſdam eſſe non conſpicuos ſuperius diximus, hi per internos meatus ad cor tendunt, vbi non poſſunt non ſubſtantiam aliquam incendere, adeo vt cor exęſtuans, cogatur Suppetias ab aere externo petere, & eidem aeri fuligines ab igne excitatas magno cum impetu remittere; hinc eſt quod crebeſcunt velocioreſq; & maiores reddũtur arteriarum motus maiori quidem contractione, quam dilatatione in principio, & augmento dum materia adhuc plurimum fumat, poſtea ceſſante fuliginum copia par eſt contractio dilatationi.

Tertius modus, quo Ignis accenditur.

CAP. V.

PRAETER duos prædictos modos quibus ignis accenditur tertius eſt alterius ignis vicinia. Mercurialis problema optimum ſe excitaſſe putat, & ſoluiſſe, cur fiat, vt qui nimium manent ſub Sole febribus facile capiantur, qui autem ad ignem manent non capiantur. Reſpondet quia, vt vitio rerum calidarum gignatur febris in corporibus noſtris oportet (ſicut ait Gal. 1. diff. feb c. 1. vt caliditas communicetur cordi, comunicatur autem cordi per medium aerem a cauſis externis, vnde qui viuunt ſub Sole, & aere calido hoc habent, vt aer calidus facile penetret in cor. hinc fit, vt a febribus teneantur. Qui operantur prope ignẽ, & qui conuerſantur cum febrientibus, licet ſecundum ſuperficiem calorem aliquem nãciſcantur, non eſt tamen in ipſis aer, qui attrahitur adeo calidus, vt attractus in cor poſſit illud incendere, & conſequenter febrem facere.

Hoc problema Galeno aduerſatur, ſolutio eius aduerſatur rationi. Quod problema aduerſetur Galeno ex Galeno poteris intelligere illius verba 1. de diff. febr. ſunt hæc *omne quidem cauſa genus fieri conſtat, ex rei calefacientis adhaſu, ſiue ſol, ſiue ignis, ſiue medicamen fuerit*, Idem in lib. de morb. cauſ. ſic ait *Nec eſt quiſpiam, qui ambigat, quin calidorum corporum vicinia alia concaleſcant, ſi modo ad memoriam reuocet, & balneas, & ſolem æſtiuum, & omnem flammam*. Iam igitur patere exiſtimo apud Galenum, tam ex ignis, quam ex Solis vicinia poſſe corpus febrire, quo magis mirandum ſit talę problema Mercuriali in mentem veniſſe.

Reſponſio quam ad problema excogitauit, falſa etiam eſt, quia non minus calidum reſpirant aerem, illi qui in hypocauſtis detinentur, quam qui ad Solem verſantur. differentia eſt in eo, quod qui fornaces, & hypocauſta tractant, poſſunt inde diſcedere cum ſibi neceſſe eſſe vident, & in frigido aere recreari, qui verò Solem in æſtate patiuntur, præcipue meſſores, non habent quo frigi-

dum, reſpirandi gratia, ſecedant; Accedit
potentior ratio, quia Sol putridos e terra ele-
uat vapores, hipocauſta, & fornaces non ha-
bent vnde illos eleuare poſſint; quod ſi vtro-
bique detur eadem ratio, profecto quod at-
tinet ad reſpirationem, per eam tam calidus
cordi communicabitur aer in fornace, quam
ſub ſole.

Aliud problema longe vtilius excitari po-
teſt; quam ob cauſam ſi calidarum rerum
vicinia febrem accendit, ij, qui in eodem le-
cto cum fibricitantibus dormiunt, niſi febris
ſit ex genere earum, quæ per contagium in-
ficiunt, non accenditur, in vicino? Nam nul-
la febris ratione euaporantis ignis magis vi-
cino communicãda videtur quam Ephimera,
in qua plurimum alituum exhalat, & tamẽ
ex Ephimera non peſtilente contagium non
datur.

Reſpondeo ex vicinia omnis ignis ignem
accendi, ſi ſit in diſtantia proportionata, atq;
ita ſi quis cum febriente ex febre non conta-
gioſa in eodem lecto cubuerit ignem quidẽ
ſentiet, quis enim eſt qui cum calido cubans
non incaleſcat? tamen illa incaleſcentia non
dum febris dicitur. Cauſa huius rei eſt quia
effluxus, e corpore ægrotantis morbo non
contagioſo reſiſtentia paſſi ſuperantur; tres
autem gradus in effluxibus cõſiderare licet,
primus maxime contagioſus; qualis eſt pe-
ſtilens, & hic abſque apparatu morboſo ap-
prehendit. Secũdus minus contagioſus, qua-
lis extra conſtitutionem peſtilentem ſunt fe-
bres malignæ, & hic requirit apparatũ mor-
boſum a quo vigoratur, & ſuperat naturam:
Tertius eſt non contagioſus, qui licet inue-
niat morboſum apparatum, non tamen ab
eo extolli poteſt vt contagium efficiat, atq;
ita tibi manet ſatisfactum cum licet ignis ac-
cendatur a vicino igne, non tamen ſit talis,
qui effectum gignat permanentem, nempe
quia facile eius vis retũditur. cęterũ cur mor-
bi aliqui ſint contagioſi alij minime præſtat
hoc loco inquirere.

In re manifeſtiſſima cæcutire mihi viden-
tur ij, qui antiquos contagij cognitionem ha-
buiſſe negant. Res enim vulgo etiam notiſ-
ſima quomodo ſapientibus latere potuiſſet?
Numquid quia eo ſeculo morbi contagioſi
non adhuc fuerant? at iſtud falſum eſſe de-
præhendet, qui Thucididis legat hiſtoriam,
vbi inueniet medicos in ea peſte mortu-
os fuiſſe ex contagio, nempe quia præci-

A pue ægros adibant, & Lucretium, qui diſer-
tiſſime deſcribens lib. 6. peſtem, quæ Athe-
nis contigit ſic ait.

Quippe etenim multo ceſſabant funere
apiſci
Ex alijs alios auidi contagia morbi
Idque vel in primis cumulabat funere fu-
mus.

Sed neque Galenus contagium ignorauit,
non quia metu peſtis e Roma aufugit: (fi-
culnea eſt hęc ratio quam affert Fabius Pau-
linus Vtinenſis, potuit namque effugere non
contagiũ, ſed, hominũ conſtitutionem peſti-
B lentẽ Romæ graſſantẽ) verum quoniã cõta-
gionis manifeſte meminit lib. 1. dif. feb. c. 2.
cuius verba libet hic tranſcribere. *Et qui-*
dem etiam quod aeris peſtilentis ſtatus fe-
brem afferre conſuenit nemo ſana mentis du-
bitauit ſicuti, & quod peſtilenti morbo labo-
rantium conuerſatio periculoſa, ne inde con-
tagium contrahatur, quemadmodum ex ſca-
bie, & lippitudine. Et etiam eorum, qui tabe
correpti ſunt, conſuetudo nequaquam ſecura,
atque omnino eorum, qui putridum expirant,
adeo vt domus, quas habitant fætidum exha-
lent odorem; Numquid clarius de contagio
C potuit agere? Hippocrates in libello de fla-
tibus *quando aer inquit, inquinamentis ple-*
nus eſt, quibus humana natura offenditur,
homines ægrotant; quando verò alteri cuipiã
animantium generi aer inconueniens eſt,
tum morbus illud genus corripit. Hæc co-
inquinamenta, & ex putredine terræ, & ex
Aſtrorum influxibus eſſe poſſunt; Sed non
minus etiam propter putridas e corporibus
affectis exhalationes euenire poſſe non de-
buit Hippocrati eſſe ignotum. Ariſtoteli cõ-
tagium notum fuiſſe patet ſiquidem ſec. 1.
probans quæ ſit. *Quamobrem peſtis ſola ex*
D *omnibus morbis eos afficiat maxime, qui ad*
laborantes prope acceſſerint. quod problema
verum ab aliquibus recte intelligatur inqui-
rere non eſt huius loci; ſufficit apud philo-
ſophum contagij mentionem fuiſſe factam,
quam etiam fecit, ſec. 7. prob. 4. quærens. *cur*
a morbis quibuſdam ægrotant, qui appropin-
quauerint, a ſanitate autem nemo ſanatur?

Aduertat tamen obiter dictum eſſe ab
Hippocrate corripi ab inquinamentis mor-
boſis ea Animalia, quæ cum eis conuenien-
tiam habent, & non alia, quaſi hoc ita, vt
plurimum, contingat, licet in valde ſurenti-
bus peſtilentijs venenum atrox omni ani-

malium

malium generi ſit noxium, & mihi videre contingit in domo in qua peſtis graſſabatur gallinas perijſſe tumoribus ſub alis infectas, & in peſtilentia, quæ accidit Olyſipone anno 1569. quæ vulgo magna dicitur ob ingentem aeris corruptionem viſæ fuerunt volucres ex aere mortuas cum tumoribus ſub alis cecidiſſe, verum quidem eſt, Feles, Mures, & Canes, ex vna in aliam domum contagium ferre ipſis tamen illæſis, ſed hoc etiã hominibus contigiſſe aliquando adnotaui; quid plura; ſi peſtis eſt ingens carnes aeri expoſitæ corrumpuntur, quod argumentum ſane manifeſtum eſt poſſe venenoſum contagium ad diuerſa animalium genera extendi.

Cur autem, ſi Antiqui contagium norunt, aut pauca, aut nulla de eo ſcripta reliquerunt? an quia ſufficit ſcire contagioſos aliquos eſſe morbos, quos vulgus non ignorat, & caſus manifeſtat, ad hoc vt remediũ vnuſquiſque ex ſe ipſo addiſcat: remedium namque contagij fuga eſt, ad quam præcipue in peſte nos exhortatur Marſilius Ficinus in ſuo antidoto, c. 25. legittime inculcans prouerbium illud *fuge cito procul, ac tarde reuertaris*, An forſan Galenus de cõtagio ſcripſit in lib. in Thucididis peſtem, qui non extat. Attamen quicquid de contagijs natura, & cauſis deſiderabatur habuimus ſuperioribus annis à Doctiſſimo pariter, & ingenioſiſſimo Medico, Poeta, Mathematico, & Philoſopho Hyeronimo fracaſtorio veronenſe, a quo alij poſtea acceperunt, quare ne in ea, quæ ab alijs recte ſunt tradita, quæque perfectius ſcribi nequeunt manum mittam, ab hoc labore ſuperſedeo: præcipue cum præſenti negotio tantum interſit ſcire, cur aliqui ex morbis ſint contagioſi alij vero licet aliquando grauiores, nullo contagio afficiant? a quo breuiter me expediam.

Oddo de Oddis lib. de peſte. c. 8. & Horatius Augenius lib. 10. de febribus cauſam referunt ad maiorem minoremue putredinem, qui tamen non poſſent rationem reddere cur morbi ſalubres, & non magni quibus minor putredo ſubit ſint contagioſi, alij vero longe grauiores nihil habent contagij: dico igitur contagionis ſemina ab omni putredine effundi: nam ſine putredine quomodo dabitur contagium? cum ſpiratio putrida ſit, quæ illud efficit, hæc ſpiratio vapor quidam eſt, nempe corpuſcula quædam e re

A putrida exeuntia; ſic enim placet cum Fracaſtorio intelligere, ne ad qualitates occultas confugiam: præcipue cum Galenus non aduerteretur, quid id quod aſcendebat a crure adoleſcentis epileptici, ſiue qualitas, ſiue ſubſtãtia ſit non curat, imo vtrumq; admittit, melius Pelops Galeni præceptor ſubſtantiam eſſe conſtanter voluit. Subſtantia cum ſit, non eſt vnum corpus, quis enim dixerit rem adeo diſſipabilem ſeu potius diſſipatam vnitate gaudere, ſunt igitur multa corpuſcula, quæ ex putreſcente materia exhalant.

Hæc opotet vt lentorem quendã habe-
B ant, ita vt tribus conditionibus ſint prædita, ſubtilitate, vt aduolent & penetrent, lentore vt adhæreant, putredine vt adurãt putrefaciãtque. Omnis igitur putredo exhalat, ſed nõ omnis exhalat lenta eodem gradu, quædam enim magis, quædam minus, alia nihil lentoris participant. atque hæc eſt vna ex cauſis, quare quædam eſt affectio magis contagioſa, quam alia, & quædam nihil contagioſa. Hinc catarrhos pthyſeſque contagione inficiunt, imo in pthyſi (de ea loquor, quæ fit cum vlcere pulmonum, non de alia, quæ cõſumptio dumtaxat eſt) fomes relinquitur
C per longum tempus, vtpote qui difficile extinguitur. Sed cur pleuritis, in qua etiam viſcoſa ſatis materia ſpuitur, ex ſe contagioſa non eſt? An quia in pleuritide adhuc cruda quicquid ſpuitur aquoſum eſt, nec lentoris particeps, cum autem coctionem accipit edo matur velut optimum pus e phlegmone exiens, & putredinis ſignaturam ammittit.

Altera cauſa cur aliqui morbi ſint contagioſi eſt magnitudo affectus, non in periculo, non in loci dignitate, ſi quidem his duobus modis etiã morbus poteſt dici magnus, ſed in circumſcriptione: Hinc eſt quod licet
D cancer, & elephantiaſis vnus, & idẽ ſit morbus, vt ait Paulus AEgineta lib. 4. c. 1. tamen cancer non inter contagioſos morbos numeratur, elephantiaſis verò adeo, vt magiſtratu prohibeantur elephantiaci in ciuitatibus habitare. Nec cardanus audiendus eſt, qui icirco non recipit Pauli Sententiam, quia cũ cancer non ſit contagioſus, elephantiaſis autem maxime, non poteſt vterque vnus & idẽ eſſe morbus: debuerat conſiderare maximã, quæ inter vtrumque, in magnitudine differentia ineſt. Dices fortaſſis carbunculum ſiue anthracem eſſe contagioſum, & eſſe ex eademmet materia, & tamen exiguum eſſe,

imo multo minorem cancro: Verum memi-
neris carbunculum non eſſe, qui contagium
infert; ſed febris, vnde carbunculi extra pe-
ſtem ſine contagio accidunt;

Tertia cauſa, quæ contagioſum facit eſſe
morbum, eſt conſtitutio aeris a corporibus
ſupernis io ſubſtantia alterati; Videbis mul-
toties dyſenterias, pleuritides. & alia huiuſ-
modi mala, cum diſperſi morbi ſunt, nullo
contagio inficere, cum verò ſunt epidemici
in aliqua conſtitutione inſalubri, ſecum con-
tagium afferre; Atque ex his potes addiſce-
re cur non ſolum diuerſi morbi ſint, quorum
hic contagioſus eſt, ille minime, Sed etiam
cur hæc diuerſitas in eodem morbo, diuerſis
tamen temporibus reperiatur.

Quartus, & Quintus modus quo ignis accenditur.

CAPIT. VI.

VLTIMI duo modi, quibus
ignis accenditur hoc habēt
peculiare, vt non (ſicuti reli-
qui tres priores) ignem de-
nuo accendant, ſed iam ac-
cenſum augeant: Quartus
itaque modus [illegible] eſt adiapneſtia ideſt
coſtipatio, hoc eſt reclusio, & impedita trā-
ſpiratio, non niſi io animalis corpore incen-
dium excitat, quia eius magis proprium, vti
dixi, eſt, ignem iam conceptum augere quā
denuo generare, dictum eſt putredinem ignē
efficere, & ab igne externo fieri, conſtipatio
eſt cauſa ſaltem ſine qua non putredo fit,
quapropter conſtipatio externum ignem ef-
ficit, oon quidem de nouo, hoc eſt in materia
non ignita, ſed in ea quæ prius ignem habe-
bat. Vnde ex viuifico efficitur mortiferus,
& ſententia illa Hippocratis citata a Galeno
in libello de maraſmo. *calor, qui nos genuit
nos perimit*. duplice nomine vera eſt, tum
quia ignis vitalis continuo balſamum, quo
alitur conſumendo, animal ad ſenectutem,
ac tamdem ad interitum perducit; tum etiam
quoniam idem ignis, qui moderatus in ge-
neratione vim maximam, & principatum
obtinet, immoderatus nos occidit.

Quintus & vltimus modus, quo ignem
accendi contingit, eſt propter appoſitionem
materiæ: Hic etiam modus quia præſuponit
A ignem iam prius exiſtentem, qui in ſubiecta
materia augetur, ſolis animalibus conuenit;
quæ nam ſit materia ignis, Galenus vulgato
ſane modo explicat ſic inquiens. *calami ari-
di facile flammam ſuſcipiunt, ligna verò vi-
ridia præſertim ſi plura illis inieceris, aliquā-
do quidem flammam, tum grauant, tum ſuf-
focant, demum verò augent*. Non tamen hoc
eſt quod quærimus, ſiquidem a plebeo ho-
mine idem addiſcere poſſumus, ſed quid in
ligno viridi eſt quod flammam ſuffocat, quid
deinde quod auget.

Iuge pabulum in humido conſiſtit, ſin
B minus cur cineres non ardebunt reliqua cū
ardeant? humidum duplex eſt, aqueum vnū,
qui ignem extinguit, pingue aliud in quo
ignis depaſcitur, ligna viridia vtriuſq; par-
ticipant, aqueus vel vincit ignem, vel vinci-
tur ab igne, ſi vincit extinguitur, ſi vinci-
tur euaneſcit in auras, & relinquit oleoſum
liberum, in quo ignis debachatur, ſiquidem
oleoſum non ita facile euaneſcit: idcirco in
principio conſiſtit omnis difficultas incen-
dendi ignem, conſiſtit & periculum ne ſcili-
cet extinguatur, poſtea verò iam nullum ad-
eſt impedimentum, ſed potius adeſt fomen-
C tum.

Tria remanent dubia; primum cur paleæ,
& aridi calami ſicci cum ſint, ignem prom-
pte ſuſcipiant, & cito extinguantur? alterum
cur aqueum humidum extinguat ignem,
pingue augeat? tertium cur oleoſum tardius
euaneſcat? Ad primum facilis eſt reſponſio,
paleę vix habent humidum aqueum quod
impediat, idcirco facile accenduntur, vix
habent humidum pingue, quod pabulum
præſtet igni, ideo facile extinguitur.

Ad alterum dico: ignem ſi includatur, vt
diſſlari nequeat, momento extingui, a ſuper
D impoſita itaque aqua melius quam a re qua-
piam impeditur, atq; ita cohibita reſpiratio-
ne ſuffocatus perit: ſignum huius rei eſt,
quod aſperſa guttatim aqua non extinguit,
ſed excitat, nempe quia partes, quæ liberæ
ab aqua manent excitantur, vt alijs auxiliū
præſtent ne pereant; ſunt qui dicunt extin-
gui ab aqua multa quia talis licet nutrimen-
tum ignis ſit, eſt tamen nutrimentum im-
proportionatum, ſed non videtur vera hæc
ratio, quia ſi tantum aquæ pondus, quantum
lignorum igni adhibeatur, ignis ex aqua ex-
tinguetur, & lignis augebitur. Ad tertium in
pingui datur id quod aereum vocas, & ignis
eſt

eſt pabulum, datur & fæculentum multum, & ignem remoratur, quod fæculentum nimis detur cognoſces ſi vaſa in quibus oleum fuit aceruatum, inſpicias, videbis enim magnam partem, in amurcam diſceſſiſſe.

Vnus tantum eſt ignis non multiplex.

CAPIT. VII.

AD vniuerſi immitationem in Microcoſmo, omnia ab igne diſponi ſcriptum eſt ab Hippocrate lib. 1 de diæta cum vero ignis omnia etiam deſtruat, non capiunt communiter authores, quomodo duo iſti contrarij effectus ab vna & eadem cauſa poſſint prouenire, ac propterea duplicitatem ignis ſunt imaginati, vt eum Galenus vocat febrem calorem naturalem conuerſum in igneum, conuerſionem vnius in alterum ſpecie diuerſum nos doceat.

Quicquid de calore autores communiter dicunt de igne dictum a me accipito, a qua ſententia Plato non diſcedit, qui in Timeo *calorem* appellat *quaſi ignis quemdam fontem* non deeſt qui dicat Platonem non dixiſſe ignem, ſed quaſi ignem, verum non ita ſuperſtitioſe particula illa, quaſi, eſt accipienda, ſi quidem aliquando magis ad ornatum dumtaxat profertur; præterea in eodem dialogo ſine *quaſi* dixit *ex ignis exceſſu corpus ægrotare:* At dicunt illi, calor igneus a calore naturali differt, quapropter non eſt ignis nomine vterque calor ſignificandus: idque probant autoritate & ratione; Autoritates Hippocratis & Galeni quamplurimę extant quibus duplicitas caloris conſtituitur, ſed ne accumulatorem agam, vna vel altera ero contentus. primo 6. epid. ſect. 4. co. 25. *geminum in animalium corpore* (inquit Galenus) *calidum agnouit Hippocrates.* & 1. aph. 14. differentiam ex eo colligit quia. *alioquin febricitantes diceremus plurimum habere calidum innatum.*

Rationes excogitarunt propemodum infinitas ſumptas a diuerſitate affectuum: a cõtrarietate quam habent inter ſe ſiquidem inuicem corrumpuntur, a diuerſa prouidentia, quam poſtulant: quandoquidem in febribus A duplex nobis eſt intentio; vna calorem febrilem extinguere, altera genuinum roborare. nec non etiam ab abſurdis quæ ſequuntur: quoniam ſi calor vterque eſſet idem, ſemel febricitans non poſſet amplius a febre liberari; ſanitas enim a ſanitate fit. quare ſi vniuerſum corpus calor febrilis occupet nulla erit pars ſana, a qua ſanitas fiat.

Ex his & ſimilibus volumina conficiunt, quæ ſilentio præterire libet, cum ex prædictis quantum reliqua valere poſſint colligatur. diuerſi effectus non arguunt diuerſitatem calorum, arguunt ſane diuerſitatem for- B marum, a quibus illi diriguntur. ſin minus innumerabiles tibi, non duos, conſtituam calores: nam ſicut tu calorem, qui coquit cibos in ventriculo diuerſum conſtituis ab alio, qui eoſdem in olla elixat, aut in verubus aſſat, ita ego diuerſum calorem conſtituam eum, qui cibum in carnem Leonis conuertit, ab alio, qui eumdem tranſmutat in carnem Bouis: Contrarietas qua ſe inuicem calor naturalis, & præter naturalis corrumpunt, nihil conuincit: ſiquidem impropriè corrumpi dicuntur, ſed ad proportionem, aut improportionem tendere; calor igitur qui eſt C proportionatus naturalis eſt, idem improportionatus dicitur præter naturam. ſic maior lux extinguit minorem, & tamen duæ luces, numero dumtaxat, non ſpecie, differunt. Poſtulant diuerſam prouidentiam, ſed non ſunt diuerſi, quemadmodum enim vnus & idem eſt Socrates gramaticus cum ſe ipſo muſico, ſic calor viuificans ſpirituum conſortio, & mordicans aſperitate materiæ vnus & idem eſt, diuerſo tamen modo tractandus. Nec abſurdum vllum ex vnitate caloris ſequi dicendum eſt: febricitans enim, qui per omnia ęqualiter factum habeat calo- D rem reduci nequit, talis eſt ille, qui hectica laborat, qui vero partes habet magis, alias minus ignitas pugnam in ſe continet, & hinc morbus fit dolorificus atque moleſtus; partes igitur quæ nondum contraxerunt igneum calorem, vel quæ leuiter contraxerunt, adminiculantẽ habent arcanam illam naturæ vim, & doctrinam innatam, qua vnaquæque res ſe ipſam conſeruare nititur, adminiculantia præterea auxilia medica nec non, & alimenta; atque ita pars ſalubrior inſalubrem vincit.

Ne tamen in vetere & ſatis agitata diſputatione immorer relinquo quid hi ſentiant;

ſed

ſed velim mihi dicant, num ignis productus ab alio igne, & ignis à ſole productus ſint eiuſdem ſpeciei? quod ſi concedant, vt conceſſuros arbitror, non eſt iam cur amplius de hac re diſputem.

Nec vero quia ſunt aliqua viuentia quæ, ſuperentur à non viuentibus in ignis quantitate, ideo dare oportet ignem cæleſtem qui differat ab igne elementari; vt exiſtimarunt Mirandulanus, & Fernelius: nam licet ignis multum conferat ad vitam adeò, vt ſine eo ſtare nequeat, tamen non eſt ille qui vitam elargitur ſed formarum diſpenſatrix anima vniuerſi. quod vero ab Ariſtotele dictum eſt 2. de gen. anim. dari calorem proportione reſpondentem elemento ſtellarum, qui ignis non eſt, & facit vt fæcunda ſint ſemina, recte ab eo dictum puto; non quaſi calorem alium diſtinctum afferat, ſed quia (vt ipſe ſemet exponens ait) ignis nullum animal generat, hoc eſt, ignis viens nihil generat, omnia conſummit ignis vero cæleſti virtute cõtemperatus, gignendi muneri inſeruit: talis eſt qui in ſemine eſt; ſed nunquid id circo ſũt diuerſi? minime, igni accidit quod ſit aut nõ ſit celeſtium influxuum delator & particeps, ſicut non differet ſpecie magnes à magneſe, ſi vnus trahendi vim in ſe retineat, alter eam admiſerit. ignem productum temperare non potes, poteris tamen à ſole moderatum accipere, & operi faciendo accomodare vt virtutes cæleſtes in eo reperias. vis ignem qui faciat vt fæcunda ſint ſemina? licet tibi Aegiptum adire, in Cairo inuenies conſtructos furnos, alios alijs multiplice fornice impoſitos, in quorum tholi ſupremi medio, foramen eſt per quem ignis vis, quæ immodica poſſet efficere, ſubit, atque exhalat; in imo ignis accenditur temperatus. quorum multas centurias in fornicum ſuperiore planitie diſponunt. Statis diebus erumpit turba, qui illic non numero, ſed menſura venales habentur. Modiolus ſtatuitur ſine fundo qui completus ſuum habet pretium, neque hoc fabula eſt. imo neq; fabulam exiſtimat Ariſtoteles animal in igne viuere: calumnientur alij, non deeſt defenſio. Scaliger pro Ariſtotele ſatis acute inſtructus adeſt. Quod ſi tibi difficile videatur, non erit difficile ſericos vermes in ſinu fæminarũ vitam accipere.

Itaque vnus, & idem ignis, ceu inſtrumentum diuerſorum agentium diuerſas admodum actiones inducit, in primis ſi naturę
A ſuæ relinquatur, omnia conſumet ac deuorabit, ſi naturæ fræno regatur, hac illac ibit: ita vt cum forma vnius animalis coctionem faciat, & tranſmutationem huic animali conuenientem, cum forma alterius alteram. Si regatur a Cęlo imo potius ſi diteſcat à Cælo, iam tunc multarum virtutum locuplex factus multa mirabilia operabitur. Hanc diuerſitatẽ contemplatus Cardanus, eo proceſſit, vt quatuor calores conſtitueret, idque latiſſime probare contendit lib. 2. ſuarum ſubtilitatum *calor* (inquit ille) *quatuplex alius vt in principali agente, id eſt radijs ſi-*
B *derum, alius & ipſe in actu, ſed ſicco iunctus: tertius humido: quartus autem veſtigium eſt caloris.* Itaque primum calorem cæleſtem appellari ait, ſecundum igneum, tertium naturalem, quartus eſt facultas quædam calefaciendi, veluti in pipere. Attamen non magis Cardanum in hac multiplicitate calorum recipio, quã recipiam Aſtrologos, qui ad libitum Spheras cæleſtes multiplicant, ita vt à paruo numero quem conſtituebant prius, iam ad vndecimum ſit peruentũ. Liceat igitur vnicuique ſuo modo ſentire: apud me firmũ, ratumque eſt, nec expan-
C ſionem vllis ſpherarum diuiſionibus egere, nec ignem tot diſtinctionibus. & de ſpheris quidem alibi dabitur occaſio, de igne ſubiungam: tam à ſole, quam ab igne fieri aduſtibilium aduſtiones, liquanda liquari, induranda indurari, coquenda coctionem accipere, attenuanda attenuationem. Iam verò ignis noſter naturalis, ſicut & ignis externus, ſine alimento nec momento temporis conſiſtit. Vterque ſurſum, deorſumq; fertur, prout pabuli indigentia eum mouet, non autem non ſolum à pabulo, ſed etiam ab animæ motionibus: iam videor nimius eſ-
D ſe in probanda ignis vnitate.

Eſt igitur ignis viuificus & ignis febrilis vnus, & idem. viuificus tamen in materia benigna accenſus frænum ſuum ſecum habet, cum vero effręnatur ob aliquam ex quinque cauſis, ſuperiore capite aſſignatis, febrilem appellamus, & meteora ignea efficere dicã; Effręnatus itaque in eadẽ materia in qua erat prius febrẽ efficiet, quæ ſolius incendij ſapiat naturam, in alia ſymptomata excitat redolentia naturam earum rerum, in quibus accenditur. Et quemadmodum ignis ſalubrior, aut inſalubrior dicitur, pro diuerſis lignis in quibus accenditur, ſic & in noſtro corpo-

re con-

A re contingit. Si enim arſenicalem materiam
inueniat, videbis ſymptomata omnino ſi-
milia eis, quæ patiuntur, ij, qui arſenicum
hauxerunt: vigilias, ſitim, linguæ nigredi-
nem, anxietudines, & quod magis eſt, tam
ab arſenico epoto, quam à veneno intus ge-
nito puſticulas exoriri per vniuerſam cutim
certiſſimum eſt. Liuores etiam poſt mor-
tem in ijs, qui venenum ſumpſerunt extra
apparere certiſsimum eſt; liuor etiam appa-
rere ſolet in corporibus eorum, qui ex peſti-
lente morbo intereunt, & Hippocrates 1. de
rat. vict. in morb. acut. tex. 35. ſideratos ap-
B pellat eos, quibus *mortuis latus liuidum pla-
ga ſimile videtur*. Idem mihi & pluribus,
qui diſſectioni cadaueris iuuenis cuiuſdam
nobiliſſimi aderant, videre contigit cuius
vniuerſum ſiniſtrum latus liuidum erat.

Si vero ignis narcoticam materiam occu-
pet, inertia, ſomnolentia, & impotentia ad
motum accedit, ſi mercurialem vim ſortitur,
tunc accidunt vomitus & nauſeæ. multoties
hæc omnia eueniunt, quædam maiora, alia
minora pro ratione prædominantis materię.

Dubitatio tamen hoc loco non contem-
nenda ſe offert; videlicet, cum ignis omnia
C venena ſuperet (iccirco enim vulnera ex ve-
nenatis animalibus profecta, ſi candenti fer-
ro vrantur veneni expertia fiunt, & medica-
menta quælibet cum vruntur, & in cinerem
rediguntur, venenum eſſe deſinunt:) cur etiã
internum venenum non abſumat? Reſpon-
deo in primis vbi ignis augetur, & humidum
non finitur, vt in ijs, que putreſcunt vene-
num exacerbari. & hinc eſt quod venenum
calcinatum hoc eſt, in cineres redactum, ve-
neni vim deponit, ſublimatum vero quod
non dum eſt in cinerentum perniciosius eua-
dit. altero modo reſpondeo, ab igne quidem
D venenum abſumi, ideo theriacam, & multa
alia, quæ ignea ſunt, in quorum numero eſt
contraherba, in febribus dare non veremur.
Sed fuligines quæ à veneno qui de vritur ele-
uantur, hæ ſunt, quæ interimunt dum ſcilicet
ad cor perueniunt, & ibi vires ſuas exercent.

Tandem reſpondemus, ignem ſuperare
quidem magna ex parte venenum, non ta-
men omnino experimento demonſtratur, nã
ſi ignis omnem præcedentem vim cremabi-
lium aboleret, omnes cineres eſſent eiuſdem
virtutis; attamen videmus alios alijs eſſe ma-
gis cauſticos, & ſeruare ad huc quædam ve-
luti priſcæ virtutiş ſemina.

A *Febris num qualitas an ſub-
ſtantia.*

CAP. VIII.

CVM febrem ignem appel-
lo videor febrem in ſubſtã-
tię prædicamento reponere,
quod communis medicorũ
ſchola non recipiet, præci-
puè cum febris ſit morbus,
morbum autem autores, quidam ad qualita-
B tem, quidam ad relationem, nonnulli ad
vtramque referunt. Hanc ego difficultatẽ
euincam oportet antequam vlterius præſens
tractatio progrediatur.

Facile hunc nodum ſolueret Cardanus,
qui febrem, ignem, & qualitatem diceret, ſi
quidem apud eum, ignis ſubſtantia non eſt,
ſed qualitas: ſicut glacies quæ ſubſtantia
non dicitur, niſi accepta pro re, quæ gelu cõ-
creta eſt, ita ignis ſi ſubſtantia dicitur pro re
ipſa, quæ ardet accipito, quare nihil aliud
exiſtimat eſſe ignem, quam calorem ſum-
mũ cum ſumma ſiccitate: ignem ſubſtantiæ
C in hærere ſemper, quemadmodum reliqua
accidentia: hoc tribus potiſſimum rationibus
perſuadet, ſaltem tentat perſuadere. prima
quia ſi ignis in ferro eſſet, duo corpora ſe ſe
in vicem penetrarent; Altera ſi in ferro igni-
to dantur duæ ſubſtantiæ, cum vna ſoluitur,
nempe ferrea, dum ignem concipit fiet cor-
ruptio, dum extinguitur generatio dicetur;
quod abſurdum eſt. Tertia ſi dicimus arde-
re aerem dumtaxat, qui intus eſt in latere
ardente, quomodo ferrum igne fit deterius?
quomodo lignum igne in cineres reducitur?

Hæc Cardani Argumenta, ſe ipſis diſſolu-
D untur. prima quia duæ ſubſtantiæ ignis, &
ferrum, altera tenuiſſima nempe ignis, alte-
ra poroſa, nempe ferrum, bene poſſunt eſſe
adeo coniuncta, vt ſe ſe penetrare videantur,
licet non ſe penetrent. nihil enim eſt omni-
no pororum immune, qua propter nihil tam
ſolidum quod ab igne non permeetur. Secũ-
da aut nihil concludit, aut à Cardano obſcu-
re eſt prolata: nam quid hoc abſurdi habet.
ignem concipit ferrum, & corrumpitur ab
igne, extinguitur ignis ceſſat corruptio, &
ignis in vaporem abit, neque denuo ferrum
generari eſt neceſſe; ceterum parum eſt quod
ferri deperditur, quoniam ignis paruam fer-
ri ſub-

ri ſubſtantiam apprehendebat, & maior pars eius in meatibus erat, materia autem quam in meatibus abſumebat erat aer. Tertia non minus eſt inanis, later ardens, & aer qui in eius poris eſt,in ignem cõuertuntur,lateré & aerem ignis abſumit, ô præclarum philoſophum, qui & ſe ipſũ & alios his nenijs conatur irretire.

Subſtantia igitur ignis eſt, qui omnia tráſmutat, aut ſi mauis depaſcitur;omnibus qui ad eſſe non poteſt ſine corruptione rei cui in hæret, cum tamen accidens abſque corruptione ſubiecti, & adeſſe, & abeſſe poſsit,neque tamen exiſtit in hærendo,ſed ſubiectum cui introducitur corrumpendo. Itaque non diſtenſione qualitatis in alieno ſubiecto dilatatur, ſed abſumptione, & conuerſione ſubſtantię alienæ in ſuam propriam,

Cum itaque febris ſit ignis, & ignis ſit ſubſtantia, febrem ſubſtantiam teneor dicere. ſed nunquid hoc nouum? minime, imo vero multis (vt referunt Ludouicus Mercatus Tadæus, & alij) hæc opinio placuit. Neque hoc ſine ratione: primo, quia Galenus lib. aduerſus lycum et. 1. aph. 14. calorem duobus modis vſurpauit, pro qualitate videlicet, & pro corpore calido, & innatum calidum appellauit ſubſtantiam. cum igitur contraria ſub eodem genere debeant conſtitui, calor febrilis qui innato contrarius exiſtit, ſubſtantia etiam erit.

Hanc rationem, quam in Galeni autoritate praue intellecta Mercatus fundari exiſtimat, longo verborum tractu nititur euertere, ſed nequidquam meo iuditio. Ait enim poſt multa, quæ referre eſſet tædioſum,ſi calidum haberet contrarium, id procul dubio frigidum foret: nam calidum innatum, & febris non ponũtur ſub eodem genere, quod ambo ſint ſubſtantiæ, ſed tantum ſub ratione caloris naturalis, & præter naturam.

Sed eſto non ſint contraria, in ratione calidi, ſed in ratione naturalis, & præternaturam. Sunt ergo in ratione calidi ſi non contraria,certe eadem in ratione caloris,quamuis in ratione naturalis,& præter naturam differunt, & ſic ſub eodem genere, hoc eſt ſub calore cõtinentur. igitur ſi vnum eſt ſubſtantia, & aliud erit ſubſtantia:præterea Galenus 1. aph. citato ex calore naturali fieri ait,euaporationes mites, & ſuaues, loquens poſtea de calore aſcititio dicit, ex eo fieri effluxus mordaces, idque declarat exemplo ſumpto à

A calore febrili, a quo inquit fieri euaporationes tactum mordentes: cum igitur non fiant niſi a ſubſtantia,febris ſubſtantia dicẽda eſt.

Aliqui reſpondent hos effluxus,non ratione caloris febrilis accidere, ſed ratione annexi ſiue coniuncti. hoc merito refellit Capiuaccius; nam ſi Galenus ex calore naturali conſiderato vt ſubſtantia, fieri Vult mulcebres euaporationes, eodem iure cum ait euaporationes fieri mordaces ex calore præternaturam, debet intelligi ex eo conſiderato vt ſubſtantia.

Alij non videntes quomodo febrem eſſe B ſubſtantiam negarent, effugium excogitarunt. dicunt igitur, calorem febrilem pro ſubſtantia acceptum, non intendi quatenus ſubſtantia, ſed in qualitate: ideo in qualitate fieri augmentum, in ſubſtantia autem,potius fieri deminutionem quam augmentum.

Admiratur Capiuaccius, iure optimo,cur autores hi, in re adeo manifeſta,fuerint hallucitani. Nam ſupponunt calorem febrilem non augeri ſecundum ſubſtantiam, ſed potius deminui. profecto ſi febris eſt ſubſtantia, & deminuitur, ſubſtantia erit morbus in numero de minuto. Dicunt præterea in febre C ſubſtantiam caloris non augeri. contra hoc Capiuaccius, non augeri quidem, ſed deminui ſubſtantiam caloris naturalis ait, hoc eſt ſubſtantiam aeream, & aqueam, augeri tamen ſubſtantiam caloris ignei qui à ſubſtantia, quæ erat aerea & aquea, fit quam maxime ignea. ſic Capiuaccius, qui laudandus quidem eſſet dum febrem ſubſtantiam conſtituit, ni ſimul, & qualitatem eſſe admitteret.

Mihi videtur febris, eſſe ſubſtantiam, in qua ignis accenditur, imo potius ignis accenſus, neque aliam habere differentiam, niſi D in maiore, aut minore portione ignis: ita vt quemadmodum communiter dicitur, calorem naturalem eſſe moderatum, aſcititium vero immoderatum; ſic ego dixerim Vitalem ignem eſſe moderate accenſam balſamicam ſubſtantiam, febrilem vero & præter naturalem eſſe immoderate accenſam, ſiue balſamicam ſiue quamlibet aliam ſubſtantiam; quæ autem ſubſtantia ſit accenſa ſymptomata produnt.

Febris hecticæ gradus, ſiue ſpecies, ſiue tempora à diuerſis ſubſtantijs quę accenduntur, diuerſitatem accipiunt, vt ſequente capite fiet manifeſtum. Reſpondet tamen Ludouicus

doуicus Mercatus. *Solam mutationem qualitatis, ſeu temperamenti, citra id quod opus ſit, ſubſtantiam mutari, eo modo quo mutatur calor, ſufficere ad febris eſſentiam etiam in febre hectica: nam formalè febris ex ſola prædicta mutatione dependet, licet ad conſtituendam hanc, vel illam ſpeciem febris hecticæ, vel eiuſdem tempora, neceſſum ſit ſubſtantiam aliquam, ſeu aliquod humidum euariari, verum febris ratio in ſola mutatione caloris ſita eſt, nam accidentale eſt febri, quatenus febris eſt, hanc aut illam ſubſtantiam euerti.* Hæc Mercatus, qui omnia liberè prolata nullo rationis vinculo ligat. Sed relictis multiſquæ in eum conijci poterant, ſit ita, & quod in vltimis verbis proponit, nempe *eſſe accidentale febri hanc aut illam ſubſtantiam euertere* admittamus. nunquid idcirco accidentale erit ſubſtantiam euertere? multoties mirari ſoleo, eos, qui logicam oſtentant, & tamen, cum neceſſe eſt, Logicæ omnino ſe ignaros oſtendunt. Accidentale eſt igni hanc vel illam materiam cremare, ergo accidentale eſt igni materiam cremare, profecto non minus bene hæc conſequentia quam illa concludit. Itaque dicendum febrem eſſe natura ſua ſubſtantiam, contingens tamen eſſe & accidentale hanc vel illam materiam aprehendere.

Morbi omnes ſubſtantia.

CAP. IX.

QVemadmodum febrem ita, & alios morbos ſubſtantias conſidero: neque dialecticis conſiderationibus irretitus, quæro an lapis in veſica ſit morbus, an verò morbum debeã appellare obſtructionem, quæ ad lapidem conſequitur? de quo Galenus diuerſa, diuerſis in locis dixiſſe videtur: Medicus igitur ſi interrogetur, quid in humano corpore curare velit, curare ſe velle morbum reſpondebit. Si autem quid agat conſideras nihil aliud agit quam cum ſubſtantijs pugnare. calculoſis calculum extrahit, febre laborantes euacuationibus adiuuat, atque ita in reliquis.

Qui autem morbos in nuda intemperie conſtituunt, dicant mihi oportet quomodo intemperata pars poteſt recte ſuum munus

A peragere, quod ſi non peragit iam neceſſario ibidem excrementitiam ſubſtantiam admittet. Neque mihi conſideres momentum tẽporis, ante quod materia confluxit: nam quorſum iſta ad medicos, quibus ea quę ſanari poſtulant, conſideranda proponuntur. Non mihi adeo craſſa inſpirat minerua, vt etiam hæc tenuia ignorem, cæterum quamuis ingenium ijs quiſquilijs aliquando dederim, eius tamen ſum genij, vt ab eis prorſus abhorream.

Ingenioſe & verè Fernel. 1. patholg. c. 3. morbos omnes in ſubſtantia eſſe conuincit: B pars enim corporis duntaxat, non humores, non ſpiritus, primo & per ſe operationum eſt opifex; quapropter eius integritas, & firma conſtitutio eſt ſanitas; infirma verò atq; vitioſa cõſtitutio primo, & per ſe actiones euertit morbuſque ſola dici meretur. Itaque exiſtimat Fernelius humores, & ſpiritus vitiatos cauſas eſſe morborum, non morbos, viciatas actiones ſymptomata appellari: partes vero ſolidas tantum eſſe quæ morbos patiantur; nam reliqua omnia vita carent, at *in carentibus vita neque infirmitatem, neque ſanitatem fieri poſſe.* docet Ariſt. lib. de ſenC ſu & ſenſili, c. 1.

Cum igitur morbum paſſionem viuentis eſſe, ſit receptiſſimum, torquentur ſummopere autores qui febrium alias in humoribus, alias in ſpiritibus influentibus conſtituunt, quorum neutrum vitæ eſt particeps. hæc difficultas eo deduxit Saxoniam, vt exiſtimauerit febrem non eſſe morbum, quod quam ridiculum ſit vnicuique in comperto eſt. Comes Montanus lib. 2. cap. 38. hoc axioma omnino negat, friuolumq; eſſe ait huiuſmodi argumentum: nuſquam enim inuenitur Galenum ſtatuere, morbum eſſe diſpoſitio- D nem corporis viuentis, ſed corporis humani abſolute. Deinde quicquid eſt in viuente pro viuo habendum eſſe: Tertio in humoribus, licet viuentia non ſint, morbos tamen excitari, vt patet in humore albugineo; Tandem dum Galenus lib. de diff. morb. cap. 8. enumerat morbos numeri a toto genere præternaturam, nullum ex ijs inueniemus eſſe viuens corpus, morbi tamen ſunt.

Miror equidem peruicacem iſtum virum, qui cum omnibus pugnam ſuſcepit, & pugnandi auidus, ſecum etiam pugnare videtur: etenim paulo ante lib. 2. c. 35. ideo probauit particularem plenitudinem non eſſe

P mor-

morbum; quia morbus eſt paſſio viuentis, plenitudo autem eſt in humoribus vita carentibus; & nunc audet dicere axioma illud *morbus eſt paſſio viuentis* non eſſe verum.

Nec ſolum inconſtantiæ, ſed ignorantiæ eſt arguendus: ait enim, Galenum non dixiſſe morbum eſſe corporis viuentis, ſed *corporis humani* quaſi in corpore humano voluerit comprehendi omnia, quæ corpus conſtituunt, licet viuentia non ſint. Si Galenus hoc dixit: (neque enim apud eum tale quidpiam reperio neque comes Mõtanus locum citat.) Si, inquam, hoc a Galeno dictum eſt, merito dictum cenſeo; nam de corpore humano medicus agit, & de eius morbis ſe agere profitetur: nunquid ideo corpus humanum, licet non viuens, ſubiectum erit morbi? Erit ergo & cadauer morbi capax. Sciat Montanus multa prædicari de toto quæ de partibus prędicari non poſſunt: quamuis enim homo ſit videns, manus, aut pes hominis videns non eſt. Sic & corpus humanum eſt viuens, & tamen aliqua in eo ſunt non viuentia.

Cum verò addat, quicquid eſt in viuente, corpore pro viuo haberi, velle videtur, vt & vngues & pilos pro viuis habeamus, quod ſuperſtitioſum nimis eſt. Concludit tandem morbos oumeri, a Galeno relatos, non eſſe viuentis, quaſi verò idem ſit eſſe viuens, & eſſe viuentis: morbum quidem nemo viuentem dixerit, ſed viuentis paſſionem; ego vero ſubſtantiam ad viuens corpus pertinentem.

Trincauellius alia via incedit, ſiquidem ingenuè admittit morbum eſſe. admittit etiam particulas, quæ corporis habitum conſtituunt per ſe viuere, ſolaſque per ſe ægrotare, vt pote quæ primo, & per ſe operantur. ***Sed illud animaduertendum eſſe, ait, non ſem*** *per oportere particulas iſtas proprio, & primario morbo laborare, quia ſæpe earum actio læditur, non tamen ab aliquo proprio, qui in illis ſit affectu, ſed ex affectu vel vitio quod in ſanguine, & ſpiritibus primario eſt. Sanguinem vero, & ſpiritus quamuis non ſint partes animata, tamen negari non poteſt ad abſolutionem integritatemq; corporis, & operationum quæ e partibus educuntur, perfectionem pertinere.*

Sic ille, qui partes non aliter pati in febre vult, quam in neruorum reſolutione, quæ ex obſtructione principij neruorum fit, quod eſt in ſpinæ medulla ſicut in apoplexia, &

A epilepſia, vertigine, & multis alijs affectibus, omnes ſubiectæ particulæ nempe brachia, manus, crura, imo ſæpe anus, & veſica ſuo, quem per muſculos habent, motu, itemque ſenſu deſtituuntur; & proinde etiam ægrotant. Cum tamen nihil hæ partes in ſe contineant, quod poſſit morbus appellari, ſed alieno tantum non proprio morbo laborant.

Hæc veriſſima ſunt, Galenique doctrinæ conformia, non tamen difficultatem euincunt. nam febris, ex Galeni definitione, eſt calor naturalis conuerſus in igneum, atque idemmet Trincauellius fatetur eandem ſubB ſtantiam, quæ eſt calidum innatum, fieri calidum igneum. Calidum autem innatum eſt ſanguis, & ſpiritus, ſi igitur vitium ſanguinis & ſpirituum non eſt febris, ſed potius ad hoc vitium, tamquam ad primarium affectum, ſequitur in particulis viuentibus febris, male febris definitur per ſanguinis, & ſpirituum calorem. ſed dices definitionem eſſe in ſenſu cauſali, quaſi verò febris definiatur per ſuam cauſam, hoc eſt per calorem ſanguinis, & ſpirituum, a quo ſequitur, in particulis viuentibus, affectus, qui dicitur febris. Hoc ita ſit da tamen mihi aliam definitionem magis
C propriam: nullam profecto inuenies quapropter vel inuitus concedes proprie febrem in ſanguine, & ſpiritibus ineſſe.

Deinde febris morbus eſt vniuerſalis totius corporis, quare non eſt dicenda morbus per conſenſum, Cumque dicimus pati partem per conſenſum, ipſa nullam habente læſionem, non intelligimus de morbo membrorum naturalium ſic docente Galeno 1. de locis affect. c. 7. cuius hæc ſunt verba. *atque hac in re plurimum differunt naturalia ab animalibus instrumentis, ſiquidem naturalibus cognatam actionis vim eſſe, animalibus*
D *vero inſtrumentis a principio (veluti lumen a ſole) ipſam defluere iam oſtenſum eſt.*

Aliam rationem aduerſus Trincauellium adducit Mercurialis, quia cum omnis morbus per conſenſum, tandem fiat per eſſentiã, ſequetur omnem putridam tandem fieri hecticam. Sed hæc ratio non valet: nam vel febris non durat & ita febricitans ſanitati reſtituitur antequam febris fiat hectica, vel durat, & tunc fit hectica, niſi impediat reſiſtentia paſſi.

Relictis iſtorum ſententijs, particulas viuentes dicimus eſſe ſubiectum, vel inhæſionis, vel ſaltem attributionis omnium morborum.

borum, ita tamen vt morbus ſemper ſubſtan
tia ſit, & vel in hæſiue, vel attributiue vi-
uentis eſſe dicatur e. g. vlcus eſt morbus,
cuius ſubiectum in hæſionis eſt pars viuens,
& nihil aliud eſt vlcus quam ſubſtantia car-
nis corruptione affecta. Calculus veſicæ eſt
morbus, cuius ſubiectum attributionis eſt
ſubſtantia veſicæ. Vtrum vero illæ ſubſtan-
tiæ ſint morbus, an qualitates quæ ad has
ſubſtantias conſequuntur ab ægroto quæri-
to, qui nihil aliud vult, quam ſibi illam ſub-
ſtantiam vitioſam expelli, quę ſi ſuper va-
cua eſt, ſola expulſione curatur, ſin minus,
poſt expulſionem poſtulat alterius ſubſtan-
tiæ melioris repoſitionem. Vnde calculum
ſola expulſione curamus, in vlcere vero ex-
pulſa carne putrida, aliã denuò reponimus.
Quod ſi Hippocrates talia euacuari deſide-
rans, qualia oportet, videtur ad qualitatem
reſpicere, hoc nil noſtræ officit ſententiæ:
nam euacuatio ſubſtantiæ debetur, neque
enim quis dixerit qualitatem euacuari, cęte-
rum eſſe talem qualem oportet optimum
eſt, nempe vt non euacuetur vtile, pro in vti-
li. atq; de hoc iam ſatis videmur dixiſſe.

De differentijs Febrium.

CAPIT. X.

QVamquam veteres, vt ad no-
tauit Galenus 4. aph. 73. &
7. aph. 42. illos duntaxat,
qui abſque inflammatione,
aut abſceſſu, aut dolore, vel
ery ſepelate, vel abſque vllo
membro præcipue affecto ægrotabant, febri-
bus moleſtari dicebant, ſi autem propter la-
teris inflammationem, vel pulmonis, vel ta-
lis partis alterius febricitarent, non febrici-
tantes ipſos nominabant, ſed pleuriticos pe-
ripneumoniatos, & alijs ſimiliter nomini-
bus, veluti hepaticos, & lienoſos nomina-
bant. Tamen fuerunt aliqui, quos refert idẽ
Galenus 6. epid. ſect. 5. com. 29. qui febres
phreniticas, peripneumoniacas, & lethargi-
cas appellarunt. Hinc arbitror Galenum di-
dicisse diſtinctionem, qua vtitur lib. 1. de art.
cur. ad glauc. cap. 4. inquiens *febres quæ ex
phlegmone ortum habent phlegmone laboran-
tium partium veluti ſymptomata quadam
ſunt, morbuſque a parte laborante denomi-
nationem fere accipit, vt phrenitis, peripneu-*

A *monia, pleuritis, & alia*. Iuxta hanc Galeni
doctrinam, grauiſſimi Arabicæ ſectæ autores
nempe Rhaſis 16. & 17. continent, & Auen-
zoar in ſuu Theiſir, febrem diuidunt, in fe-
brem morbum, & febrem accidens. Propter
ſimilitudinem, quam febris ab aliquo affectu
proueniens habet cum ſymptumate. Primo
quia quemadmodum poſito morbo ſequitur
ſymptoma, ſic & illa febris: deinde quem-
admodum febris aboletur ad ablationem
morbi, ita & febris ſymptomatis vicem ha-
bens; Tandem quemadmodum ſymptoma
nullam ex ſe præbet indicationem, ſic nec
B febris quæ immediate, & proprie alium af-
fectum ſequitur.

Auicenna hanc diuiſionem primo increpat, poſtea quaſi precario, ne a vulgari lo-
quendi modo recedat, recipit. Improbat au-
tem quia febris apoſthematis, aut ſequitur
calorem & dolorem apoſthematis, & tunc
erit ephimera, (quod non concederet Rha-
ſis contra quem argumentatur, Rhaſis enim
nullam febrem, quæ eſt & accidens, voluit
eſſe ephimeram, niſi ex bubone de quo nos
infra) aut ſequitur putredinem, & tunc iam
putredo eſt cauſa immediata febris, non au-
C tem apoſtema.

Non eſt igitur Auicennæ opinio, vt falſo
illi imponit Valleſius 5. controu. c. 28. fe-
brem quæ eſt accidens eſſe aliquam ſpeciem
præter putridam, & hecticam, & ephemerã,
ſed ad hominem argumentum confecit, vt
probaret nullam febrem eſſe ſymptoma.

Quicquid tamen ſibi voluerit Auicenna,
prædicti autores, cum Galeno conſentiunt
diuidentes febrem in accidens, & morbum;
nec vero Galenus ſibimet contradicit, qui
lib. de diff. morb. c. 5. reprehendit eos qui
febrem, quæ ſenſibilem alicuius partis affe-
D ctum ſequitur, ſymptoma eſſe arbitrantur,
non, inquam, ſibi contradicit: nam eius mens
eſt febrem ſemper eſſe morbum, ſiquidem
ſemper eſt affectus præter naturam primo,
& per ſe lædens operationes, tamen aliquan-
do induit figuram ſymptomatis, dum alte-
rius morbi veluti vmbra quædam eſt, quod
illi, quos reprehendit, forſan non ita intelli-
gebant, ſed febrem aliquando ſymptoma re
vera eſſe credebant. cæterum nihil prohibet
illos immerito à Galeno fuiſſe reprehenſos,
& febrem ſymptoma appellaſſe, quia ſym-
ptomatis vices gerit. Dices fortaſſis illos fe-
bres ſymptomata dixiſſe, Galenum verò tũ

ſympromata, ſed veluti ſymptomata; At nec ſic quidem eos accuſabo: nam Galenus 7. aph. 44. febrem ex inflammatione veſicæ, ait, eſſe caſum inflammationis neque particulam veluti appoſuit.

Concludendum itaque eſt cum Dino febrem ſemper eſſe morbum, ſed reſpectu cognitionis noſtræ, vt ad operationem dirigamur, ſymptoma dici poſſe: nam dum ſcimus febrem eſſe ſymptoma, ſcimus non omnino ad illam dirigendam eſſe cognitionem ſed morbum ex quo pendet.

Sciendum tamen eſt tripliciter febrem, quæ eſt cum aliquo particulari abſceſſu deberi conſiderari. Primo ſi abſceſſus ſequatur febrem, vt multoties accidit, natura ſcilicet ſe enoxerante, & ad aliquod membrum materiam febrilem detrudente, quod ſi membrum fuerit nobile male de ægrotantis re agitur, ſin ignobile; vel fit criticè, vel ſymptomaticè: critica expulſio ad membrum ignobile, hoc eſt, facta in die decretorio, & præcedentibus ſignis coctionis, ſemper eſt bona, ſympromatica autem, quæ nec in die contemplabili fit, nec præcedentem habet coctionem, poteſt aliquando eſſe cauſa ſi non omnino bona, ſaltem inter mediocres numeranda, quia videlicet hoſtilem materiam aliquantulum imminuit, ſemper tamen eſt peſſimum ſignum: ſignificat enim naturam, & offenſam, & perturbatam, quæ præpoſtero ordine, quando aliter non poteſt, ſe exonerare ſatagit ab eo, à quo maxime læditur.

Secundò ſi abſceſſus, & febris ab vna, & eadem cauſa proueniant, vt quando tanta abundat materia, vt non ſolo peculiari quodam foco contineatur, ſed etiam fere vbique ardeat. In hoc caſu, duplex poteſt conſiderari febris, vna, quæ ſubit vicem ſymptomatis, vtpote, quæ ad abſceſſum ſequitur, altera quæ per ſe cauſam habet, & per ſe eſt morbus. Hinc euenit quod abſceſſu ſanato minuitur febris, ſed non euaneſcit: quia videlicet altera earum, hoc eſt illa, quæ ſymptomatica erat, euanuit. Hinc eueniſſe puto quod Cratiſtonate & pictoris ancilla ſuppuratis parotidibus perierunt 1. epid. ſect. 2. tex. 84.

Tertio, cum febris ſequitur ad affectum alicuius partis, & tunc vere ſymptomatis rationem habet. Hanc ait Fernel. lib. 4. de feb. c. 8. nullis ſtatis periodis recurrere, ſed fallitur, nec aliud in praxi obſeruamus, quam febres inflammationum ſuas habere anno-

A tationes, vnde ait Galenus *morbo laterali, & phrenitide, magna ex parte, per tertium diē acceſsiones fiunt, ſuppurationibus autem quæ ventri eueniunt, hepati, & tali quotidie, & magis ad noctem, qui vero aliene laborant, & omnino melancholicis per quartum.* Ratio etiam id nobis dictat: ſi enim & eryſipilata, & tertianam ab eadem dicis procedere materia, cur non vtriq; eumdem typum aſſignabis? Illud verò quod Fernelius addit, veriſſimum eſt, vrinam ſcilicet in hoc caſu nullum putredinis inditium habere, niſi ex affecta ſede, putredo forſan obrepat in venas. Quare

B obiter dicam vrinas ſemper conſiderandas eſſe, dum namque laudabilis apparet, febris ſymptoma eſt, nec peculiari indiget prouidentia, ſi vero iam putredinis notas præſefert ſcire expedit aliam febrem, quæ morbus eſt ſuperueniſſe.

Igitur febris licet ſymptomatis figuram habeat, ſemper tamen ſuum typum ſeruat, vt ex. g. febris ab eryſipilate eſt ea, quæ typhodes appellatur, continua quidem, ſed quę tertio quoque die exacerbatur. Galenus aduerſus lycum typhodem ex genere humidarum febrium eſſe dicit, febres humidas ap-

C pellat in quibus à primo ſtatim die æger ſudat neque ſudore leuatur. *alia eſt enim* inquit Galenus alibi *forma febris phrenitica peripneumoniaca, & hepatica item & aliarum omnium febrium, quæ ex inflammatis quibuſdam particulis accidunt, ſed & alia rurſus forma ſunt earum, quæ ex eryſipelatibus accidunt & febris ardens maligna, vel pulmonis, vel hepatis, aut ventriculi eryſipelatibus ſuperuenit. Diſtinguere autem oportet in ſingulis ægrotantibus primum quidem ſi ſine loci paſsione ſit febris, vel ex humorū putredine, vel quia ſolus ſpiritus ſit altera-*

D *tus, deinde ſi membrum affectum ſit cauſa, & quæ nam ſit eius diſpoſitio.*

Aliud febris ſymptomatis genus Fernelius animaduertit, in quo maxime eſt commendandus: ait namque febres lentas oriri ex obſtructione, aut putredine alicuius viſceris, vt mezenterij, aut eius quod pancreas appellatur, hoc autem ſe animaduertiſſe teſtatur lib. 6 de ſymptom. & morb. par. c. 7. & curata obſtructione, aut viſceris affectu, redditam fuiſſe ęgroto deploratam ſalutem.

Porro Iudicare oportet litem cuius ſuperius meminimus inter Rhaſim, & Auicennam. Rhaſis febrem, quæ ſymptoma appellatur,

latur, nullam ephimeram admittit, prçter illam, quæ ex bubone fit, bubonis nomine intelligere oportet omnem tumorem præter naturam, in externa corporis parte poſitum, atque ita Hippocrates 4. aph. 55. ex bubóne febres omnes ortas malas dixit, prætet ephemeras. quod Rhaſis tecipere videtur, ſi quidem ſolas ex bubone ortas, ephemeras poſſe eſſe, admittit. Alias vero febres, quæ ſequuntur ad internos abſceſſus, videtur iure optimo ab ephimerarum numero excludere; quis enim cum interno affectu febrem ephimeram eſſe iudicabit? Neque quod Auicenna opponit vim aliquam habet: nam ex abſceſſu externo, ſi febris fiat ephemera, nil Rhaſi repugnat. Addit Auicenna ſi febris ſequitur ad putredinem abſceſſus, iam erit orta ex putredine non ex abſceſſu. Reſpondeo pro Rhaſi eſſe quidem ortam ex putredine ſed ex putredine abſceſſus, atq; ita putrida eſt quia ex putredine, ſymptoma eſt quia ex abſceſſu.

Philotheus ex bubone febres putridas ortas non ita accipit, vt verba ſonant in hunc modum. *oportet autem intelligere febrē conſequi bubones, qui ex cauſa primitiua fiunt præcedere autem eos, qui ex abdita: ſi quis autem dubitet, qua de cauſa Hippocrates ſimpliciter dixerit (e bubonibus febres) ſi hos bubones ſequitur febris illos autem præcedit. Monemus Hippocratem habuiſſe rationem conſuetudinis. Ex conſuetudine enim bubones ſequitur febris.*

Veruntamen tam Philotheus, quam Galenus, in eo mihi videntur à ratione alieni, quod ſolos bubones ab externa cauſa ortos febrem ephemeram habere dixerint, nam quid prohibet materiam longe à corde accumulatam ardere, neque vllas putridas fuligines ſed incenſas ſolum partes volatiles, quas ſpiritus communiter vocant medici, cordi communicari? Nunquid cum febres fiũt, dùm pus conficitur, teſte Hippocrate 2. aph. 47. ſemper hæ febres putridæ ſunt? Poteſt tamen ſi materiæ ſuppuratio celeriter non finiat diutius febris prorogari, atq; ita in corpore ſaltem cachochimo febris in putridam ex ephemera degenerare.

Nec vero mihi placet, quod Muſa, & alij dicunt, febres ex bubone, quæ non ſunt ephimeræ, malas eſſe quia ſunt putridæ. ſententia namque ita expoſita omni artificio caret. quaſi dictum fuiſſet ab Hippocrate ex

A bubone febres ortæ, quæ non ſunt ephimeræ, putridæ ſunt. Profecto non ita cenſendus eſt intellexiſſe Hippocrates qui vt Galenus ait 2. de diff. reſp. c. 7. nihil vulgare dicere ſolet, ſed dicendum febres ex bubonum ſuppuratione, aut eſſe ephemeras, accenſis nempe particulis, quæ ex ſe facile diſſipantur, & tunc nihil mali in ſe continere, vel ſi putredine fuliginum ad cor tendente putridæ fiant, id non poſſe accidere ſine magno malo: nam quæ ex longinquis partibus fuligines mittunt tali prædictas conditione, vt in itinere neque ſiſti, neque emendari, neq; euaB neſcere queant, contumacis veneni naturam redolent.

Ad alteram diuiſionem febrium accedo in emphimeras putridas & hecticas, quarum ephimeras in ſpiritibus conſtituunt cõmuniter doctores, putridas in humoribus, hecticas in ſolidis noſtri corporis partibus. Has tres febrium differentias expreſſiſſe videtur Hippocrates 6. epid. ſect. 1. co. 29. *ar da aliæ ſalſuginoſæ, aliæ pemphingodes, aſpectu terribiles, aliæ tactus humecta.* quæ verba diuerſi mode autores interpretantur. Fuchſius hecticas aſpectu graues appellatas eſſe exiſtiC mat. Alij inter quos eſt Chriſtophorus a Vega, & Ioannes Brauus pemphingodes aſpectu graues coniunctim legunt, & diarias intelligunt: pemphyngodes enim hoc eſt inflatæ, tumidæ vt propter ſpiritus inflare potentes, atque ob id aſpectu ſunt graues, id eſt, ſecundum apparentiam terribiles, non tamẽ reuera tales, Valleſius pemphyngodes, hoc eſt, ampulloſas vocat eas, quas ampullæ quędam, per corpus, obortæ comitantur, quaſi ex nimia aduſtione factæ ſint, atque adeo terribiles. Et quidem, iuxta hanc Valleſij interpretationem, poſſemus dicere Hippocratem D his verbis variolarum mentionem feciſſe, atque febres cum variolis ampulloſas appellaſſe. Quandoquidem, vt Valleſius contendit his ampullis, vel maligna putredo, vel ſuccorum exuſtio ſignificatur. Et quamquã non omnibus putridis hoc accidat, ſi quibus accidit, omnes ſunt putridæ. non nego hanc meam coniecturam leuem eſſe, & quæ non omnino conuincat, ſed neque id circo omnino ſpernenda.

Porro mihi videtur febres aridas ſalſuginoſas dici eas quę hecticę appellantur. Salſuginoſę autem dicuntur (quamuis febres non ex guſtu ſed ex tactu deprehendimus)

quia

quia ſcilicet ſumma eſt ariditas, & quędam
veluti incineiatio, incineratione autem ſa-
lem ex rebus quę aduruntur temanere, ne-
mo eſt qui neſciat, ideo dicuntur aridę ſal-
ſuginoſę, ita vt vox, aridę, nō cum preceden-
te, ſed cum ſubſequente coniungatur, pem-
phyngodes ſeu inflatę, aut ampulloſę ephe-
merę dicuntur, quę attenuatione partium
volaolium corpus veluti inflant, vnde ſalu-
britas harum febrium facit, vt nil curentur
alioquin moleſtiam, dum ad ſunt, non par-
uam inferunt. Tactui humectę febres di-
cuntur humorales, ſeu putridę quę ad tactū
humoris ſpecimen repreſentant, propter in-
gentem vaporum, fuliginumque multitudi-
nem. Valleſius per febres tactui humectas
potius diarias intelligi vult quam humora-
les. *Quia diaria calor eſt vaporoſus, & ta-
ctus humorem quendam repreſentat. tametſi
ergo putrida ex ſuccis ſunt, ad tactum verò
non ſunt adeo humida, quia potius illæ omnes
ſunt mordaces, & acres, aut mox, aut poſt quā
manus aliquandiu adhaſerit, aut ſemper.
Nam ſanguinea, qua ſola earumque e ſuccis
pendent ſunt ad tactum humidę inter dia-
rias potius recenſeri debent. Quia quæ in il-
lis putrida ſunt, biliosa etiam ſunt, atq; vt
ad biliosas plus aut minus inclinant, ita a
blando ſenſu, & humido tactu recedunt.* Itaq;
humidas vocat ephimeras pemphyngodes
vero humorales. Cæterū priore modo vide-
tur potius dicendum. etenim licet puttidæ
ſint mordaces non iccitco illis inconuenit
humiditatem hoc eſt fuliginoſum vaporem
tactui repreſentare. Sed hæc parui momen-
ti ſunt. illud verò conſideratione dignum
vtrum tres ſubſtantiæ a Galeno, & alijs au-
toribus aſſignatæ ſint ſubiecta febrium.

De Febre ephimera.

CAP. XI.

APPREHENDI dicun-
tur ſpiritus influentes, ab
igneo calore, & excitari fe-
brem, quæ diaria dicitur, ſi-
ue ephemera, a ſimilitudi-
ne cuiuſdam animalis ephe
meri nuncupari, cuius meminit Ariſtoteles
lib. 5. de hiſt. anim. c. 19. eſt enim animal
volucre, & quadrupes, a quibuſdam veluti
folliculis erumpens, quod genus animalis in
A poſt meridianum vſque tempus diei viuit, &
volat, mox deſcendente ſole marceſcit, &
languet, deinde occidente moritur, vitam nō
vltra diem vnum agens, vnde ephimeron,
ideſt, diarium appellatum eſt. Itaq; febris
hæc, ab eo, quod ſæpius ei accidit, nomen ac-
cipit: etenim vt plurimum vltra diem vnam
non porrigitur. Itaque in diaria febre ſpi-
ritus calorem in facto eſſe conceperunt, mē-
bra, & humores qui in membris continentur
incaleſcunt, non dum tamen incaluerunt.

Videtur mihi dicendum, ignem propter
aliquam ex quinque cauſis ſuperius aſſigna-
B tis, corripere membra noſtri corporis, nec
tamen ideo omnem febrem eſſe hecticam,
cuius rei rationem ſuo loco reddam. Nunc
ſufficiat ſcire membra noſtri corporis tripli-
ce conſtare ſubſtantia, quædam quæ volati-
lis appellatur, & facile comparatione aliarū
partium ab igne diſſipatur, vtpote tenuiſſi-
ma; Secunda fluida in qua ignis potentius
accenditur, & magis aliquantulum immora-
tur. Tertia fixa, quæ ſubſidet, hæc tardius
ignem recipit, receptum ſemel conſtanter
tenet. In re quæ aſſatur, videtis prius partes
tenues corripi ab occulto igne, ita vt primo
C ſolus floridus ille humor, qui in partibus vo-
latilibus conſiſtit, auferatur. Deinde quic-
quid fluidū eſt exſiccatur, & ſemiaſſa rema-
net caro. tandem ignis idem firmiores par-
tes occupat, & ſi intimias procedat in cine-
rem riducet.

Ita has tres febrium differentias imagina-
ri oportet. Facilis cauſa, vt ſunt omnes exter-
næ, volatiles partes incendit, quæ cito euane-
ſcunt, & aliarum, quę igneę, vis ſunt exper-
tes, ingreſſu corpus renouatur ſeu potius re-
creatur. idcirco diaria, ſeu ephimera merito
appellatur. poterit & volatilis appellari, a
D ſubſtantia quam occupat; ſic & in externa
cute ſi ignis noſter in aliqua parte volaticam
tantum ſubſtantiam ſalis apprehendat fiunt
efflorefcentię quas vulgari vocabulo *volati-
cas* appellamus.

Cęterum, quamuis hæc febris vna die, vt
plurimum finiatur, non tamen hunc termi-
num omnino pręſcriptū ita habet, vt ſi tran-
ſeat iam alteram ſubeat naturam. Producta
ephimera multoties reperitur, & fit quando
nec partes volatiles pręſto euaneſcunt, neque
mercuriales prompte accenduntur ſic nec
ephimera finitur nec in humoralem tranſit,
volatilem ſubſtantiam dari oculorum teſti-
monio

monio comprobatur. nam multoties homo tumens, rubicundus ſe ſe repręſentat, quę tumefactio prȩſto euaneſcit, nec dicendum eſt ſanguinem hoc effeciſſe, qui poſtea retroceſſit; nam retroceſſus iſte cum noxa fieret, fuit ergo diſcuſſa ſubtilis illa, ac volatilis materia, quę ſi in corde ardet febrem pauciſſimę durationis efficit, & ad diem vnum producta, ephimera appellatur. Ephimera ſita, ſeu volatilis ſaltem volatilem pro materia habet, qui (vt diximus) ſulphuris ſemper conſortio gaudet, ignem concipit, & accidentia efficit terribilia: nam multoties ex terrea materia eleuatur, quare ſi duraret nihil ſęuius hac febre, quam meritò aſpectu terribilem Hippocrates vocat. verum antè hęc praua volatilium natura ſemper euaneſcat, aut aliquando interimat, dubitant neoterici quęrentes an detur ephimera peſtilens? Conciliator negat differen. 94. quem ſequuntur Petrus Salius; & alij: tum quia huius febris ſubiectum ſpiritus ſunt vagi, & diſſipabiles, qui continuò regenerantur, tum etiam quoniam per ſudorem febris hęc ſanatur, ſudor autem non eſt ſpirituum materia. Denique per annos palpitatio ex hac febre remanet, quę a ſpiritibus ſi fieret non adeo duraret. Hector Gibaltus his adhęret; & quamuis dentur febres peſtilentes, in quibus non fiat mutatio in vrina, id ſolum indicare ait putredinem peſtilentium eſſe diuerſam, a putredine aliarum. Argenterius etiam hanc partem tenet, & quamuis Galenus nullibi huius ephimerę peſtilentis meminerit, tamen iſte in Galenum omnino cõtumelioſus eum fortaſſe ita ſenſiſſe ait, vt ſcilicet illi notam inurat, quam diluat. Addit Maſſaria ephimeram non poſſe eſſe peſtilentem: etenim cum febris peſtilens propria ratione ſit pernicioſa, ac pro maiori parte homines perdat, contra autem febris ephimera propria natura careat ſymptomatibus, & ſit plane ſalutaris, contradictionem implicat dari morbum ſalutarem, & peſtilentem. Prȩterea licet ſpiritus poſſint putreſcere, ſiquidem ex doctrina Ariſtotelis 4. mete. c. 1. omnia putreſcant prȩter ignem, tamen ſi ſoli putreſcant non communicata putredine alteri ſubſtãtię, quod nullo modo fieri poteſt, tunc febris ſit minime pernicioſa, ſed quę paucis horis bene terminabit.

Non tamen debuerat his rationibus Maſſaria adeò tribuere, vt febrem ephimeram

A pestilentem, quę doctiſſimorum hominum fuit inuentum, appellaret figmẽtum & ſomnium. Hieronimus Fracaſtorius vnus ex ijs eſt, qui eam libens admittit, dum febrem, quę Hydronoſos, & communiter ſudor britanicus, ſeu Anglicus appellatur, ad ephimeras peſtilentes refert. Fernelius etiam 2. de abdit. rerum cauſis, cap. 12. hanc febrem in ephimerarum cenſu habendam eſſe pronuntiat, eiuſdem ſententię eſt Ioannes Langius epiſtola 19. Cum his Laurentius Ioubertus de peſte, c. 6. febres peſtilentes in ſpiritibus admittit quas potius ſpirituoſas, quam epheB meras vocari vult, quia non raro vltra diem vnum producuntur, capite vero 8. ſpirituoſam ait vix per ſe conſiſtere poſſe, quin ſtatim humoralem, vel hecticam acceſſat in quo fere Valleſium habet autorem. Horat. Augen. lib. 6. de febribus, c. 12. ex putredine ſpirituum febres fieri ait, & quemadmodum Galenus nuncupat hecticas peſtilentes, & putridas peſtilentes, ſic etiam has ephimeras peſtilentes appellabimus, eamdem febrem admittit Proſper Alpinus de Medicina met. lib. 5. capit 9. idem ſentit Andreas Gallus tridentinus in 4. faſciculo de C peſte, idem etiam Montanus, Hercules Saxonia, & plerique alij, quos omnes referre longiſſimum eſſet.

Attamen non erit difficile hanc litem componere, quę magis diſſentientium procacitatem, quam veritatis reperiendæ amorem ſapit. Nam ſi candidè tribus ſubſtantijs hoc eſt continentibus contentis, & intus permeantibus tres febres ſunt aſſignandæ, ſi Spiritus putredinem concipere poſſe certiſſimum eſt (ſi quidem craſſiores ſunt aere, & omnia putreſcunt præter ignem) cur ex putredine ſpirituum febrem dari negabimus? ſi D vero ex altera parte febris ephimera ſaluberrima eſt cur interficientem febrem ephimeram appellabimus? hoc facile componitur quia ſcilicet communiter ephimera cum addito peſtilens dicitur. Ita vt cum ſimpliciter ephimeram dicimus, ſalubrem intelligimus, cum ephimeram peſtilentem, tunc de pernicioſa nobis ſermo eſt. Neque verò adeò ſuperſtitioſe differentijs, quæ non ſunt eſſentiales ad hærere oportet: ſic ephimeram dicimus quia vna die tantum durat eam tamẽ aliquando ad plures dies produci videmus, quam ſic productam nonnulli ephimeram ſpuriam nominant. Sit igitur, ſi libet, etiam

alia

alia ratione, ſpuria ephimera penſtilens, nẽpe quia legitima eſt ſalubris peſtilens vero lethalis.

Sed nunquid ſpirituum ſubſtantia vaga, & euaneſcens, ſi putreſcat non poteſt interimere quod putatũt prius citati autores? profecto in re facili decepti mihi videtur. Nam ſi horum vagãtium ſpirituum defectus mortem affert, quod non negabunt, cur & putredo non afferet? interficiet etiam lancinando ſpiritus: ſi quidem ſpiritus putrefacti iam amplius ſpiritus non ſunt, ac proinde nõ minus deficiunt, quam ſi extracti eſſent. Vnde diſplicet ſententia Valleſij 5. contr. c. 9. qui ex putredine ſpirituum febrem admittit eam tamen ſalubrem: quia ſpiritus aut euaneſcunt, aut putredinem in humores tranſmittunt quaſi non poſſit putredo ſpirituum non tranſmiſſa in humores, necare.

Erit igitur febris ex ſpirituum putredine, quam non ſimpliciter ephimeram ſed ephimeram peſtilentem appellabimus, vnde motito Ioubertus timens vulgi medicorum calumnias hãc febrem ſpirituoſam appellauit. neque contrarium ſentientes declarant ſi nõ in ephimerarum cenſu reponenda hæc eſt, ad quas alias ſit reuocanda, non inter humorales, quia non in humoribus conſiſtit; non inter hecticas quia non in ſolida ſubſtantia. & præter has duas ſola datur tertia in ſpiritibus, igitur ad hanc tertiam reduci debet. Itaque mea ſententia hæc eſt quotieſcumque ignis corripit partes membrorum volatiles ſuſcitata ex materia non admodum perniicioſa, ephimera ſimplex eſt, cum vero volatiles ex arſenicali, aut ſimili venenata ſubſtantia partes incenduntur ephimera quidẽ eſt, ſed ephimera pernicioſa. Hæc intra paucas horas hominem corripit atq; fere immedicabilis: eſt ſi quidem partes iſtæ ſua leuitate cito ad cor accedunt, ſubtilitate valentius totam cordis ſubſtantiam penetrant, & labefactant.

In hoc cenſu reponitur ſudor Anglicus. Hoc Maſſaria non admittit: quia ephimeræ non fiunt cum ſudore. Imo nulla magis ſudorifica eſt febris quam ephimera. Sudores, dicunt alij, eſſe humoris redundantis ſignũ, quod colligunt ex eo quia ex Hippocrate 4. aph. 41. ſudores multi corpus euacuatione indigere ſignificant. Sed debuerant animaduertere, ſudores eſſe quidem redundantiæ ſignum, non autem materiam. Nam & A in eodem aphoriſmo, ſudores dicuntur ſignificare multitudinem cibi, neque iccirco ſudores, ex cibo fieri, dicendum eſt. Verum pars volatilis iuxta cutem condenſata in ſudorem vertitur, quod norunt vel ij qui in culina ollas tractant: ſi quidem vident ex vapore in operculis condenſato copertoria ſudare. Cur vero id, vel multo cibo vrentibus, vel multo humore redundantibus, a ſomno, accidat? cauſa eſt quoniam per ſomnum viſcera redduntur calidiora, ac proinde maiores fiunt euaporationes. Hic tamen aphoriſmus non amplectitur omnes ſudo- B res, ſed eos tantum qui ſine cauſa alia, a ſomno fiunt, ſudor autem Britanicus, de quo loquimur, etiam non dormientibus accidit. Significatque naturam tenuia, & volatilia corpuſcula quibus prauitas ineſt, per cutem velle expellere, quod ſi impediatur corpuſculis illis cito recurrentibus & intime penetrantibus ſequitur repentina mors, ſi etiam non fiat optima, & perfecta expulſio idem imminet periculum. quapropter non ſolum non eſt impediẽdus ille ſudor ſed etiam pro virili prouocandus.

C Spirituoſa igitur, vt vocat Ioubertus ſeu volatilis ex mea ſententia, ephimera autem ex opinione plurimorum, eſt febris quæ ſudor, Britanicus ſeu hydronoſos appellatur quam elegantiſſime Eraſmus & Polydorus Virgilius deſcribunt. ea anno Domini 1486. cœpit graſſari in Inſula quæ olim Britannia nunc Anglia nuncupatur, adeo ſæuus morbus, vt nulli parceret, nullum aliud malum terribilius neque contagium periculoſius, intra duodecim horas, & interdum pauciores e medio tollit hominem. Ex Anglia in Noruegos, in Danos, de inde in Germaniam commigrauit. Vltimo tandem ad Flandriã. D Initio feſtino affligit ſudore, ſed igneo, odoris teterrimi. Qui feruoris ſunt impatientes, & auram largius admittunt fere ſubito moriuntur. Aliqui cum animaduerterent id compluribus infeliciter ceſſiſſe, dum in diuerſam tendunt rationem in idem exitium inciderunt. Nam occluſis nimis omnibus, & excitato igne copioſo, opertiſque ſtragulis, quò magis, tutiuſque ſudarent, æſtu præfocati ſunt. Tandem reperto temperamento multo plures ab eo morbo conualuerunt. Itaque nullis melius medicamentis aduerſus hoc malum medici vtruntur, quam ſudoris prouocatione quem expectare iubẽt, & ſa-

& faciliſſime accidit ſi æger integra die ſitum A
non mutet quam moleſtiã qui ferre poſſunt
mercedem laboris recipiunt,& euadunt,qui
vero ferre non valent ſed ſe iactant,ac cubi-
tum mutant, nouum aerem aucupantur,
impedito ſudore ſua cauſa pereunt.
Hanc curandi rationem damnat Leonar-
thus Fuchſius ea ſolum ratione fretus quod
ſudor immoderatus non minus quam vomi-
tus,hæmorrhoides,menſes,alui deiectiones,
& alia eiuſmodi ſi modum exceſſerint,vltra
quam æger tolerare poſſit, & progreſſa fue-
rint,periculo,haud vacabunt.Hæc tamen re
prehenſio facile diluitur nam in primis do- B
cente Hippocrate 1.aph.21.*quo natura ver-
git per loca conferentia eo ducere*.quare iam
de genere euacuationis non eſt dubitandum
eſſe quale conuenit de quantitate ſi ad tem-
pus reſpicies 24. horarum ſpatium præſcri-
bitur quod non eſt admodum immoderatũ:
ſiquidem ſudores licet debilitent, non hæ-
morrhoidum, aut alui fluxus euacuationi
æquiparantur. Imo vero ſudores, niſi ſint
copioſi,nihil proſunt,vnde Hipp. 4.aph.36.
ſudores febricitanti ſi inceperint boni, &c.
Verbum illud *inceperint* ſucceſſionem plu-
rium ſudorum importare videtur, vt pru- C
denter adnotauit Ludouicus Mercatus.
Porro ſudore curatur hic ſudor,qui ephi-
mera peſtilens dicendus eſt. Nec video cur
Mercurialis,non admittat eſſe morbum acu-
tum,cum tamen non neget eſſe morbum pe-
ſtilentem.profecto cum morbus acutus defi-
niatur a Galeno 2. de diebus decret. cap. 12.
qui citò iudicatur cum periculo nullum hac
febri nec velocius, nec periculoſus malum
dici poteſt, ac proinde nulli melius acuti
morbi definitio conuenit.
De reliquis ephimeris non ita dicendum:
nam licet velociter moueantur,tamen neq; D
ſunt periculoſæ, nec magnę morbus autem
acutus præter breuitatem, debet etiam ha-
bere vel periculum, vel ſaltem magnitudi-
nem. Verum,eſt quod aliquis dicat ephime-
ras febres magnas eſſe,ideoq; vocatas Pem-
phyngodes:quia inflant, & cum in materia
tenui accendantur magnam excitant flam-
mã. Reſpondetur eſſe quidem magnas non
re vera,ſed ſecundum apparentiam ideo di-
cuntur *aſpectu graues* quaſi ij qui naturam
eius non agnoſcunt ex ſolo tactu iudicantes
graues eſſe putent,neq; ſane ex tactu qui mi-
tis eſt ſed ex ægri a calore moleſtia.

Cauſæ,quæ ephimeras febres gignunt sũt
omnes externę,& ex externis eæ quæ euidẽ-
tes dicuntur,vti ſunt animi paſſiones.Proui-
dentia in curatione in eo vel maxime conſi-
ſtet, vt frigida loca effugiat patiens,ne con-
ſtipatis meatibus impediatur tranſpiratio
vaporum, quæ in hac febre maxima fit, &
putredini occaſio detur. Sit cibus, & potus
qualis febricitantibus omnibus conuenit.

Materia putridarum ex com-munι ſententia.

CAP. XII.

COMMVNIS medicorum
ſchola alteram febrium ſpe
ciem conſtituit in humori-
bus, & hanc ſubdiuit in di-
uerſas alias ſpecies pro hu-
morum natura. Sanguinis
putreſcentis eſſe aiunt ſemper eundem ſer-
uare tenorem,pituitę repetere quotidie, bilis
tertia quaque die, melancholiæ quarta. Fe-
bris ex ſanguine putreſcente an detur certãt
Artis proceres. Auicenna 1. 4. tract.2.c.13.
deceptus fortaſſis verbis Gal.2. de criſ. c. 12.
dicentis febrem ex putreſcente ſanguine or-
tam iam quodammodo eſſe bilioſam,Gale-
num accuſat inquiens *opinatus eſt Galenus,
quod non ſit febris ſanguinis a putredine
ſanguinis: nam ſanguis cum putreſit fit cho-
lera, & non eſt ſanguis: fit ergo tunc febris
cholerica,& non ſanguinea,&c.* Auerrous 4.
colliget c. 31. in conſtantiæ Galenum accu-
ſat *quia aliquando dicit quod eſt cholerica
continua, & aliquando dicit quod eſt aliud a
cholerica*. Verum iſti duo autores falſo Ga-
lenum calumniantur, conſtat namque ex
multis Galeni locis illum febrem ex putre-
dine ſanguinis agnouiſſe 6.epid. ſect. 1. com.
2. ſic ait *inter omnes corporis partes, pluri-
mas, grandiſsimaſque venas vteri habent,
cumq; eos aut menſes, aut a partu purgamen-
ta ſuppreſſa, aut phlegmone aliqua vtrumq;
orta male acceperint, ipſos ſanguine compleri
neceſſum eſt: quo deinde putreſcente, ſi fe-
bris excitetur, inter ſynochorum ſpecies ip-
ſam connumerari opus eſt: nam id genus fe-
brium ex putrido ſanguine accendi oſtenſum
eſt*.idem repetit multis alijs in locis quomo-
do autem ſanguis putreſcens ſuam formam

Q reti-

retineat, in meis diſceptationibus declaro. Nunc, quod ad præſentem rem facit, eſt ſcire febrem ſanguinis ſynochon, ſeu continentẽ communiter appellari, quæ nullos habet circuitus. hanc triplicem conſtituit Galenus 9. meth. c. 3. quædam ſimilem tenorem conſeruat, quandoquidem a principio ad finem vſq; æqualem magnitudinem, & vehementiam habet, græce dicitur ὁμοτόνους καὶ ἀκμαστικάς. Aliȩ ſunt febres, quæ ſemper augentur, & exiguum aliquid adijciunt græce ἀναβατικὰς καὶ ἐπακμαστικὰς: hoc eſt in creſcentes, ſeu incremẽtum ſuſcipientes. Aliæ paulatim deminuuntur, & decreſcunt, quæ παρακμαστικὰς hoc eſt decreſcentes dicuntur. Verum hæc triplicitas vniuerſalia febris tempora abſumit: neque enim dabis in paragmaſtica augmentum, & ſtatum, in epagmaticas declinationem. Neque in omoronomis vlla temporum variatio, quapropter cum nec rationabilis ſit, nec in praxi vnquam obſeruata omittenda eſt.

Vnum duntaxat aduerto febres, quæ continentes appellantur, non adeo eſſe ſibimet æquales, vt nunquam habeant aliquas exacerbationes: hoc enim impoſſibile eſt: nam & ignis inæqualiter ligna adurit, ſiquidem inæquales in eo reperit diſpoſitiones, & vna diei pars quam alia, magis ægroto incommoda exiſtit. Matutina enim hora Verno tempori comparatur, meridiana æſtati, Veſpertina autumno, nocturna hyemi, & quemadmodum ſanorum corpora in diuerſis anni conſtitutionibus diuerſimode ſe habẽt ita etiam, & ægroti in varijs diei partibus. Tamen cum febris aliquantulum in aliqua hora ingraueſcat neque tamen ingraueſcentia ſit admodum notabilis, neq; ſit cum aliquo mutationis materiȩ veſtigio, vt ſunt pãdiculationes, oſcitationes, & reliqua. cumq; mutatio habeat cauſam cui tribuatur vt cibus aſſumptus, diei hora grauior, & ſimilia non quia æger conflictetur, & conqueratur, magis tunc quam in reliquis diei partibus, ideo febris ex continentium numero eſt explodenda.

Porrò de ſingulis humoribus intra venas commorantibus, aut extra egreſſis ſingulas febres tribuere, multa inuoluit abſurda: nã in primis hoc nullo euentu demonſtratur: ſi quidem euacuationes humorum, nunquam naturæ febrium reſpondentes aſpicimus. Curamus Quartanas neque purgante medi-

A camento nigra, qualia melancolica eſſe dicunt, cernuntur. Tertianas multoties vidi ſanatas expulſione crudorum, imo Galenus in tertianis iubet ventriculi haberi prouidẽtiam. Febris putrida, & ſanguinis miſſionem, & purgationem expoſtulat, ſed nunquid aliquid habẽt ſimile, ea quæ per aluum, cum ijs, quæ per venam extrahuntur.

Pręterea quis vnquam credibile eſſe perſuaſit ex quatuor humoribus intra venas in vnam fere ſubſtantiam redactis, poſſe vnum putreſcere, aut extra venas tranſmitti alijs nullam læſionem ſentientibus. Neq; vero B fluentes per vaſa humores diſſlatione priuãtur, quæ ad putredinem conditio eſt. Cæterum quo pacto putredo febrium accidat, ſequenti capite explicabo, perge nunc mecum conſiderare quam difficilis ſit iſta humoralium febrium doctrina a Galeno tradita, & ab alijs vnanimi conſenſu recepta.

Si Ephimera conuenit cum humorali in eo quod vtraque habet neceſſario in membris calorem non dum factum, cur Galenus 8. meth. in calce libri ephemeras hoc cum hecticis comune habere dicit, quod non amplius fiant, ſed vtraq; ſit facta, & hoc ſolum C differre quod diaria in leui affectu calorem habet, hectica in habitu, quæ ægre ſoluatur? Quidam Galenũ excuſans ait, dictum in via curatoria eſſe verum. Nam ſicut in hectica per ſe non eſt neceſſaria peccantis humoris concotio, aut eiuſdem euacuatio aut reſolutio, cum febris ſit immaterialis, ſed ſolum eſt opus alteratione ad frigidum & humidum inclinante: ad eumdem modum diaria febris ſolum indiget refrigeratione per alimentorũ exhibitionẽ, & frigidi aeris per reſpirationem, & reliquarum partium tranſpirationem attractione: ſecus autem eſt in D febre humorali, inqua humor, qui calorem factum, & independentem ſuſcepit, alterum in membris producit fientem, & qui vi humoris appliciti producendus eſt, præſeruatione eget per cauſæ ablationem, ille autem qui iam productus curatione per contrarium.

Hæc reſponſio licet ſub conditione vera eſſe poſſit, tamen abſolute prolata falſitatem in ſe continet, v.g. febris ephimera vel ſit a cauſa quæ præterijt, vel ab ea quæ remanet rurſus cauſa, vel immediate febrem producit, vel mediante aliquo affectu ſi cauſa præterijt, & immediate febrẽ produxit qua-

lis

lis eſt ſtatio ad ſolem, aut ita, tunc verum eſt ephimeram ſola contraria alteratione curari, ſi vero cauſa adhuc permanet, ablatio cauſę indicatur, vt febris a bubone. Si etiam cauſa, mediante aliquo affectu, nempe conſtipatione cutis febrem genuit, tunc etiam talis affectus eſt auferendus, & ſic non ſimplex alteratio in contrarium ſufficit, & proinde neq; hecticæ æquiparatur.

Si vero quæras cur in omni febri membrorum calor ſupponitur, in ephimera, & putrida fiens in hectica iam factus? Reſpondent quia ſola membra viuunt, febris vero, cum ſit morbus, viuentis paſſio eſt. De nominationem igitur ſumunt febres ab ea ſubſtantia quæ incaluit, earum tamen eſſentia eſt ſemper in membris.

Hoc ab omnibus receptum, forſitan intimius ſpeculanti difficile videbitur: nam denominari febrem ab eo ſubiecto in quo eius eſſentia non eſt, præter omnem rationem videtur. Dices fortaſſis differentiam eſſe inter calorem qui fit in membris, & humoribus propter calorem factum in ſpiritibus, & eum qui fit in membris propter calorem factum in humoribus. Sed hoc non exhaurit difficultatem: nam ſi febris eſſentia conſiſtit C in calore qui fit non in eo qui eſt factus quãdo hectica fit incipiendo, (quod fieri poſſe ex Galeni ſententia 3. præſag. ex pulſ. cap. 2. tenent communiter Doctores) & non dum eſt facta, eſt in membris calor fiens. Tunc interrogo quæ nam febris erit iſthæc? non humoralis, non ephimera: quia nec humores, nec ſpiritus ſunt calefacti. ergo vel eſt quarta febris ſpecies adhuc ignota, vel ſi non eſt febris, de nominatio a calore facto, nõ ab eo qui fit accipitur. Dices hunc calorem fientem in membris citiſſime ad factũ tranſire, quod apparet in membris gangræna cor- D reptis, & virgultis areſcentibus: ambo enim velociſſime ſerpunt. Fateor, ſed licet velociſſime ſerpat adhuc tamen per viginti quatuor horarum ſpatium, & forſan vlterius durabit. At hæc duratio febrilem ſtatum conſtituit. Sed ſi adhuc obſtinate perſiſtas non duraturum fientem calorem viginti quatuor horas, ſed incendium factum propter vehementiam cauſæ de repente apparere, hoc tibi nõ admittam, ea fretus ratione quod reſiſtentia paſſi repentinam impedit victoriam, alioquin ſi reſiſtentiæ veſtigium nullum remaneret prima ſtatim hecticæ

A ſpecies eſſet prorſus incurabilis. Tandem fictitij illi Galeni folles aerem intromittentes, non aquam, fictitiam hanc febrium introductionem eſſe prædicant. Fingit namque folles foramina habentes ea arte fabricata, vt humorem quidem non admittant aeri autem peruia exiſtant. quod tamen figmentum in corpore noſtro nequaquam locum habet. quod ſi promptius membra humoribus, & ſpiritibus quã ſpiritus, & humores membris calorem impartiuntur, vt Galenus fatetur multo facilius ex hectica fiet humoralis, & ephimera quam ex his he- B ctica.

De materia putridarum quid ſentiat Autor.

CAPIT. XIII.

FLVIDAS partes dixi eſſe materiam febris putridę, hæ non ſunt in quibus fit hectica, ſed in fixis, vt ſuo loco dicam. quid fluidas C appellem intelliges ſi mente teneas ſanguinem, qui in oſculis venarum in rorem conuertendus exiſtit, eſſe eum cuius defectu innominatam quamdam ſiccitatis ſpeciem Galenus 7. meth. fieri ait, & quoniam quatuor ſpecies ſiccitatis tùm ab eodẽ Galeno, tùm ab Auicenna conſtituuntur. & in tribus reliquis, tres conſtituuntur hecticæ gradus, merito in hac non hecticæ verum putridæ febres collocantur, ſiccitas autem introducitur etiam a putridis, quod indicat gracilitas paucorum dierum ſpatio per has febres contracta; indicat, & magna ponderẽ- D tia qua Hippocrates humectationi in eiſdem febribus incumbit.

Ardentes febres non ſine aliqua interna inflãmatione fieri præſtantiſſimorum hominum eſt ſententia. Ego vero non ardentes duntaxat, ſed omnes, quaſdam magis, alias vero minus in aliqua interna inflãmatione fundamentum habere arbitror. Nam particulæ iam in oſculis venarum collectæ illic adhærent, quæ circumſtantium partium obſtructione nõ difflãtur, & neceſſe eſt vt putreſcant. quod ſanguini in vaſis hac illac fluenti, & maxime arteriali, non ita facile contingit.

Sed quætes, quomodo in vrinis cognoſcatur febrilis materię diſpoſitio? quærã & ego quomodo in vrinis, per febres colliquantes, colliquatio apparet? nẽpe quia a carnoſis partibus, ad venas, colliquata refluit materia, a venis in renes, & inde per vrinarios meatus excernitur. Eodem prorſus modo particulæ putridæ, ab oſculis venarum, ad venas recurrũt, atque maſſam ſanguinis permiſtione putrilaginis inficiunt.

Auerroes eamdem, quam diximus materiam febris ſtatuit nempe eam, quæ eſt in particulis tertiæ coctionis, quamuis & aliam in venis admittat: nam lib. 3. colliget. c. 4. de putridis, non de hecticis ſermonem habens ita inquit. *Species harum febrium ſunt duæ, vna quæ eſt in venis, altera quæ eſt in membris, hoc eſt in locis degeſtionis tertia.* Diocles referẽte Plutarcho lib. 5. de placitis philoſ. c. 29 dixit *ea quæ ſub oculis ſunt abſtruſa in corpore demonſtrare, illis autem, quæ ſub oculis ſunt ſuccedere febrem cernimus vulneribus, inflamationibus, abſceſſibus inguinum*. quaſi dicat quemadmodum externæ inflamationes externi abſceſſus, & externæ, ſolutiones continui, ſatis febres inducunt, ita etiam (argumento facto ab, his quæ ob oculos ſunt ad abſtruſa & occulta) dicendum eſt eaſdem cauſas interius exiſtentes, cũ externæ non adſint, febrem efficere. Ideo dictum puto ab Eraſiſtrato febrem conſectarium eſſe malum, hoc eſt, quod putredinem partium conſequatur.

Interrogabis tamen, quomodo multiplices febrium ſpecies fiant? ad quod non eſt difficile reſpondere: ſi quidem ſanguis, ex quo membra nutriuntur, non vnius naturæ eſt; at dum bene ſe habet vnius naturæ videtur, ita eſt vnitus, & totus ſibi ſimilis, cum autem a natura non bene gubernatur (id fit tum quia igne concepto diſſoluitur, & comunicat partibus putredinem, ex qua febris; tum quia febriente animale cuncta præpoſterè aguntur) tunc ſuam eterogenuitatem oſtendit, & quia particulę corporis igne febrili putreſcentes diſſoluuntur, ſanguini permiſcentur, quemadmodũ immunditiæ vrbis mittũtur ad flumina. igitur sãguis putredine cõſpurcatus, quid a ſe emittet niſi cõſpurcatum, ideo in vrina, & ſudore fætor per febres maior, quã per ſanitatem, & ſi nullus fætor, peius: nam vbi putredinis eſt cauſa apparens in ſymptomatibus, ſi non appareat in excre-

A tis, & ratione ſigni, & ratione cauſæ, eſt peſſimum; putredo enim retenta cauſa eſt grauioris mali; bonum excretum prauo intus manente, ſignum eſt ſuperatæ naturæ. Nec ſolum fætor, ſed color mutatur, hoc eſt quicquid ſulphureum, aut arſenicale diſſolutum eſt, & aduſtum, quo magis tale eſt, eo horribilius vrinam tangit., hypoſtaſis etiam, quæ in ſanitate vnita, & mediocriter tenuis alba æqualis erat (ita vt non immerito comparetur a Fernelio, nebulæ, quæ in aqua roſarum ſtillatitia apparet) iam, & propter prauitatem ſalium, qui diſſoluuntur, & pro-
B pterea quod non ſunt bene diſſoluti, nec bonæ materiæ ſunt ſales, in fundo vrinæ apparent diſiuncti, groſſi, praui coloris quod vero laudabiles a natura vniantur experimento cognoſces, nam quantumuis vrinam concutias, partes, quieſcente rurſus vrina, ſtatim ad ſuam vnionem, & ſplendorem ſolitum redeunt. quod ſi non redeant ſignum eſt incipientis mali. etenim iam ibi latet ſimultatum, & diſcordiæ origo.

Porrò, quoniam iam ex Microcoſmi anatomia didicimus ex quibus homo componatur, non id reperere eſt opus. Quod tamen
C ad præſentem rem, & ad ea, quæ dicenda inferius ſunt, pertinet, memoriæ mandare oportet, ſalem, & ſulphur ſemper inuicem permiſceri, ita vt ex vtroq; ſemper vna hermophrodita euadat natura. Id addiſces in vrina, in qua arctiſſime ſal, & ſulphur iunguntur, quare paululum relicta, & ſalis ſpecimen aſpectu, & ſulphur fætore profert. & quoniam ſudoris eadem, quæ vrinæ eſt materia, hinc euenit quod per ſudores, & vrinas, febres multoties leuentur, per vtriuſq; qualitates qualis ſit febris cognoſcitur. Itaque materia peccans in febribus nihil aliud eſt,
D quam ſulphur, & ſal petræ, ſed innumeræ ſunt ſalis, & ſulphuris naturæ, pro vt innumera mineralia componunt, ideo diuerſa accidentia in febribus producunt.

Hæc, quæ dicta ſunt, euentu comprobantur, & hinc elicitur ratio, cur ſalprunellæ febribus ardentiſſimis conferat; quod mirũ fortaſſe videbitur, ſed Hungaris ſatis notũ, febris in illa regione quaſi Endemica eſt, quam prunellam vocant, quia prunæ inſtar lingua nigricans in ea febre conſpicitur. Huiuſmodi ardentiſſimæ febri extinguendæ nullum præſtantius inuentum eſt remediũ quam iſtud, per excellentiam, ſalprunellæ

ap-

appellatum,& ex ſulphuris floribus,& ñitro compoſitum, quæ duo ſunt componẽtia pyrium puluerem,quo ſclopetarij vtuntur.

Remedium hoc diaphoreticum, diureticumque ſummopere eſt: cum igitur ſudores prouocet,& vrinas,multam ſalil nitri, & & ſulphuris quantitatem extrahat neceſſe eſt, quapropter corpus expurgat ab eo quod febri, quod ardori quod ſiti, quod anxietatibus materiam præſtat.

Quamuis autem volatiles partes poſſint igne corripi, & ita febris ephimera abſque alia conſiſtat. ſi ephimeram patiens nulla vtatur prouidentia conuerritur ignis ad partes fluidas, quæ ſi obſtructionibus arctentur ita, vt faciles ſint ad concipiendam putredinem,in ijs febrile incendium excitatur quod accidit quando apta eſt in membris diſpoſitio ad ignem concipiendum, vel multæ obſtructiones ignem retinentes. quod teſtatus eſt Galenus lib. 8. met. cap.4. inquiens *quod ſi & multi, & craſsi, & glutinoſi impacti ſucci ſint, qua hos excipit febris, fieri non poteſt, vt intra fines diariarum conſiſtat. quando ex neceſsitate huic in mali ſucci naturis ea qua ex putredine humorum accenditur ſuccedit* quapropter licet ephimera ſe ipſa euaneſcat, vt euaneſcit ignis,qui in ramis tenuiſſimis accenſus ad truncos ſine diligentia applicantis actiua paſſiuis nõ ſe introducit. tamen ei debetur ſaltem præſeruatio,ne videlicet in grauius malum delabatur.

Putrida ſine ephemera conſiſtere haud quaquam poteſt: neque enim imaginatione quiſpiam concipiet tamquam poſſibile incendi materiam difficilem, facili illæſa remanente.Sed cur multoties febres,præcipue quas malignas appellamus, cum exigua flãma fiunt? profecto ſi tunc ephimera etiam eſt,patentior erit. At quandoque, vt inquit Auicẽna,nec percipit æger nec tangens multitudinem caloris, quomodo ergo dicendæ ſunt partes tenues accenſę? Tu dic in malignis, & peſtilentibus magnam dari reſolutionem & laucinationem partium volatilium,atque ita cum pauca flamma,linguę nigrities, reſpiratio denſa ad ſũt,& vires ob reſolutionem adeo ſunt proſtratę vt ęgrotus ſe nihil mali ſentire dicat,& tamẽ in lecto moueri nequit.

Itaque tam ephimera,quam putrida, quã etiam hectica, partes corporis occupãt. Nẽpe ephimera in ea membrorum parte quę
A vaporoſa ſeu volatilis appellatur. putrida in
parte fluida, qualis eſt condenſatus ſanguis
iam iam in alimentum tranſmutandus. he-
ctica in parte fixa,quę quia triplex eſt tripli-
cem conſtituit gradum, vt ſuo loco fiet ma-
nifeſtum. Interim de putrida dico inſita eſ-
ſe in nobis ſemina quędam rerum multipli-
cia,inter quę aliqua corruptionis ſunt princi-
pia:quoniam non amicam naturę noſtrę ob-
tinent naturam. Hęc in exaltationem addu-
cta (vel ab aeris ambientis improportione,
vel ab aſtrorum influxu, vel etiam,quod fa-
miliarius eſt, ab vſu ciborum plures partes
B partibus his inimicis familiares habentium)
dominium acquirunt, & febrilia parturiunt
incendia.

Notandum tamen eſt, differentiam eſſe
inter ſimpliciter putridam, malignam, &
peſtilentem, ſecundum magis, aut minus
perniciosum venenum quod exaltatur. Nã
cum putredo fit, & particulę quę per putre-
dinem ſoluuntur non admodum hoſtilem
naturam poſſident, aut poſſident quidem
non omnes,ſed pauciſſimę, tunc febris ſim-
pliciter putrida appellatur;ſi vero inter par-
ticulas putredine diſſolutas,maior ſit nume-
C rus earum quę venenoſę ſunt, aut venenum
earũ ſit pernicioſius, febris efficitur putrida
maligna. Quod ſi vlterius progrediatur,ita
vt venenoſę partes, & admodum pernicioſę
dominium occupent tunc peſtilens appel-
latur. Malignarum febrium particulas na-
tura moleſtata poteſt ad cutem expellere,
ſe exonerandi ergo quod in puncticulis ſit
manifeſtum: maculę enim illę tam quam
per cribum tranſcolatę exiguę, multico-
lores, quid aliud oſtendunt quam particu-
las noſtri corporis accenſas, & varietate na-
turę inter ſe diſtinctas ad cutem mitti, ſine
D rigore: quia non accedunt cum impetu:ſine
pruritu:quia materia diſſipabilis eſt,pruritus
autem fit adhęrentibus morſicantibus? Si
expulſio perfecta fuerit cum bono omine fit,
ſin imperfecta nĩl aliud pręſtat quam mali-
gnitatis ſignum.In peſtilentibus non ſolum
particulę ad cutem mandantur ſed, & cum
ſanguinis maſſa conglobatę etiam a natu-
ra expelluntur nullo tamen ordine nulla
pręſcripta lege, atque multoties ad emun-
ctoria accedunt,& in prauos abſceſſus abeũt
aliquando per corpus diſperſa antraces effi-
ciunt,ita, vt ſi partes illę venenatę ſeu arſe-
nicales mercurialis ſint naturę ad emuncto-

ria

ria dilabuntur, & fiunt in adenibus bubones peſtilentes, ſeu vero magis fuliginum in morem ſalis, & ſulphuris naturam referant, tũc quia ſepticæ ſunt, varijs locis ſe impingunt atque ibi adurunt, & carbunculi fiunt: nam fuligines arſenicales, & cauſticæ eſcharam inducunt, non tamen ibi omnes coniungi credas ſed magnam partem intus remanentem grauiſſimi periculi, & vt plurimum interitus cauſam eſſe, & multoties intus relictas gignere internas inflammationes, & abſceſſus, qui doloribus intolerabilibus ſe ſe produnt. Ex hoc veneni prædominio, in peſtilentibus, euenit vt ſemper in ijs febribus criſes fiant ad malum: quia videlicet magis naturæ anxiæ, quam victricis ſunt opera.

Tam malignę, quam peſtilentes, quæ extra peſtilentem conſtitutionem fiunt, requirunt morboſum apparatum hoc eſt multas venenoſas partes, quæ cum ignem ſuſcipiũt, tormenti bellici in morem agitantur verſus cor. Peſtilens autem in ſtatu peſtilente, citra apparatũ morboſum, accidit: quia videlicet volitant tunc temporis per aerem corpuſcula venenata, quæ reſpiratione attracta maiorem hominum partem inficiunt, & duntaxat incolumes remanent ij, qui, vel propter naturæ præſtantiam, vel propter alexiteria, quibus ſe tuentur, poſſunt ingredientem aerem impedire quo minus cor offendat.

Hinc addiſces quare malignæ, & peſtilẽtes ſint contagioſæ, peſtilentes magis: quia videlicet corpuſcula emittunt, quæ adhęrentia poſſunt nocere, aliæ vero febres exhalãt fumum cicurabilem. Ex omnibus tamen mori contingit, quia in omnibus quantitas putredinis augetur adeo, vt iam anima tantam non poſſit tolerare. Sed facilius ex maligna, faciliime ex peſtilente accidit interitus: quoniam hęc propter prauam naturam minore augmento intolerabilis redditur. At vero ſimpliciter priuſquam ad tantam adueniat quantitatem quæ occidere poſſit remedijs cohibetur.

Febrium plurimæ per ſtatutas reuerſiones inuadunt.

C A P. XIV.

A SYNOCHAE ſeu continentes dicuntur febres, quę nullas habent ſtatutas periodos. continuæ proportionales, quæ licet nunquam intermittant, tamen pręſtitutas habent reuerſionis horas, quę vero ad omnimodam integritatem veniunt, intermittentes nuncupantur. Sunt tamen aliquę natura ſua intermittentes, quę quoniam accedere feſtinant, ſubſequens periodus pręoccupat pręcedentem, antequam pręcedens finiatur, & quia ſub intrando continuitatem
B efficiunt, continuę per ſubintrantiam nuncupantur.

Has autem, quę per ſubintrantiam continuę ſunt, ſuapte natura intermittentes eſſe cognoſces, licet ſubſequens, ante pręcedentis inclinationem arripiat, ſignum autem quo cognoſcuntur eſt rigur, quo inuadunt, teſte Hipp. 4. Aph. 63. rigoris nomine quamlibet refrigerationem intelligunt Theodorus, & Oribaſius, iccirco Fuchſius ῥίγεα vertit frigora, quamuis alij vertant rigores, & hoc eſt iuxta eiuſdem Hippocratis doctrinam, qui in libello de morborum iudicijs inquiens
C quibus frigus in febre ſuperuenit, febris ſoluit, de frigore non de rigore loquitur Intellige tamen de frigore, aut rigore, qui ordinatim euenit: nam inordinatos rigores in continuis, vidit Hippocrates 1. epid. ſect. 2. tex. 25. & alibi lęthale eſt frigus extremarum partium, & rigor adueniens ęgro debili exiſtente. Quod autem de Hemitritęo aliqui obijciunt, nihil nocet. Nam hemitritæus ex continua, & intermittente compoſitus, ex ea parte qua intermittens eſt, poteſt rigores habere. Galen. 1. de arte curat. ad Glauconem continuis rigorem videtur admittere,
D ſed, cum hemitritęos pro exemplo afferat, non de veris continuis videtur locutus. cur autem intermittentes cum rigore, aut horrore, vel ſaltem cum frigore inuadant? ſuo loco dicemus, continuę proportionales hoc eſt, quę natura ſua continuę ſunt non poſſunt particulari declinatione carere: nam ſi careant iam non tales erunt ſed continentes.

Nęc tamen ſolæ febres per ſtatas reuerſiones fiunt, ſed & quamplurimi alij morbi indagare autem harum reuerſionem cauſas ſimile eſt ac ſi philoſophus cauſam quæras multarum rerum, quę in magno mundo

per

per recurſus fiunt, vti eſt fluxus & refluxus maris, cuius cauſa adeo eſt abſcondita, vt propterea *mirabiles electiones maris* pſ. 95. dicantur, & Plinio lib. 2. c. 97. *æſtus maris accedere, & reciprocare maxime mirum pluribus quidem modis*. dixit, Variæ marini æſtus cauſę a varijs aſſignantur, maior tamen opinantium pars ad Lunam refert, & non ſine aliqua probabilitate: quandoquidem motus maris, & eorum quę maritima ſunt motum Luna ſequitur, & imitatur. Luna autē dicitur mouere mare non per ſe, verum vt Solis aſpectu promouetur. Quapropter aqua ebulliens intumeſcit, curſumq; detumeſcit, ceſſante ebullitione; vnde non immerito fluxus iſte, & refluxus, maris ęſtus appellatur, quaſi ęſtuante mari contingat.

Non minoris difficultatis eſt ſcire quare, in microcoſmo ęſtuante, fluxus, & refluxus fiant? quod aliqui ſimiliter ad Lunam retulerunt. Occaſionem forſitan prębuit Galenus, qui criſium cauſas ad Lunam retulit. Reſpondent aliqui diuerſam eſſe rationem in criſibus, ab ea quę eſt in febrium periodis: nam in criſibus merito Galenus ad Lunam ſe contulit quando non alia huius rei potior ratio inuenitur. In febrium periodis ratio in nobis reperiri poteſt, quare ad Cœlum confugere nulla nos neceſſitas cogit. Iſti tamen Galeni defenſores, dum illius autoritatem tueri conantur, magis illi nocent: ſiquidem iam fatentur illum criſium cauſam in Cœlo quęſiuiſſe, quam in ſublunaribus non reperijt, & ſic doctrinam de criſium cauſa a Galeno datam magis fugam, quam veritatem appellabis.

Non eſt ergo Conciliator hoc nomine damnandus, quod videlicet ad cœleſtia corpora cauſam reuerſionis morborum retulerit, verum tamen ideo non recipiendus quia cauſam omnibus comunem, aliquibus propriam fecit. Si tamen in iudicium vocetur non carebit excuſatione; neque enim Cœlum ita huius rei cauſam eſſe voluit, vt non concurrant etiam cauſę exteriores, nempe multitudo materiæ, & locus. Hoc ita ſenſiſſe patet: ſiquidem ſanguini periodos negat, tum propter multitudinem, tùm ob locum in quo eſt, nempe intra vaſa maiora, minoraue. Concurrere autem Cœli vim nihil prohibet, vt ait Ariſt. lib. 4. de generat. Anim. cap. 10. *Quemadmodum mare, & omnem humorum naturam ſubſiſtere, mutari-*

A *ue, pro flatuum motu, & quiete videmus, aerem vero, & flatus, pro Solis Lunaq; circuitu affici, ſic ea quæ ex ijs, aut in ijs oriuntur ſequi neceſſe eſt*. Sic Ariſtoteles qui ſublunarium rerum motum, & quietem ad Solis, Lunæq; circuitum referre videtur.

Alij ſunt, qui ad occultam in humore exiſtentem proprietatem confugiunt. Hi autem quid aliud dicunt quam occultam eſſe huius rei cauſam. Vnde ex quæſiti occaſione, quæſiti reſponſionem conficiunt: occaſio enim, quæ nos mouet ad quærendum periodicationis cauſam, eſt quia talis cauſa eſt oc- B culta, at iſti dum quæritur quænam iſthæc cauſa ſit? occultam eſſe reſpondent. non ego ex ijs ſum qui omnium rerum manifeſtam rationem reddi poſſe affirmant, quos merito Schaliger reprehendit, multa namque nobis deliteſcunt; tamen facile ad hoc aſylum confugere ſumma ignauia eſt, quæ ſcientiarum prohibet augmentum. Verum tamen excuſandi ſunt, qui in re admodum difficili, qualis ex Galeni ſententia 3. de dieb. decret. c. 8. eſt iſta de qua agimus, non audēt vltra progredi, & in cauſis occultis conſiſtunt, ad quam neceſſario in multis recur- C rendum eſſe quamplurimis exemplis propoſitis Alexander Aphrodiſeus nos perſuadet.

In hanc qualitatem occultam incidit Fernelius lib. 4. de febribus, c. 11. quamuis intermittentes a continuis per loca, in quibus materia putreſcit, prius diſtinxerit (de quo mox dicam) tamen cum putreſcens pituita quotidie, Bilis tertio, Melancolia quarto quoq; die impetum faciat rationem refert ad propriā contractæ putredinis qualitatiſue naturam, atque conditionem, quæ omnem corporis ſtatum naturalem immutat, vt Epi- D lepſiæ inſultus, aut hydrophorbiæ impetus, non humoris genus, ſed qualitatis natura in humore ſita exiſtat; & menſtruam mulierū purgationem ſtatis periodis mouet non ſanguinis exuperantia (nam ſiue paucus ſiue multus eſt in muliere, menſibus tamen ſingulis niſi quid naturæ ordinem interpellet, erumpit) ſed vis ortæ qualitatis, ita & vis quædam, ſeu qualitas in humore genita efficit, vt putreſcens pituita quotidie, bilis flaua tertio, atra quarto die impetum faciat.

Hæc eſt Fernelij ſententia, in qua concluditur aliam qualitatem aliumq; motum eſſe pituitæ, alium bilis flauæ, alium melan-

colíæ

coliç cum ſingula putreſcunt. Hoc quidem A per quam verum eſt, ſed Fernelius quæſitũ abſoluit in eo loco, vnde incipere debuerat, nempe cur alia ſit putredo bilis, alia melancoliæ alia pituitæ? Hanc cauſam occultam multi ſunt qui recipiunt, inter quos numerabo Gentilem fulginatẽ, & poſteriore æuo Horatium Augenium, qui tamen ſanguinẽ nulla vel intermiſſione, vel ſaltem remiſſione affligere aiunt, propter ſuam multitudinem, Fernelius non ad multitudinem, ſed ad ęquabilem humorum permiſtionem, ex qua ſanguis conſtat, cauſam huius rei videtur reducere, ita vt cum ſanguis a mediocri- B tate deficiat biliosus, vel pituitoſus, vel melancolicus, redditus continuam ſui generis efficiat.

Ludouicus Mercatus eos reprehendit, qui cauſam, cur febres intermittant implicant cum cauſa varietatis circuituum; cum tamen aliud ſit quęrere cur morbi per periodos eueniant, aliud cur bilis tertio, melancholia quarto, pituita quotidie repetat? Et hoc quidem merito ab eo dictum exiſtimo: nam intermittere, aut non intermittere ab vna cauſa prouenit, at vero certis, & ſtatutis periodis exarcerbari, cum tam intermitten- C tium quam continuarum ſit proprium, diuerſam cauſam habet: ſic Galenus, ſic Fernelius, ſic optimi quique autores diſtincte procedunt. Nos, ne in Mercati iuſtam reprehenſionem incidamus, prius cur febres intermittant dicemus, deinde cur hoc aut illo ſeruato ordine inuadant.

Galenus latiſſime in capite vltimo libri ſecundi de differentijs febrium hanc rem proſequitur; quicquid tamen ab eo ibi eſt dictum, videtur, hoc modo, in pauciora poſſe colligi. duplex eſt extraneum qualitate vnum, alterum quantitate, horum quodli- D bet in parte aliqua aceruatum, eam moleſtat, & ad expulſionem excitat, ac proinde in partem imbecilliorem trudit, & ex hac in aliam magis imbecillam; hoc autem contingit ſi pars vbi extraneum generatur, robuſtior fuerit, ſin imbecilla, in eodem reſidet loco id quod pręter naturam generatur. Itaque cum tanta facit ſtatuto tempore aggregata ſuperfluitas, quanta effatu dignam efficiat lęſionem, tunc per circuitum exacerbari contingit. Nam quod ſemel effluxit, aut aggregatum eſt, febris ardore vel omnino, vel magna ex parte diſſipatur; quod ſi nullam imbecillitatem pars inflammata cõtraxerit, neq; iterum ſuperfluitates immittantur, finitur ęgritudo, neque amplius febris redit. Sed quoniam multoties eadem remanet cauſa, quę primam materiam genuit, altera denuo gignitur, atque hominem per circuitus febricitare eſt neceſſarium.

Dupliciter igitur, ex Galeni doctrina febres redeunt: vel quia materia offendit partem, in qua accumulatur, vel quia aliunde ſeu detruſa, ſeu attracta influit. Hunc ſecundum modum nempe per affluxum non admittit Fernelius, ſed cuilibet generi febrium propriam ſedem conſtituit, continentium quidem in venis cordi proximis, ac proinde putredo cor aſſiduo pari vehementia exercet: continuarum vero, quas proportionales appellamus, in venis aliquantulum diſiunctis, e quibus putredo in cor pari impetu aſſiduo ferri nequit. Intermittentium vero ſedem eſſe dicit primam corporis regionem, circum pręcordia, circum ventriculum, diaphragma, iecoris cauam, lienem, pancreas, omentum, aut meſenterium. Hanc ille ſuā doctrinam demonſtrare ſe putat. Cęterum quod etiam illic intermittentes febres fiant ne Galenus quidem negaret, quod duntaxat illic, hoc admitti non debet. Nam quod illi impoſſibile videtur ita de repente humorẽ ſanguine per mixtum, a ſanguine prorſus ſecerni, & momento in extimas partes, in manuum pedumq; extremitates, in naſi ſummitatem detrudi non eſt impoſſibile multi ſi quidem effectus hoc nobis facilitant, & inter alios epileptici paroxiſmi, vterina ſymptomata, & alia quam plurima. Quod adiungit febrilem materiam ſi eſſet in venis poſſe vnica ſanguinis miſſione amputari; hominis dictum eſt, qui non conſiderauit, materiā quidem euacuari, fomitem vero relinqui, quod Galenus exemplo eorum quæ in olla elixantur declarat: cur enim in olla nidoroſum aliquid relinqui admittemus? in partibus vero in quibus humores putruerunt negabimus? Ait præterea in continuis materiam peccantem in vaſis contineri, quia pars eius non effunditur in habitum corporis, & hoc non euenit ex eo quod maior ſit obſtructio in continuis, quę impediat hanc effuſionem, quam in intermittentibus: nam rigor etiam in prima euaſione continuarum fit; ſi ergo obſtructio in primo ingreſſu non impedit, cur impedit poſtea. Reſponſio eſt in-

prom-

Digitized by Google

promptu, potuit in principio continuatum natura expellere, ac proinde accidit rigor, poſtea vero non potuit. Vrinæ inquit Fernelius in horrore, & rigore febrium intermittentium minguntur albæ, tenues crudæ, ſignum quod bilis intro potius quam foras expellatur. Quid ni? minguntur decolores quia humores alio quam ad vias vrinæ diuertuntur. Cętera quæ affert huius cenſus ſunt, & facile ſoluuntur, quibus omiſſis quid mihi potius dicendum videatur iam explico.

Autoris ſententia de reuerſionibus febrium.

CAPIT. XV.

DVO in primis conſideranda propono, locum & materiam: locum vtrum propinquus ſit cordi an vero longinquus, & ſi lōginquus vtrum vaſa ampla habeat quibus cordi communicetur, an per anguſta & exilia quicquid in ſe habet cordi inſinuet. Materiæ tum quantitatem, tum qualitatē: quantitas vel eſſe poteſt mediocris, vel magna, vel parua; qualitas inimica naturæ noſtræ eſt, vel ex ſe, vel ex accidente.

His ita poſitis ſi in locis cordi propinquis incenditur materia multa, per ſe inimica cordi, febris eſt continens maligna. Continens quia quomodo ceſſabit, aut miteſcet incendium quod per breuiſſimum ſpatium, ex multa flamma propinqua, & ex multa fit lignorum congerie? Maligna quia materia per ſe inimica vitæ noſtræ non ſolum habet ſimplicem antipathiam factam ab igne auċto, ſed etiam aliam ex venenoſa natura cōparatam, & aduerſus hanc præcipue alexipharmacis pugnamus.

Si vero in eiſdem locis cordi vicinis materia itidem cordi inimica ſed non multa accendatur febris adhuc continens eſt, & maligna ſed accidentia magis occultantur; premit enim ſola qualitas, non quantitas.

In eiſdem membris cordi vicinis materia multa, ſed quæ inimicitiam habeat non ex prauitate naturę, ſed ex igne accenſo, tunc continens quidem febris eſt, ſed non maligna, & tantum malignitatis habet, quantū

A partium venenoſarum: ſemper enim ignis aliquas reperit quas corripiat.

In membris longinquis, ſed per ampliora vaſa communicantibus, poteſt etiam ex multitudine materiæ ſynocha, hoc eſt continens febris excitari: hanc concedit Galenus ex vtero 6. epid. ſect. 1. tex. 2. Vtero itaq; phlemone correpto calidiſſimæ febres eueniunt 6. epid. ſect. 5. com. 14. Quod ſi dicas etiam ex calcis fractura 2. de fractur. tex. 23. continentes febres excitari, cum tamen ex calce nulla ampla vaſa ad cor tendant. Reſpondet Galenus in commento id euenire. *non quia*
B *os altenatur: ipſum enim ſi per ſe circumſcribatur nullam ſuperiorum partium afficit, ſed quia ad partes quæ ipſum cingunt, ipſique alligantur eius vitium pertinet: chorda igitur, quæ calci innectitur ſi ibi inflammatione teneatur muſculos quidem poſterioris partis cruris, qua carnoſa prominet propter conſortium afficiet, cum ab ipſis oriatur quibus muſculis affectis, nerui qui per eos diſtribuuntur, prompteque læduntur, quemadmodū arteria. per quas cor noxam ſentit ſicut per neruos cerebrum.*

In eiſdem longinquis partibus, poſſunt
C febres continentes fieri ex materia maligna non tamen multa, ſic febres ex hypochondrijs malignæ 1. pror. 21. Ratio vero quare febres continentes fiant eſt, quia materia, vel facile ad cor peruenit, vt ex locis propinquis, aut ex ijs a quibus ad cor ampliora patent vaſa, vel quia ob multitudinem, venenumue non vincitur, a vicinis partibus, atq; ita ſemper eodem modo ardet, ſemper eodem modo fumat: etenim ignea vis licet vincat reſiſtentiam partis in qua depaſcitur, vincitur tamen aliquando a partium circum vicinarū reſiſtentia, atque ita fit minor, minore exi-
D ſtente materia; & ad tantam paruitatem deuenire poteſt, vt iam eius fuligines ad cor non accedant, atq; ita fit febris intermittens: vel mittit quidem ſed tam ē exiguas, & tunc remittit non tamen intermittit, cum vero iterum portio ignis excreſcit noua fit acceſſio. Si vero ignis, vel quantitate, vel qualitate ita polleat, vt reſiſtentiam partium circumuicinarum ſuperet, ſemper multas emittit fuligines, ſemper eodem modo ardet, ac proinde continens eſt.

Itaque ex materia non multa, neq; multum maligna ex partibus longinquis fit febris continua quidem, ſed quę exacerbatio-

nes habeat dicitur continua proportionalis. Ex longinquiore, & minore quantitate fit omnino intermittens. Atq; hinc eſt quod febres intermittentes periculo vacare dixit Hippocrates 4. aphor. 44. rationem reddit Galenus: quia intermittentes nec ex inflammatione, nec ex maligna putredine fiunt, hoc eſt, non multa, nec venenata eſt materia, ſiquidem ſi talis foret continentes efficeret. Obijcies forſan cõtinuas proportionatas eodẽ iure, quo intermittentes periculo vacare, ſi quidẽ cõtinuæ etiam ſunt, & longinquum a corde habent focum, & materiam non malignam. Reſpondeo, continuam proportionatam, ex maligna etiam materia gigni poſſe, ita tamen, vt comparatiue cum malignitate continentium, ſit admodum minor. Atque hæc mihi conſentanea ratio videtur, cur febrium quædam omnino intermittant, ita vt inter duos paroxiſmos detur integritas, quæ ἀπυρεξία, hoc eſt, infebricitatio appellatur, aliæ remittant quidem per ſtatutas vices ſed non penitus diſcedant, aliæ continenter affligant. Supereſt nunc inquirere, cur hæc quotidie, illa tertio quoque die, illa alia quarto repetant: & cur aliqua ſit, quæ nullam efficiat periodum?

Peculiarium periodorum peculiares cauſa.

C A P. XVI.

RELICTIS igitur ijs, qui cœleſtem cauſam afferunt, & ijs, qui occultam: nam prior opinio comuniſſima eſt, nec nos a peculiari inquirenda excuſat, ſecunda nihil docet, ac proinde non ſatiat. Aliqui ſunt, qui ad quantitatem humorum in noſtro corpore redundantium ſe conferunt. ſanguinis, inquiunt, maxima eſt inter reliquos humores copia, ac proinde inceſſanter ardet, pituitæ magis quã bilis flauæ, & atræ, & ſic incenditur quotidie; bilis flaua ſuperat melancholiam, quare tertio quoq; die corripitur, melancholia omnium exigua eſt, quapropter ad quartam expectat diem.

Multa tamen ſunt, quæ prædictam doctrinam falſitatis conuincunt. Omitto quod humorum proportiones perperam aſſignan-

A tur: nam, vt late oſtendo in meis diſceptationibus, melancholiæ maior, quam bilis quantitas in nobis colligitur, ſed quando portio humorum talis ſit, qualem iſti autores ſibi fingunt, nunquid ſi pituitæ adſit minor copia, quã bilis, efficiet tertianam? nunquid ſi bilis fuerit minor quam melancholia erit quartana? profecto, ſi Galenum ſequi volumus, ille variationi quantitatis tribuit mutationem in longitudine, aut breuitate proximorum, non vero in circuitibus, variationem.

Reſpondet Valleſius in hunc modum

B *cum tam parua copia pituita congeritur, ſupatiente membro, vt non valeat ſingulis diebus, aut bilis, vt non valeat tertio quoque die irritare, humor diſcutitur, aut totus vacuatur per iudicium, ita vt nulla febris repetat, aut calore membrorum in aliam ſpeciem humoris mutatur, itaq; aut fit per mutatio, aut febris qua erratica vocatur.*

Hæc tamen reſponſio mera fuga eſt: nam ſupponamus bilem in aliquo corpore creuiſſe, pituitam decreuiſſe (quod factu quidem poſſibile eſt) bilis autem ad eam quantitatem decreſcat, in qua erat pituita, & pituita

C augeatur ad quantitatem, in qua erat bilis, nunquid ſi bilis iſta putreſcet non efficiet febrem bilioſam. nunquid non efficiet tertianarios circuitus? ergo iam quantitas non eſt quæ facit reuerſiones.

Alij, in quorum numero eſt Mercatus, dicunt varietatem circuituum prouenire ex qualitate humoris, id eſt ex maiore facilitate ad putreſcendum. Sãguis quia calidus, & humidus eſt, facile putreſcit, cumq; familiariſſimus ſit naturæ noſtræ, nunquam ab ipſa expellitur, donec ex toto propriam formam amiſerit, & ita ſine intermiſſione fe-

D bres accendit, ſecundo loco eſt pituita, propter humiditatem, & ita facit quotidianam, bilis propter calorem, & tertianam facit: omnium tardiſſime putreſcit melancholia, & facit quartanam. Sed quid mihi dicet iſte de quintana, ſextana, & alijs? forſan reſpondet iſtas febres non dari: quia Galenus negat ſe talem febrem vidiſſe diſtincte, & videtur rationes Dioclis aduerſus Hippocratem cõmendare 1. epid. ſect. 3. ad hoc reſpondebo vnum mihi Hippocratem, oraculi inſtar eſſe: quippe qui nihil temere ſcriptis mandauit. Adeſt præterea Auicennæ apud me non contemnenda autoritas, qui 1. 4. doct. 2. c.

71. experimento confirmat tales circuitus ſolere eſſe in febribus. nec Galenus aperte reluctatur ſed ſub dubio rem hanc relinquit quæ multorum teſtimonio, qui tales febres viderunt, confirmatur. Præterea cur bilis propter calorem tardius ſuccenditur: num quia (vt ait Mercatus) calor bilis naturalis eſt, & extraneo reſiſtit? At quis bilioſo humori calorem tribuet naturalem? quamuis enim illi humori naturalis ſit, corpori tamen præter naturam eſt.

Plato, facilitati maiori, aut minori, qua ignis accenditur, hoc tribuit nec omnino incongrue: etenim in Timæo ſic ait. *quando igitur ignis potiſsimum exceſſu corpus languet continua febri laborat, quando vero aeris, quotidiana diſcreta: aqua tertiana: propterea quod aqua ſegnior eſt, quam ignis, & aer: terra demum exceſſu quartana: ſi quidem terra omnium tardiſsima quarto gradu, cum ſit temporis circuitu quarto ſeruet, deſtruetque hinc quartanas infert febres, quæ vix, ſero quæ ſanantur.* ignem igitur vult efficere continuam, quaſi ita dicat materia quæ igni ſymbolica eſt, & facile ignem ſuſcipit, vt non immoratur in ſuſcipiēdo igne, ita nullum ſpatium habet, in quo ignis otietur. Aer efficit quotidianam nēpe materia, quæ iam magis reſiſtit igni, ſed adhuc exiguum, otiatur quidem, ſed per adeo exigua ſpatia, vt quotidie accendatur. Aqua efficit tertianam: quia ſcilicet maior difficultas eſt in imprimendo aquæ igneam naturam, quā aeri, aut igni. Vltimo vero terra quatriduū immoratur: quia tarde incenditur, & quia eadem ſemel acceptum ignem obſtinate retinet difficile ſanatur.

Galenus, Platonem arguit: nam bilis efficit tertianam, quæ calida eſt, & ſicca, vnde perperam a Platone aquæ humidæ, & frigidæ, tertiana accommodatur. Quaſi vero Plato; Galeni legibus, iure aliquo addicendus ſit. Nihil ſane aliud Platonis mentem fuiſſe conijcio, quam nobis inſinuare materias in noſtro corpore, quarum aliæ alijs difficilius, tardiuſq; accenduntur; & iuxta maiorem accendendi difficultatem longiores efficiunt intermiſſiones. Hæc ita a viro philoſopho generali quodam ſermone non incommode ſunt dicta; cæterum magis peculiaria quærere medici eſt, non philoſophi.

Ex Galeno nihil manifeſtum habemus niſi quod 2. de diff. feb. c. vltimi ait *vt arbitror, neceſſarium, cum & æquale & ſimile ab eadem potentia alteretur, æquales etiam, & ſimiles fieri ſuperfluitates: tempus quoque in quo eadem aceruabuntur, neceſſario erit æquale: ſiquidem enutrita partes, quouſque eandem ſeruauerint conſtitutionem; ab eodem nutrimento enutritæ, excrementa etiam tum quantitate æqualia, tum qualitate ſimilia, atque eodem tempore ſtatuto termino cumulabunt.* his verbis ad duo reſpicere videtur, vt circuitus ſibi met reſpondeant nempe ad quātitatem, & ad qualitatem. Ita vt non ſolum pituitæ multitudo faciat, vt quotidie repetat, ſed qualitas etiam putredini accomodata; hoc forſan ita voluit, forſan non ita: illud mihi eſt certum illi rem hanc viſam fuiſſe admodum difficilem, quod teſtatur 3. de dieb. decret. c. 8. ac proinde effugiſſe: ſi quidem nec in libro de differentijs febrium, nec in multis alijs locis, in quibus controuerſiam hanc agitare fas erat, illius prorſus meminit.

Donatus Antonius Altimarius omnium melius, vt ego arbitror, ex varijs Galeni locis ſententiam, ſuo more, conficiens, diſcutit optime. in primis pituita ex Galeno 2. diff. febr. c. 4 humor eſt frigidus, & humidus in temperatura, tenax in conſiſtentia, ideirco ęgre accenditur, tarde mouetur, ſæpiuſq; in foraminibus retinetur, & longum conſumit tempus, dum inualeſcendo peruenit ad ſummum, ita vt eius calorem cum putreſcit igni fumido in lignis viridibus accenſo non male aſſimilauerit. His de cauſis cum calor in pituita accenditur, eius acceſſio magis producitur, quam in cęteris febribus, quę ex vtraq; bile fiunt, neque intermiſſionis tempus, eſt adeo ſincerum, vt in tertiana, quia paruę huius humoris tenacis fiunt euacuationes, ſed ſemper in foraminibus retinetur. Hinc eſt quod raræ ſint quotidianæ intermittentes.

Bilis flaua contrario modo ſe habet, ex eodem Galeno 1. de arte curat. ad Glauc. c. 7. nam temperaturæ eſt calidæ, & ſiccæ, ſubſtantiæ tenuis, quæ nullum in ſe habet nec lentorem, nec tenacitatem, qua ratione humor hic putreſcens promptius accenditur, citiuſq; mouetur; qua propter eius calor veluti ignis effulgens, puruſque eſt, omnis fumoſæ fuliginis expers. Eius igitur acceſſio, breuior erit, quam in alijs febribus, vbi exquiſita fuerit: neque enim vltra duodecim horas ęquinoctiales protelabitur, tempuſq; in te-

termiſſionis longius eſt, & ſincerius, quam in A quotidiana.

Nigra bilis frigidæ, & ſiccæ temperaturę, craſſæ & terreæ ſubſtantiæ, nullum lentorẽ, nullamque tenacitatem in ſe continens, & propterea vbi accenſus fuerit in ea calor, paulatim ſuccendetur, velut lapis aliquis, aut teſta, aut os, aut tale aliquid huiuſmodi frigidum, & ſiccum. Itaq; nihil fumidum, & ſemi combuſtum, in acceſſione relinquit, & idcirco in hoc humore copioſiores fiũt euacuationes, quam in pituita, cuius febris acceſſio, temporis ſpatio, eſt ſimilis tertianæ nonnunquam & longior, cum adhuc exqui- B ſita perſeuerat.

Hæc ab Altimario rationabiliter ſunt dicta, quod ſi quæras cur etiam ſanguis non ſuos habet circuitus? reſpondebit, tertianarios circuitus ſanguini deberi, quoniam cum primũ putteſcit, iam quodammodo bilioſus eſt, vt inquit Galenus. Si iterum quæras, cur ex bile cauſon fiat, quæ febris continens eſt? dicet id accidere ratione loci: quia videlicet ſunt venæ maiores iuxta cor. Si intertoges cur quintanæ fiant febres? id ad tardiorem eiuſdem atræ bilis motum referet. C

Periodorum cauſa ex autoris ſententia.

CAPIT. XVII.

VERVM ſi (vt Galenus docet 1. de art. curat. ad Glauc. c. 5.) febris pituitoſa in ventriculo, bilioſa in iecore, Melãcholica in liene ſedem habet, cur in tertianis, D quas a bile fieri dicit maximam ventriculi curam habendam eſſe cenſet? quartanę autem, quæ in melancholico conſiſtunt ſucco, cur ab eodem Galeno per vomitum curantur, & earum paroxiſmi ſudore terminantur? cum tamen neque vomitus, neq; ſudor in melancholicis affectibus conueniant; non vomitus quia 4. aph. 4. & 9. per inferiora magis melancholicus humor eſt euacuandus; non ſudores quoniam melãcholica materia terreſtris eſt ſudores vero ichoroſa, & ſubtilis pars: cur etiam adeo raræ ſunt quotidianæ febres cum tamen nullus humor,

A præter ſanguinem, pituitoſo ſit abbundantior? In has difficultates ſe conijcit ille, qui ad quatuor humores omnia reducere vult, vt ex hinc vel maxime appareat ſpiritus, de quibus Hippocrates in libello de flatibus agit, cum multiformis naturę ſint, varios poſſe efficere morbos, varias morborum ſpecies.

Hippocrates 6. epid. ſect. 6. tex. 1. & libro de Aere, aquis, & locis, c. 10. & libello de alimento, microcoſmum commeabilem, & conſpirabilem conſtituit, quam ſententiã paſſim a Galeno repetitam inuenies, vnde B non eſt mirandum ſi tot fiant in eo tranſpoſitiones cuiuslibet materię, & adeo mirabiles, vt teſte Hippocrate 2. epid. ſec. 2. tex. 5 Moſchum valde lapidoſum, hordeolum in ſuperiore palpebra, abortum a calculoſo affectu liberauerit: non igitur incredibile eſt ſi accenſus ignis, quemadmodũ in aere, currentes ſtellas, & alias ſimiles igneas impreſſiones efficit, ita etiam coruſcationes excitet in humano corpore, quę ex loco, in quo putredo fit, accenſę in alios moueantur, quarum ſcintillę ad cor perueniant. Et quemadmodum impreſſiones igneę quędam C magis, quędam minus durant pro ratione materię, in qua fiunt, ſic & in microcoſmo fiunt periodi longiores, aut breuiores. Accenſę igitur in Cœlo faces ſemel extinctę ceſſarent, niſi in aere diſpoſitio remaneret, a qua alię & alię reficiuntur, ad cuius rei ſimilitudinem intellige id, quod Galenus libenter fatetur non vltra progreſſurum morbum ſed in primo ſtatim paroxiſmo finiturum, ſi diſpoſitio nulla maneret, quę priori ſimilem flammam excitaret.

Cur vero quędam citius, nempe quotidie, quędam tardius, hoc eſt, tertia quaque die, D alię magis tarde videlicet die quarta, aliquando quinta, aut ſexta, aut tardius adhuc reuertantur ratio omnis ad reſiduum, quod ex materia accenſa manet eſt referenda. Exemplo trium lignorum id quod dicturus ſum declaratur, ſit lignum viride, ſit aliud exſiccatum, tertium plus nimio ſiccum ſed aqua multa perfuſum, lignum viride difficile ab igne corripitur, & reluctantibus partibus aquoſis ſeu mercurialibus, quę in eo ſuperant ſemiambuſtum relinquitur: lignum ſiccum facile accenditur, & totum ab igne corripitur, ita vt parum relinquatur in eo ſemiambuſtum: lignum valde ſiccum, & a-

qua perfuſum difficultatem habet in igne concipiendo concipit tandem, & nihil fere ex eo remanet.

Dic igitur ligno viridi ſimilem eſſe materiam amphimerinę febris, ſeu quotidianę talem materiam narcoticam appello, quæ igni ex oppoſito aduerſatur, ſed cur materiæ, quę difficile accenditur, tribuo febrem, quæ celerius ſe ſe prodit; nempe quia hæc febris, cum longa habeat acceſſionum principia, difficultatem oſtendit, quam in accendendo habuit, dum vero ſtatim redit oſtendit multum reſiduum, quod ex hac materia manet, ita vt plurimum illud ſemi combuſtum facile denuo aucta qualibet materiæ portione. in tantam euadat molem quanta ſufficiat flammę, hoc eſt, febri incendendæ.

Materia ſulphurea, ſi præualet, facile accenditur, & quo magis ſulphurea eſt, libera ab alterius materiæ conſortio eo velocius finitur; & hinc eſt quod tertianæ exquiſitæ paroxiſmi ſex horarum ſpatio clauduntur. Sed quare tardat in redeundo ſi facile accenditur? nempe quia materia tota comburitur & cum reſiduum admodũ exiguum ſit, prius quam id quod iterum aceruatur eo accedat vt febrilem excitet ignem, maius temporis ſpatium conſumet.

Si vero materia ſal eſt diſſolutum, non fixum, quæ oleoſi ſeu balſamici in ſe habet multum, multu mercurali ſeu aqueo mixtũ, aqueum iſtud impedit quominus accendatur, accenſum ardet, fulgetq;, & parum habet quod remaneat. Sic tardiſſime remeat tum propter difficultatem, qua accenditur, tum propter paucitatem reſidui quam habet: atque ita conuenit cum amphimerina in longitudine principij, cum tertiana in fulgore ignis. Tertiana vero celerius redit quia vnum tantum impedimentum habet nempe reſidui defectum: tardius quartana quoniam dupliciter impeditur, & a difficultate accendendi, & a paucitate reſidui; Reſiduum tamen paucum licet ſit, poteſt eſſe minus pro aliarum materierum mixtione. Nam ſcire oportet nunquam materias exquiſitas accendi: incredibile eſt enim, in tanta materierum mixtione, poſſe vnam aprehendi illęſis alijs, ſed ab ea denominationem febris accipit, quæ inter alias prædominatur. ita vt ſi reliquæ ſubdominãtes manifeſta ſui ſigna non produnt, tunc febris exquiſita eſt. ſin aliquod ſui indicium prębent tunc notha

A appellatur. & eo ab exquiſita magis recedit, quo affectus ſubdominãtium manifeſtiores ſunt. Iccirco exquiſitæ febres ſunt rarę, quia raro vna tantum ſpecies ita abſolutum habet dominium vt reliquæ omnino ſileant.

De ijs quæ in acceſſione febris eueniunt.

CAP. XVIII.

B INtermittentium eſt proprium vel a frigore incipere, quod præcedunt, & comitantur crebræ oſcitationes, tuſſis ſicca capitis grauitas, & aliquando ſomnolentia: vel incipiunt ab horrore, vel rigore, rigor autẽ, & horror inter ſe, ſecundum magis, & minus differunt: horror enim medium, inter frigefactionem, & rigorem, obtinet locum. Galenus 2. de differ. feb c. 7. & c. 8. lib. 1. de ſympt. cauſ. c 5. libello de plenitudine c. 9. libello autem de trem. rig. & palp. c. 6. in eo differentiam conſtituit, quod horror C ſolius cutis affectus talis exiſtat, qualis totius corporis rigor.

Quod vero ſolis intermittentibus hoc peculiare ſit, autoritas Hippocratis perſuadet, qui 4. aph. 63. ait *quibus in febribus quotidie rigores fiunt, quotidie febres ſoluuntur.* quotidie. dixit, non vt excluderet tertianas, & quartanas, quas præcipue intermittentes eſſe conſtat, ſed, more ſuo, exempli loco ex peculiari euentu vniuerſaliorem prepoſitionem colligens, quibus igitur in febribus ordinatim rigores fiunt, ordinatim febres ſoluuntur. Merito pro quotidie apponi ordi- D natim: nam in ordinati horrores, ſeu refrigerationes aut rigores in febribus euenire poſſunt extra acceſsionis initium.

Vltra Hippocratis autoritatem quę maxima in re medica eſt, quęrenda etiam eſt ratio quare ita eueniat, vt ſcilicet ſolę intermittentes cum horrore, rigore, aut ſaltem refrigeratione inſultent, Galenus id refert ad motum bilis per omnem corporis habitum, cum ideo ſingulis acceſſionibus prędictus humor expurgetur, ac euacuetur; vnde non abſq; ratione ad in febricitationem peruenit talium febrium intermiſſio. Argenterius Galenum more ſuo, arguit. neq; alio

argu-

argumenta vtitur niſi, quia videmus rigorē principium eſſe febris, & non ſolutionis, ſi igitur ſoluitur febris tranſmiſſa materia ad partes externas, cum rigore hoc fiat, in rigore ac proinde in principio ſoluetur febris. Veruntamen eſt quod pro Galeno reſpondeamus, fieri in rigore expulſionem materię ad habitum corporis, ex quo ſignificatur partum materieri in minera relinqui quod febris continultatem faciat, ac proinde continuitas abrumpitur, cæterum non dum ceſſauit paroxiſmus: quia non dum ceſſauit pugna, calor enim iterum ab externis àd interna recurrens materiam arripit.

Multo magis reprehendendus eſt idem Argenterius qui dum cauſam excogitauit, quam nobis legiſlatorum more tradit, quod vitium alias in alijs damnat, in ſe ipſo non agnoſcit, ait igitur. *rigores indicare non totā febris materiam putreſcere ſed duntaxat portionem, quæ ſolius acceſsionis eſt cauſa, abſoluitur autem* (inquit ille) *& concoquitur ea materia, & poſt conctionem in his febribus natura expulſionem aggreditur per aliquam partem atque ita finitur acceſsio. quod ſi etiam non expellitur, ceſſat tamen febris, quia materia, quæ illam fecit acceſsionem, per aduſtionem veluti in cinerem redacta eſt, in qua flamma amplius accendi non poteſt. eo plane modo, ſcribit Hippocrates, pure confecto dolores & febres intermitti. putredinis igitur, & ſimul coctionis eſt ſignum expulſionis vero haud certum eſt indicium*. Sed quis non videt quàm hæc ſint libere dicta. rigores, ait, indicare non totam materiam putreſcere ſed partem; At aliquando a cauſone habito rigore ſuperueniente ſolutio:iam igitur poteſt rigor totius materiæ expulſionem ſignificare, expulſionem dico non putredinē, nam cur rigor putredinem ſignificabit? At Argenterius vult rigorem eſſe ſignum coctionis & putredinis, non autem expulſionis. cauſam huius rei debuerat in medium afferre. Videbitur alicui cauſam attuliſſe dū addit *nos vero ob coctionem fieri contractionem & ſiqui rigorem*, ſed neq; per coctiones fieri contractiones, neq; per contractiones rigores quiſpiam dixerit.

Fernelius, quia febrium intermittentium focum extra vaſa conſtituit, rigorem emendatione biliosi humoris ad corporis habitum fieri contendit; quæ emandatio non ita prōpte efficitur in continuis, quorum minera eſt

A intra venas. Sed quoniam hæc Fernelij opinio ſuperius fuit reiecta non eſt cur eundem rurſus voluamus lapidem.

Dicendum igitur frigus, rigorem, & horrorem, & reliqua nunquam euenire niſi cum magna fit in corpore perturbatio, humorūque ex vna in aliam partem, ex vna in aliam naturam permutatio; hoc autem quomodo fiat mox dicam, ſufficiat nunc dicere vehementiſſimam eſſe alterationem, quæ hiſce ſignis indicatur. Vehementiſſima vero alteratio tunc fit, cum nouus aggreſſus & congreſſus inter naturam, & morbificam cauſā
B oritur: is autem nouus congreſſus, vt fiat, oportet vt mutetur æger ab infebricitatione ad febrem, aliter non eſſet magna permutatio. In continuis autem febribus cum ſemper ignis ſit accenſus abſq; multo tumultu augetur, quemadmodum etiam & tacite decreſcit, neque enim ſudores in declinatione adeo frequentes habet continua, vt intermittens.

Sed ſi adeo violenter inuadunt intermittentes febres, cur non ſunt periculoſæ dicente Hipp. 4. Aph. 43. *quocunque modo intermiſerint periculum ab eſſe ſignificatur*? Ga-
C lenus huius rei cauſam reddit, quia febres quæ ad quietem febre vacantem accedunt, neque occaſionem habent ex inflammatione aliqua, neq; ex maligna humorum putredine; & hinc cognoſces decipi eos qui malignas aliquas intermittentes eſſe iudicant, quoniam in intermiſſione nullam febrem percipiunt, ſed quid mirum febres malignas in declinatione ſenſum latere, quando etiam aliquando, & in principio latent: quod ſi nō numquam refrigerationes, aut horrores ſtatutis horis habent, id eas habere cenſendum eſt, quia hemitritæi naturam ſapiunt, & cō-
D poſitæ ſunt ex intermittente aliqua, & continua. Quapropter erit in malignis pſauum ſignum id, quod in alijs eſt optimum indicium. quippe refrigerari in principijs acceſſionum in febribus, quæ malignæ non ſunt, bonum eſt, ſignificat enim febres eſſe intermittentes, e contrario malignas cum refrigeratione peſſimum debet haberi ſignum, ſi quidem per eam refrigerationem, aut horrorem compoſitam eſſe febrem, & ſubindè difficiliorem agnoſcimus, malignitas autem ex alijs ſignis petenda eſt.

Intermittentes igitur Galenus dicit eſſe ſine periculo, quia malignæ non ſunt, ex hoc

noſtram

noſtram ſententiam ſuperius allatam confirmat; ſiquidem ex maligna materia, licet pauca, continuam ſemper fieri dicimus. Aliam adiungit rationem Argenterius, quia videlicet humor intermittentium putreſcens in acceſſione extra mittitur per inſenſibilem tranſpirationem, ſudores, vomitum, aut alui deiectionem, atq; ita liberantur internæ partes a putredine, quæ in ſingulis acceſſionibus fit & a febre, quæ ex ea naſcitur. Hæc Argenterij ratio recipienda eſt, verum nihil Galeni rationi contra dicit. quare potuerat illam afferre abſque Galeni reprehenſione. poteſt etiam addi alia ratio, nempe in intermittentibus facultatem poſſe, in integritatis tempore, recreari.

Itaque in exortu vniuſcuiuſq; acceſſionis in febribus intermittentibus procella ingens excitatur, pluuiæ, quas tuſſis atteſtatur, terræ motus quales ſunt rigores & horrores, caligines hoc eſt ſomnolentiæ, coruſcationes delitia; Venti etiam & inteſtinorum obmurmurationes adeo, vt nonullis accidat initio acceſſionum colicis doloribus cruciari, exhalationes etiam non paruæ in oſcitationibus, & pandiculationibus apparent. horum omnium ratio reddenda eſt.

Reprehendit Galenus eos, qui tremorem cum rigore confundunt, in quorum numero eſt Plato. Verumtamen quamuis non ſit negandum rigorem, & tremorem diuerſas res eſſe: rigor enim fit per membrorum concuſſionem, tremor autē ob pugnam inter facultatem ſe attollere conantem, & grauitatem membri deorſum trahentem: tamen vſus obtinuit, vt comuniter loquendo hæc vocabula inter ſe confundantur, vnde eos, qui præ timore tremunt rigere, eos qui rigent præ frigore tremere dicimus; & Corn. Celſ. lib. 3. c 3. *frigus ait voco vbi extrema partes membrorum inalgeſcunt, horror autem, vbi ſolum corpus intremiſcit*: & inter tremorē, & rigorem ſimilitudo eſt maxima; diſſimilitudines vero a Galeno conſtitutæ, vanæ omnino ſunt. prima eſt *tremor niſi partem mouere velis, non accidet, agitatio autem ſeu vibratio, quæ validos rigores comitatur, tam violenta, & neceſſario corporibus incidit, vt conquieſcere non liceat, etiam ſi ſtrennè admodum renitaris*. Sanè ſi de moderatis loqueretur rigoribus vtique vera diceret, ſed cum validos dicat rigores, falſitatem inuoluit, nam partem aliquam rigorum, cum va-

A lidi ſunt, cohibere poſſumus. Secunda *tremor vnius partis eſt affectus, rigor autem totius corporis*. hoc frequenter ita accidit, tamen mihi quemdam videre contigit, qui totis artubus contremiſcebat, non aliter ac ex ſententia ſeptuaginta interpetrum, Cain, cuius ſignū, quod accepit a domino, tremor fuit totius corporis. Ratio vero id ita fieri poſſe perſuadet, nam in paraplexia interioribus duntaxat potentijs illæſis, corpus motu ſenſuq; priuatur, & animal viuit. tremor autē minor eſt affectus quā reſolutio, nam in reſolutione omnis facultatis vis perit, in tre-
B more aliqua manet, quæ adhuc pro ſua virili contendit. Tertia *nonnulli tremunt nullum frigiditatis ſenſum experientes, non tamen fieri poteſt, vt quis citra perfrictionis opinionem rigeat*. non ego video, quam perfrictionis opinionem habent illi, qui mingentes rigent, aut qui vlceri medicamento cauſtico appoſito rigore concutiuntur. Quarta. *Motus in rigentibus citra mouendi partes voluntatem omnino inuitis adeſt, in trementibus non citra arbitrium* hæc quarta vtroq; crure claudicat. nam nec omnino rigor eſt citra arbitrium, quando aliquam eius par-
C tem (vt diximus) cohiberi poteſt; neque in tremore arbitrio eſt locus, quamuis enim in tremore facultas animalis, quæ libera eſt, operetur; multa tamen talis facultatis ſunt, quæ cohiberi non poſſunt, vt tuſſis & ſternutatio.

Queſitu dignum eſt, an rigor, qui in morbis accidit differat a rigore ſanorum? Galenus in eo differentiam conſtituit, quod ſanis ex aliqua cauſa externa eueniat, ait enim *morbidum vocamus* (nempe rigorem) *cum nulla exteriore cauſa violenta corpus, ſed ex ſe talem obtinet diſpoſitionem: ita enim Hip-*
D *pocrates quoq; aiebat, cum quis cauſone afficitur, ſi rigor ſuperuenit liberatur: Non igitur aqua frigida febricitanti affuſa, rigorem excitabis.* Sic Galenus, veruntamen eſt cur hanc differentiam non recipiam: Nam fieri morbum aliquod, vel ſymptoma ab externa cauſa, aut fieri ab interna differentiam nullam conſtituit; Siquidem febris, aut quiuis alius morbus, ſi a cauſa procatartica ſit ortus, non differt ſpecie a morbo orto ab internis principijs, & hinc eſt quod licet cauſæ antegreſſæ cognitio, ad cognitionem ęgritudinis expetatur; non tamen ideo eiuſdem curationem euariat. Ratio præterea, quam

Galo-

Galenus adduxit ſumpta ab Hippocratis ſẽtentia 58. libri quarti aphor. *a cauſone habito rigore ſuperueniente ſolutio:* nempe quia ſuperueniẽs rigor a cauſa interna ſoluit morbum, quem non ſoluit ſi ab externa cauſa ſit ortus; ratio, inquam, iſta nihil efficit: nam rigore ſuperueniente ſoluitur febris, ita vt rigor ſit ſignum non ſit cauſa, quod Galenus met fatetur lib. 2. de ſympt. cauſ. c. 5. ſignificat enim rigor bilem per membra ſententia motu deferri, ad quem motum, & ſudores & alui ſolutio ſequuntur, quæ ſunt cauſæ ſolutionis febris; ea igitur, quæ ſigna ſunt in morbis ſignificant naturaliter, neq; poſſunt per induſtriam artis facta ſignificare. Tandem authoritates, quas Galenus ex Hippocrate in hanc rem colligit, omnes quidem oſtendunt Hippocratem in ijs locis de rigore a cauſa interna proueniente loqui, non vero probant hunc differre ab alio, qui contingit a cauſa procatartica.

Reſtat adhuc quęrendum, an detur ſine febre morboſus rigor? hunc Hippocrati, & antiquis ignotum fuiſſe ait Galenus, libello de inęquali intemperie 2. de diff. feb. c. 5. & lib. 2. de cauſ. ſimp. c. 5. & plerisque alijs in locis, eum tamen dari non dubitat idem Galenus ex cruditatibus, & ex vitrea pituita cũ mouetur. Non tamen merito Galenus alioquin Hippocratis merito obſeruantiſſimus, Hippocrati hanc notam inurit: ſiquidem 1. epid. ſect. 3. *Epicratis vxorem*, inquit, *quæ decumbebat apud Archegetem prope partum iam exiſtentem rigor vehemens corripuit non incaluit, vt febrebant*. At forſan quia, *vt febrebant*, addidit, ideo id non vidiſſe dicemus, ſatis profecto eſt, quod illi relatum fuerit, vt ſuo tempore accidiſſe putamus. Sit igitur rigor ſine febre, & antiquis, & omnibus notus; illud tamen veriſſimum quod Galenus aduertit 2. de cauſ. ſimpt. c. 5. videlicet, hunc rigorem non eſſe ita validum atque ille, qui legitimas tertianas, quartanasq; præcedit.

His tamen ommiſſis ad rigoris cauſam accedo, in qua Galenus 2. de ſimp. cauſ. c. 5. duo requirit, primum, vt materia ſiue calida ſit, ſiue frigida mordacitatem tamẽ habeat, alterum, vt violenter moueatur, nam *quicquid ſuperuacaneum eſt citra vllam Animalis offenſam inſenſibili ſpiratu eijcit* (nempe expultris facultas) *vbi ſcilicet lege naturæ animalis functiones adminiſtrantur: verum vbi mordens aliquid in ijs conſiſtit, ac potiſſi-*

A *mum, quod vehementi agitatur motu, & angitur, & id expellere feſtinat, eo modo, quo maxime licet, ex ipſo membrorum corpore aliquid eijci, ſcilicet particulis ipſis ſe contrahentibus atque conſtringentibus mox vnaquaq; earum, partem excrementi, quod in ſe habet pro trudẽte*. Fieri ergo dicitur rigor ab humore agitato, & mordicante, & facultate expellente, quod contingit in hunc modum. Cum mordicatis partibus ſentientibus fit dolor, calidum innatum refugit ad viſcera, deſtituunturq; externa membra calore. Rurſus cum internus coercitum calidum ſuffocari

B incipit, prodit vehementer, quo prodeunte, membra veluti refectis viribus valide mouentur ad expulſionem humoris mordacis, & iterum dolor efficit, vt calidum refugiat. Atq; hæc alternatim fiunt, donec vincente calore incaleſcunt membra externa, & vincitur frigida, & inæqualis intemperies, vnde ſuccedit plerumque febris, aut vincente humore ſuffocatur calor, & ſuccedit mors. Itaque tandiu rigor perdurabit quandiu calidum innatum, cum humore pugnabit.

Hæc communiter dicuntur, ſed cur ſi dolor ſit iuxta externas partes, calor recurrit ad

C internas? Dicunt nonnulli id calorem efficere, vt cordi auxilium ferat. O rem ridiculam; adeo ne intelligens eſt iſte calor, vt hoſtem præſentem, cum quo conferre debet, effugiat, & periculo nõ adhuc præſenti ſuccurrat? Alij reſpondent calorem refugere ad interna, vt magis roboratus in ſuo principio foras redeat maiori cum impetu, & affectas dolore partes adiuuet, quo tamquam inſtrumento quicquid illis moleſtum eſt propulſabunt. Hi etiam fictitiam rationem excogitaſſe videntur: etenim ſi calor foras exit, vt ſuccurrat membro doloribus laceſſito,

D ibidem debet in pugna permanere, facilius enim poterat in eo loco ſuccurri a corde auxilium mandante, quam pugnam deſerens alio ſe conferre ad ſuppetias poſtulandas. Sunt alij qui dicant, trahi calorem ab interno calore, quemadmodum videmus aliquãdo in internis inflammationibus extrema frigeſcere: Verum his reſpondeo duo eſſe trahentia, calorem ſcilicet ad intra, dolorem vero ad extra, vtrumque ſane trahit ſed fortius dolor quam calor.

Denique vt ea quę de rigore dicuntur cõcludam cum dicunt excitari quia bilis per vniuerſum corporis habitum emandatur,

atque

atque ita propter huius humoris mordacitatem rigent membra, ſed quorſum tanta bilis effuſio? cum ſufficiat, vt in aliquam partem duntaxat acuto ſenſu præditam cauſa pungens mandetur, vt vniuerſum muſculorum genus in conſenſum trahatur. Experimentum habemus in ijs qui manum in frigidam aquam immergunt, aut qui hyeme frigidæ potu horreſcunt, aut qui a cauſtico medicamento plagę impoſito rigent, aut tandem in mulieribus, quæ propter Vterinum affectum rigores patiuntur.

Explicitis aliorum ſententijs propriam iuxta inſtitutum ordinem profeſam, ſi prius animaduertero: concuſſiones terræ in vniuerſo euenire iuxta peripateticam doctrinã, cum terra frigore conſtipatur, & exhalationem ab vno loco in alium exprimit, eaque dum hac illac refugit terram identidem ferit; Alij vero ideo euenire dicunt, quia exhalatio obſiſtente frigore per antiperiſtaſin calorem introrſum colligit, ac rare facit, tūc enim veluti puluis tormentarius igne correptus impoſitam turrim commouet, & conturbat, ſic incenſa exhalatio terram quaſſat. Alij cum ſubito gignitur tanta exhalationū copia, vel antea genitæ noua pars ſub ea quãtitate aduenit, vt loci anguſtijs contineri nequeat.

Verum mea quidem ſententia, ſi exhalationes efficerent terræ motum, non ita raro terra tremeret; nec etiam in mari fierent terræ motus, quos frequentiſſimos eſſe ſcimus in ijs locis maritimis, in quibus terra tremit: vt de Iaponis inſulis multorum fide narratur. igitur terræmotum fieri in terra, ſicut tonitru in aere dicendum eſt. Et quoniam facile nubes rumpuntur exeunt, e tonitru fulgura, aliquando etiam fulmina; quoniam vero terra difficile rumpitur, ideo non niſi raro e terra exeunt Vulcani, quando ſcilicet nimium recalcitrat ſalnitrum, cuius permixtio cum ſulphure cauſa eſt terræ motuum. Quorum ſignum eſt (inter reliqua ſigna) ſi aqua puteorum ſulphureum, bituminoſumque odorem reddat. Sic Anaximander, & Pherecydes motum terræ imminentem prędixiſſe dicuntur. Itaq; ad terræ motum ignis ſubterraneus requiritur.

In microcoſmo ſimiliter cum ſulphureæ, & nitroſæ particulæ ab igne corripiūtur terram, hoc eſt, oſſa & reliqua membra ſolida concuti neceſſe eſt. Hoc quomodo fiat ſic A accipe. motum accipiunt ſcintillæ ignitæ, quæ propter nitri repugnantiam agitantur, hæ partes ſentientes feriunt, ac ſub inde concutiuntur. Galenus inter externas rigoris cauſas ignis ſcintillas corpori occurrentes ſtatuit: quod ergo externus faciunt id interius pręſtare rationi conſentaneum eſt. Scintillarum maior, aut minor viuacitas, maior aut minor quantitas; maior aut minor agitatio facit rigorem, aut horrorem, ita vt viuaces multæ, & veloces rigorem efficiant, paucæ hebetes, & tardiores horrorem. harū portio ad vrinariam veſicam accedens min- B gendi irritat deſiderium, in pulmonibus crebrum excitat, idest in petum ad tuſſiendū, qualis etiam ob eandem cauſam in iecoris inflammationibus contingit 6. aph. 16. & alibi. quoniam prætereà fumus in principio incendij excitatur, eius pars caliginoſa caput grauat, ſomnolentiam inducit, donec attenuata diſtendit, & cephalalgias graues excitat. pars etiam fuliginoſa in maxillarum muſculis adhęrens oſcitationes efficit, & per reliquos etiam corporis muſculos pandiculationes: & quoniam ſcintillæ per mixtæ fumo, & caput, & cor occupant; ideo aliquan- C do coma vigil initio acceſſionis fit, & pulſationum inæqualitas, nonnunquam etiam palpitatio. cæterum vt aduertit Galenus de tremore rigore, & palpit. c. 5. tremor cum rigore coniungitur: neq; enim ſolum vis ſentiens concuſſa rigorem facit ſed, & naturalis grauans tremorem. refrigeratio fit per antiperiſtaſim, quo pacto videmus ſub ictu ſolis aerem fortius infrigidari, aquas etiam æſtate frigidiores reddi. Hæc autem antiperiſtaſis violenter facta non poteſt ſine moleſtia corpori accidere, cum inter partes diuerſarum D naturarum fiat. Vnde frigiditas initio acceſſionum moleſta eſt, & eo moleſtior quo manifeſtior. igitur particulę narcoticam vim habentes colliguntur inter ſe, vt contrario, a quo fuerunt expulſæ, melius reſiſtant; & quoniam, vt ait Galenus libello de tremore cap. 6. *lignum, aut lapidem atterens, confricanſque nonnunquam ignem accendes*. fit vt attritu membrorum partes etiam quæ incēdi non poterant, tandem incendantur: quare rigor, & frigus extremorum petit, ignis autem victor campum occupat. Sin partes narcoticę in hac pugna pręualuerint extrema calamitas eſt.

Hęc tamen contentio non neceſſe eſt in

S ſin-

ſingulis fieri particulis, vt in ſingulis ſentiatur. Sufficit quod aliqua pats ſit quæ mordetur, & vniuerſum corpus in conſenſum trahitur. Sic ex vtero rigores accidunt, ſic ex de fluxu corpuſculorũ narcoticorum per dorſalem medullam, ſic ex medicamento cauſtico plagæ impoſito, ſic ex vrina veſicam mordente.

Hoc Argenterius non tolerat, neq; enim ita de repente poſſe exiſtimat, ex vna parte in reliquas omnes affectum communicari. Cæterum cum admittat repentinum pudoris, iræ, & timoris motum, non eſt cur etiam, & doloris non admittat.

De febre hectica.

CAP. XIX.

PARTES fixæ nec flammã eleuant, nec inęqualiter accenduntur; ſic earum ignis, nec æſtuans, nec moleſtus eſt; verum qui ad omnimodum marcorem corpus, ſed cor præcipue deducat. In huiuſmodi partibus fixis febris accenditur, quæ hectica, ſeu fixa, ſiue habitualis appellatur; de ea quæres quomodo inuadat, aut quomodo permaneat? Si quomodo permaneat, dico poſſe abſque alijs permanere, nam partes fixę ignẽ conſeruant, quod aliæ iam ex ſe ipſis reieceſerunt. nõ tamen omnino, nam aliquid adhuc manere in ſpiritibus, & humoribus teſtatur Gal. de inęqual. intemp. ca 5. & Paul. lib. 3. cap. 31. Si quomodo inuadat, reſpondebo inuadere, vt plurimum conſequenter ad alias febres, nec tamen vana eſt opinio exiſtimãtium hecticam fieri incipiendo, hoc eſt, nulla alterius generis præcedente, ſi intelligas ita aliquando fieri, nam perpetuo ita accidere experientia reluctatur. Cõtingit quidem, ſed raro, adeo potentem eſſe ignem, vt more fulminis ſolida petat tenuioribus ſpretis quę vis non ſolum fulminibus ſed multis alijs rebus ineſt. Fructus indianus, qui dicitur Annanàs, ferrum abſumit, intra corpus ſumptũ nihil nocet, imo ex hoc fructu ſtillatitia aqua lapidem renum frangit, carnes illęſas relinquit: multa alia lapidem frangentia ita habent forſitan, quia in ſolidis rebus frangentis vis magis immoratur. Sed ſi ita eſt, cur non ſemper ita eſt, videlicet cur non ſem-

A per igne ad ſolidiora tranſeunte fit hectica a principio. Dic ſemper ignis antequam arripiat ſolidiora, arripere minus ſolida, atq; ab iſtis minus ſolidis obtundi, & ibi propter moram putredinem efficere. Quod ſi magna vi imprimitur, impetu tranſit per fluida, & in ſolidis in quibus maiorem inuenit reſiſtentiam magis acuitur. Et hinc eſt quod non niſi à potentiſſima cauſa fit hectica a principio, ſeu vt dici ſolet incipiendo, adeo vt potentiſſima hæc cauſa omnia ſimul apprehẽdat: atq; ita vix perceptibile tempus datur, in quo febris putrida, aut epihemera duret: B ideo recte a Gal. 10 method. c 6. dictum eſt hecticam aliquãdo fieri ab initio ardentibus prætetitis, hoc eſt igne prætereunte ardentiũ materiam, & ad fixas partes ſe conuertente.

Videtur tamen in eius doctrina contradictio, ſi quidem quarta die hecticam ſe cognouiſſe ait 2. vero de criſ. c. vlt. hecticam non in primis diebus ſed progreſſu temporis fieri ſcriptum reliquit; Sed hæc contradictio ſoluitur ex ijs, quæ in principio diximus; nẽpe hecticam frequenter fieri pręcedentibus alijs febribus, & ſic vera eſt ſententia libri de criſibus, aliquando tamen fieri incipien- C do, & ita veritatem obtinet ſententia *libri* 10. method. Nam incipiendo dicetur fieri quoties intra primum quaternarium facta agnoſcitur.

Illud tandem addam, poſſe ſcilicet hecticã fieri ex affectibus animi, ſed nõ omnibus: nam ex mœrore maraſmus fiet, febris hectica non fiet: ſic Salamon prouerb. 17. ſpiritus triſtis exſiccat oſſa; ſic Dauid de ariditate cordis, & oſſium querebatur ob ingentem mœrorem, quæ non febrem ſed marcorem atteſtantur.

Ridiculum vero eſt, quod ait Mercurialis D iter agentes non facile incurrere in febres hecticas, ac propterea de febre hectica non egiſſe Gal. dum ſcriberet ad Glauconem iter facturum, numquid elephantiaſis, & alia quam plura, de quibus agit ad Glauconem magis in itinere timentur quam hectica?

Fixa igitur ſiue hectica febris intimius adhæret, quamuis nulla ſe flamma veluti cæteræ manifeſtet, verum vt in aceruo ſtercoris ignis latenter ſerpit, ita etiam adeo occulte in membris depaſcitur, vt multoties non ſentiat æger ſe febrire. Hæc febris varia habere tempora dicitur a Galeno, ſed ſiue tempora, ſeu gradus, aut ſpecies dicas

nihil

nihil errabis, iſta graduum diuerſitas a di-
uerſis membrorum ſubſtantijs, quas corri-
pit, accipitur. In ſubſtantiarum numero non
omnes conueniunt, imo nec ſibi met Gale-
nus: ſi quidem 1. diff. feb. c. 8. & c. 9. duas
tantum videtur agnoſcere, roridam nempe,
& ſimilares particulas quę ſunt veluti cordis
elementa, & iuxta has duas ſubſtantias duos
conſtituit hecticarum febrium gradus. *cum
enim naturalis cordis temperies primũ euer-
ti capexit, natiua humiditas, neque protinus
abolita eſt, neque virtus plurimum laborat,
ſed primo fit velut quadam efferueſcentia
humiditatis. quo in tempore facillimum eſt
huiuſcemodi febrem ſanare tamquam nihil
adhuc virtute perpeſſa: Deinceps autem con-
ſumptio quadam efferueſcentiam ſequitur
hacq; iam iam in longum protracta, ipſa ſimi-
lares particula, quæ ſunt veluti cordis ele-
menta ſicciores redduntur*. Hanc ſecundam
hecticæ ſpeciem, quæ fit cum quadam con-
ſumptione, latitudinem habere ait vſque ad
perfectam tabem, ita vt quo magis febris ad
perfectam accedat tabem eo curatu diffici-
lior reddatur: tabes namque non ſolum dif-
ficilis, ſed impoſſibilis curationis eſt, lib. ve-
ro. 10. meth. med. c. vlt. tres ſubſtantias, &
in tribus illis tres hecticæ ſpecies collocat.
*Nam primum eiuſmodi febris propriam par-
tium humiditatem, ex qua nutriuntur depa-
ſcit: hinc ad carnoſum genus tranſit: qua
circa tùm fibroſas, tùm membranoſas partes
ſolidorum corporum haret*. At vero 7. meth.
c. 5. & 6. quatuor enarrans ſiccitates, qua-
tuor ſubſtantias, quæ exiccantur, ſupponat
neceſſe eſt. Has quatuor ſubſtantias, qua-
tuor ſecundas humiditates appellat Auicen-
na 1. 1. doct. 4. c. 1. in eo a recentioribus re-
prehenſus, quod eas inter liquores repoſue-
rit, & a primis humoribus ſeparauerit. Nam
neque prima ex iſtis a primis humoribus dif
fert, neq; alij ſunt humores: Rem planius
explicabo *vna* (inquit ille) *eſt humiditas in
foraminibus extremitatum paruarum vena-
rum contenta*. in hac protiſus cum Galeno
conuenit, qui ſiccitatem contemplatur in ea
ſubſtantia *qua in proprijs cuiuſque particula
exilibus venis, & arterijs conſiſtit* hæc ſubſtã
tia, cum ſanguis adhuc ſit, nec ab eo, qui in
alijs venis continetur, differat, immerito in-
ter ſecundas humiditates ab Auicenna re-
cenſeri aiunt. *alia eſt humor per omnia ſim-
plicia tranſiens membra, ſicut ros, qui in nu-*

A *trimentum conuerti eſt aptus*. hanc a Gale-
no eiſdem fere verbis expreſſam habemus
*continetur ea in omnibus animalis partibus,
ceu ros quidam per eas ſparſus*. rorem hunc
iam ad partis naturam accedere imo partis
naturam induiſſe liquet, quandoquidem eſt
hecticę febris ſubiectum, aliter enim proprie
hanc febrem diceremus habitualem: ſi qui-
dem non in habitu corporis ineſſet, neq; vt
habitus inhæreret, in humoribus enim qui
vagantur habitus qui fixus eſt non imprimi-
tur. *Tertia eſt humiditas, qua in tempore
proximo fuit congelata, & eſt nutrimentum*
B *quod in ſubſtantiam membrorum ex parte
complexionis, & ſimilitudinis conuerſum eſt,
ſed ex parte eſſentia completa non dum con-
uerſum fuit*. De hac tertia, an cum Galeno
conueniat dubitatio exiſtit, Galenus namq;
hanc eorum eſſe ait *quorum ſubſtantia ex
humore concreto conſtat; vt caro, & adeps*.
Valleſius ne irritus euadat, quem ſuſcipit,
labor conciliandi Galenum cum Auicenna,
vtrumque idem ſentire ait: ſiquidem Aui-
cenna humiditatẽ dicit hanc eſſe quæ prius
fuit congelata, Galenus ſimiliter ex humo-
re concreto conſtare. Argenterius diuerſas
C res eſſe arbitratur: quoniam Auicenna nu-
trimentum non omnino aſſimilatum eſſe
vult, Galenus autem carnem & adipem,
quæ iam nihil amplius habent in quo aſſi-
milentur. Et videtur quidem pro Argen-
terio ſtare ratio; nam hæc humiditas *cambiũ*
appellatur, quoniam adhuc in tranſmuta-
tione eſt, Galenus vero cum eam iam car-
nem, & adipem appellet, iam in mutato eſ-
ſe (vt Philoſophi loquuntur) conſtituit. Nõ
eſt tamen (vt obiter hoc attingam) cur Ar-
genterius Galenum accuſet, quod adipem,
& carnem idem fecerit. nam licet duæ res
D quodammodo ſint, tamen vtraq; ab vna, &
eadem elaboratione euadit, neq; prius fit ca-
ro quam adeps, nec adeps quam caro, ſed
vtraq; ex diuerſis roris particulis. *Quarta
eſt humiditas, qua eſt intus in membris ſim-
plicibus a principio natiuitatis per quam par
tium eorum continuitas exiſtit cuius princi-
pium eſt ex ſpermate* appellatur gluten, &
apud Galenum eſt illa humiditas cuius de-
fectu *ſolida partium ſubſtantia reddita eſt
ſiccior*. Itaq; vt in compẽdium quid ex Gale-
no & Auicenna deſumitur habeas, poſt di-
uiſionem corporis in humores, & membra
ſolida diuiduntur. Solida membra in ſub-

ſtantiam innominatam, hoc eſt ſanguinis portionem quæ eſt in oſculis venarum, arteriarumq; in rorem, & concretum, ſiue cambium, & in illum humorem, qui continuitatem partium tuetur hoc eſt gluten.

Ex his tres colliguntur febris hecticę ſpecies, iuxta tres poſteriores humiditates: nam ſi quando prior humiditas, quæ in exilibus venarum oſculis conſiſtit, febrili calore corripitur, ad febres humorales reducitur, vt aduertit Thomas Rodericus à vega; quia (vt ipſe ait) *exſiccatio primæ humiditatis, id eſt ſanguinis contenti in exilibus vaſis, magis pendet a calefacto humorum, quam membrorum*. eſt ergo prima hecticæ ſpecies (vt ex Galeno colligunt multi) cum rorida ſubſtantia efferueſcit, neque tamen prorſus abſumitur, & hæc eſt, quam Galenus appellat hecticam ſine tabe, quoniam citra omnimodã roridæ ſubſtantiæ conſumptionem fit: neq; enim dum aliqua roris portio reſtat, ſiccitatẽ adeſſe dicendum eſt. Secunda autem ſpecies a roridæ ſubſtantiæ conſumptione incipit, quam carnis, & adipis feruor comitatur, & hæc tabidæ iam nomen meretur. Tertia vero cum caro, & adeps liquantur, & peruenit vſq; ad fibrarum exſiccationem, quæ omnino perfecta eſt tabes, & a Galeno comparatur ellychnio cum plurimum fuerit exuſtũ: *Nam qui ita torrefactus eſt frangitur atq; diſſoluitur, atque ex ariditate continuitatem amittit*. Hæc febris a maraſmo non differt magnitudine ſiccitatis, ſed ſolũ ex eo, quod maraſmus ſine febre in decrepita ætate accidere ſolet.

Fernelius ſua via incedit, & noſtri corporis membra in tres diuidit ſubſtantias; primam appellat carnoſam, quam nihil aliud eſſe dicit, quam concretum alimentarium humorem: ac proinde videtur ſpretis duabus primis a Galeno, & Auicenna propoſitis, nempe innominata, & rorida, a tertia incepiſſe: alteram primogeneam, quæ propria eſt innati calidi ſubſtantia, in qua ſpiritus & calor innatus primum conſiſtit. ab hac primogenia dixit Auicenna partium continuitatem conſeruari; Fernelius non ab iſta ſed ab alia quam mox affert. Interim ſciat eloquentiſſimus vir impropriè ſe loquutum, dum ait eſſe innati calidi ſubſtantiam, in qua innatus calor conſiſtit. Vltimam vocat aqueam, ſeu elementarem, qua tamquam glutine ſolida ſubſtantia cohæret, atq; perſi-

A ſtit. Hinc tres hecticæ gradus conſiderat; cum enim febrilis calor, cor & vnamquaq; partem ſimilarem inuadit, primum carnoſa ſubſtantia incẽditur, & quamdiu nihil eius, vel exiguum diſſipatum eſt, primus eſt hecticæ gradus, ſecundus cum amplius procedente calore, aut plurima, aut tota carnoſa hæc ſubſtantia abſumpta eſt: & huius multi exiſtunt ordines pro maiore, aut minore conſumptione. Tertius gradus cum abſumpta carnoſa ſubſtantia calor febrilis primogeneum humorem depopulatur, hic eſt verus marcor, & febris hectica cum marcore,

B quæ ſi manifeſta iam eſt penitus incurabilis exiſtit. Hæc ille legiſlatorum more, qui rationem reddere debuerat, cur prius carnoſa ſubſtantia, quam primogenium humidum abſumatur, cum tamen iſtud humidum, in quo innatum calidum, & ſpiritus conſiſtũt, aereum ſit & facile accendibile.

Illud vnum mihi tam Galeni, quam Auicennæ, nec non & Fernelij, & aliorum ſententias de diſtinctione febrium hecticarum difficiles facit, quod non videtur prima poſſibilis, quin aliæ neceſſario non eueniant. Nam ignis, quo viuimus, ſẽper agit adeo, vt

C vnius ſeptimanæ inediam naturaliter nullus tolerare poſſit, paucorum dierum abſtinentia exſiccatum hominem reddat. Si igitur ſupponamus rorem omnino conſumptum, vnde nam habebunt & carnoſæ, & adipoſæ, & fibroſæ partes, vt reficiantur?

Deinde ſi prima ſpecies conſiſtit in quadam veluti efferueſcentia humiditatis, cum adhuc natiua humiditas nec abolita eſt, neque virtus laborat, vt Gal. teſtatur, c. 9. lib. primi lib. diff. feb. quomodo eodem capite omnibus hecticis febribus proprium, & inſeparabile ſignum eſſe dicit, allato cibo cali-

D ditatem accendi, ac pulſum ad magnitudinem, & velocitatem augeri? Scio aliquos nõ omnibus ſimpliciter hecticis hoc ſignum attribuere, ſed omnibus hecticis tabidis. At quid oportet verbis Galeni verba addere, vt eum dicere compellant id quod dicere noluit? nam ſi tale dixiſſet contra experientiã loquutus diceretur: experimento ſiquidẽ cõprobatur hecticam febrem ſtatim vbi detegi incipit hoc indicio vel maxime cognoſci.

Præterea intellectu capi non poteſt, partes fibroſas, (hoc eſt illas, quas Galenus ait in vlceribus regenerari non poſſe) deperdi, adhuc viuo animale remanente, & multo adhue

hue

huc intellectu difficilius eſt, poſſe viuentis corpus ad eam redigi ſiccitatem, ad quam redigitur lucernæ fomes, cum aduſtum eſt; nam neque cadauer, niſi poſt multos menſes in cinerem vertitur, quæ eſt vltima putredo ſimplici generationi oppoſita, vt iam ex Ariſtotele oſtendimus.

Tandem ſi hectica intemperamentum eſt factum, & adeo impreſſum, vt ob ęqualitatē febrilis caloris, partes corporis non doleant, ſed eo tamquam naturali fruantur; vnde nā habet animal vt viuat? eſt febris ex Galeno calor naturalis in igneum conuerſus, dum igitur in humoralibus non omnino conuerſus dicitur, adhuc habet animal vitę, & actionum inſtrumentum, cum vero in hecticis, eſt penitus conuerſus quod nam inſtrumentum remanet? Dicunt aliqui facultates non laborare licet inſtrumenta deſint, ò pulchram reſponſionem fac, vt artifex ſine inſtrumento operetur, vt tibi credatur. Alij reſpondent aliquas partes omnino eſſe igneas alias manere non omnino mutatas, niſi in vltima ſpecie, quę ideo incurabilis eſt. Sed ſi ita eſt dolebunt hectici ſaltem in illis partibus, quę non omnino ęquali in temperamento laborant, deinde tertia ſpecies non dabitur: ſiquidem in ea vita conſiſtere non poteſt.

Mihi aliter de febrium natura ſentiendū videtur, & quoniam memini me in hunc locum lectorem remiſiſſe, libet ex profeſſo, propriam ſententiā ingenue propalare. Sanguinem, ex quo nutrimur, multigenum eſſe dixi, qui continuo, donec in partium ſubſtantiam omnino fit conuerſus, ab archeo noſtro, elaboratur, poſtquam vero conuerſus eſt, diſtruitur; nam agentia naturalia ſemper operantur: neque enim poteſt ignis materiæ appoſitus non cremare. Ignis igitur viuificus, dum materiam habet, nunquam agat, agit ſemper, materia cum apta eſt in ſubſtantiam conuerti, conuertitur per ignis actionē, cū verò iā conuerſa eſt, quid aliud in ea efficiet ignis, quam conſumptionē? Hinc oritur aſſidua refectionis neceſſitas, quæ refectio non aliter fit, quam quemadmodum terra irrotatione fouetur, qua ſi careat, ſatiſcit. Hinc optima cum ratione, ſanguis exiens ex exilibus venis, & per poros terrenæ molis microcoſmi, ſparſus ab autoribus ros appellatur. Sanguis vero nutritutus, plures ſubit tranſmutationes, & in omnibus ſemper ſua excrementa dantur, licet eò paucio-
A ra, quò magis ad vltimam elaborationem accedit. Ea porro ſubſtantia, quæ in exilibus venarum, & arteriarum oſculis, iam iam conuertenda in aliam ſubſtantiam, continetur, puriſſima eſt. Quod ſi ſanguinem omnem in anatomia phyſica vitę participē feci, hunc qui in oſculis venarum eſt, vitæ munere non priuabo imo vero maiori iure quam alius pars corporis eſt, & ex Auerrois ſententia partibus affixus. Iſte eſt, qui putredine diſſolutus (vt diximus) febres excitat putridas. Et quoniam adhuc in venis eſt, facile pars eius per vrinas migrat, quod indi-
B cant vrinarum contenta, colores, & ſubſtantia. Diſſolutione autem, hac non omnes partes prorſus dilabuntur, ita vt nihil ſuperſit, ex quo vlterius aliqua fiat nutritio, hoc enim non contingit, niſi quando per vlteriorem diſſolutionem, ſiue putredinem homo moritur. dum autem hæc ſubſtantia putreſcit, alia quæ ad hanc ſequitur, nempe rorida efferueſcit, & parum abeſt, quin putreſcat, imo niſi ab arte Natura adiuuetur, putreſcit.

Raro tamen putreſcit, tùm ob eius paucam moram, cum tranſeat confeſtim in mē-
C brum, tum ob innatum, & viuificum ignem, qui ibi maxime pollet, & putredinoſo reſiſtit, tum etiam, quia rorida ſubſtantia facile in vaporem abit ac proinde promptius exſiccatur quam putreſcat. fit igitur putrida vti dictum manet. Hectica vero per exſiccationem aliarum ſubſtātiarum, nempe roridæ, carnoſę, ſeu adipoſę, & fibroſę, iccirco à Galeno cogor diſcedere, vt dixi, quia in totis ebullitione, citra conſumptionem, primū hecticę gradum conſtituit, & dari febrem hecticam exiſtimat abſque vllo tabis initio, cum tamen contrarium hecticæ ratio expo-
D ſtulet, & iuxta ipſum Galenum omnis hectica, vt ſuperius eſt dictum, augmentū ignis poſt cibum habeat, non aliter quam calci aquā ſi ſuper effundas cuius exempli vis inferius a nobis eſt explicanda.

Sed antequam vlterius progrediamur, obiectioni occurrere oportet, quę ſtatim ſe ſe offert, nempe cur pars fluida, hoc eſt ſubſtantia innominata, non exſiccatur ſed putret, ros autem & reliquę partes non putrent ſed exſiccantur. Reſpondendum in primis eſt, hoc non vſquequaq; ita eſſe, nam & ſanguis minuitur: ideo per febres putridas corpus gracileſcit, & carnes putreſcunt, atq; ita

dantur

dantur hecticę putridę, vt vltimo loco dicemus. Tamen putreſcit plurimum fluida ſubſtantia, ſolida vero exſiccatur: quia putredo fit propter innati ignis impotentiam, ob quã partes in ſua natura non retinentur. Hęc autem impotentia fit tunc, cum ignis a multo liquido ſuffocatur, ſuffocari ideo contingit in fluida ſubſtantia. At vero in ſolida cum paucus ſit liquor ab vtroq; igne abſumitur, & ita ſequitur exſiccatio, ſeu potius exſuccatio, & cum fætor ſit putredinis comes, ob prædictam rationem proponitur ab Ariſtotele ſect. 13. probl. 1. *Cur vrina quidem, quo diutius in corpore commoratur fætidior ſit: ſtercus autem minus? an quia hoc quidem exſiccatur magis diutius firmatum, ſiccum autem imputreſcibilius, vrina vero craſſior redditur, recens autem ſimilior eſt potioni in principio ingeſta*. Cuius problematis expoſitionem lege apud medicorum huius ætatis doctiſſimum Septalium in ſuis aureis cõmentarijs.

Dicatur ergo primus gradus, cum ros magna ex parte eſt exhauſtus, quod præſto fit, ſecundus cum caro & adeps ſuum deponit ſuccum, & tunc colliquatio eſt euidens, tertia cum conſumpta eſt omnino caro, ita vt fibræ etiam, quæ neruoſa quædam ſubſtantia ſunt, maneant non conſumptæ, ſed aridę, & quaſi calloſæ, exſiccari vero oſſa poſſunt viuente animali, vt Dauid de ſe teſtatur pſ. 101. & nos videmus per ardentes febres ſplendidos præ ariditate dentes.

Sit igitur prima ſpecies hecticarum, non cum ros; citra conſumptionem, efferueſcit, vt cum Galeno omnes volunt, Sed cum rorida hæc ſubſtantia conſumitur, & adipoſa, carnoſaque efferueſcit. Altera cum carnoſa, & adipoſa ſubſtantia exhauritur, & fibroſa ardere incipit. & tunc colliquatio fit magis per aluum, quam per vrinas, licet ad vtraſq; cloacas natura vias habeat, quas indocta (vt ait Hippocrates) agnoſcit. Tertia cum fibroſa ſubſtantia exſiccatur, atq; hæc eſt quæ ſanari non poteſt, quod a Galeno accipio id oſtendente in vlcere, in quo caro quidem regignitur, quid quid autem fibroſum deperditum eſt, regigni nequit, cuius rei cauſam inferius addiſces. In hac tertia ſpecie nihil defluit ab exſiccatis partibus. *veluti nec ab ijs, quæ ſale ſunt ſiccata, ſi quis has quoque torrere parans, pari cum alijs igni admoueat. nam & ſicciores reddentur: & corij ritu du-*

A *rabuntur, nec defluet ex his vlla ſenſibilis liquatio*. Sic ille, propterea merito, cum de febre humorali agerem, triplicem in tale ſubſtantiam conſideraui, volatilem, quæ in ſpiritum eleuatur, & in hac ephimeras conſtitui; fluidam, quæ in aquam diſſoluitur, & in hac putridas; fixam quæ perſiſtit, & in ea hecticas. In hac ſubſtantia fixa conſidera magis, aut minus fixam, hoc eſt fixam non admodum, quæ præter fumos nihil emittit, magis fixam, ex qua oleum extrahitur, & maxime fixam quę eſt ſal, & nihil ex ſe emittit. Si adhuc in hac vltima ſpecie duos gra-

B dus velis conſiderare, diuides in maraſmodem, & maraſmum, quod quidam faciunt, licet Galenus inter febrem maraſmodem, & maraſmũ aliter differentiã conſtituat 1. diff. feb. c. 8. quia maraſmus *abſque febre in decrepita ætate ſolet accidere extincto natiuo calore, quod nihil aliud exiſtit quam mors, quæ ſine ſenſu doloris, ac ſecundum naturã, ex ſiccitate contingit, ſicuti ijs, qui præter naturam tabeſcunt, altera aduenit ſpecies, quæ à philippo ex ægritudine ſenectus vocatur, in qua multos non ſolum ſenes, ſed etiam pueros vidimus incidiſſe*. nec tamen in om-

C nibus ſecunda hecticæ ſpecies cum colliquatione fit, ſed tantum in ijs, qui craſſiore habitu ſunt præditi, quod Galenus 10. met. c. 11. explicat propoſito exemplo ſuis domeſtici, & ſiluestris. *quippe feris ſuibus, aut nihil omnino, aut plane minimum eſt, quod defluat, cicuribus vero plurimum, quantoque magis, vel adipe, vel carne animal abundat, tanto profecto quod ab ipſis carnibus, dum in craticulis torrentur, defluit, cernitur copioſius. ad eumdem itaque modum in calidiſſimis febribus ſi carnes humidæ, ac molles cum adipis copia fuerint eas ſenſu liquari deprehendas: ſin ſine adipe, & ſicca ſint in maraſ-*

D *modes febres tranſeunt*.

Porro ea, quæ dicta ſunt, triplici exemplo illuſtrantur primum ex 2. pror. 17. *ſimile quidpiam contingit quemadmodum in lignis euenit, quæ proxime mollem ignem ſunt apposita, calefaciunt quidem valde, ſed non diminuuntur. Quod ſi lignum humidum in ignẽ eumdem conijciatur non protinus accenditur, vt ſi vel ſtuppam, vel calamum ſiccum, vel ellychnium conieceris, & ſi poſt paulo lignum huiuſmodi ſuſtuleris breui poſt interuallo deponet eam, quam ab igne contraxerat alterationem*. colligit ex hoc exemplo Ga-

lenus

lenus. *affectionem, dum ſit, & non dum facta eſt, breuiter, ſeparata efficiente ipſam cauſa, ſedari, ſi verò completa fuerit, etiam ſi humores, qui affectionē procrearunt, fuerint euacuati, nihil in ſanationis ratione amplius exiſtere*. Verum colligat ille quicquid velit, ego colligo ignem eo magis fixum eſſe, quo magis fixam materiam occupat, atque ita in fluida materia humoralem febrem efficere, in ſolida hecticam. Aliud exemplum in tinctura veſtium 1. pror. 33. poſſunt enim lanæ adeo tincturam accipere, vt tam intus, quam extra, eodem colore ſint imbutæ, poſſunt & ita tingi, vt exterius duntaxat colorem accipiant. Eodem modo ignis, cùm intimis, & ſolidioribus partibus inhæreſcit, vltimum iam efficit, quod efficere poteſt, cum vero nondam abſumit ſubſtātiam, eſt veluti color externam tantum ſuperficiem tingens.

Tertium exemplum Auic. 1. 4. accipit a Galeno 1. de diff. feb. c. 8. *tale aliquid* (inquit Galenus) *cor patitur, quale lucerna fomes cum fuit plurimum exuſtus. Nam qui ita torrefactus eſt, frangitur, atque diſſoluitur, atque ex ariditate continuitatem amittit adeo, vt neque ſi magnam olei copiam effundas flamma abundantior poſsit accendi: ſemper enim parua & debilis in ipſa palpitat flamma, ac continue fit minor donec ex toto extinguatur*. Auicenna dilatat hanc ſimilitudinē, & plures partes in oleo & ellychnio, conſiderat: Auerroi tamen hæc comparatio non placet: quia per oleum imbibitum in corpore ellychnij non reſtaurantur partes ellychnij, ſicut reſtaurantur partes membrorum per illas humiditates. Tamen in eo ſimilitudo poteſt inſeruire, quod oleum remoratur actionem ignis in ellychnium, & cū iam oleum eſt conſumptum, ignis tota vis conuertitur ad ellychnium, & illud in cinerē reducit, quod Galenus voluit prædicto exēplo oſtendere. Quamuis antequam ad hanc incinerationem accedatur Animal perit, atque ita comparatio magis tenet in modo, quam in re; hoc eſt, magis oſtendit quomodo ignis ſubſtantias omnes abſumere poteſt, quam indicet id, quod re euenit, nam in corpore viuente non peruenitur ad extremam in cineres reductionem.

Si quis autem recte conſiderauerit inueniet ſigna, quæ febrium hecticarum ab autoribus proponuntur, non eſſe confuſe accipiē-

A da, ita vt in omni hecticæ ſpecie omnia reperiantur, ſed quædam in quibuſdam; nam nec prima, nec tertia hecticæ ſpecies eſt, cum vrina aut excretis oleoſis, ſed illa ſola, in qua caro, & adeps abſumuntur. Oleoſitas autem hæc, maior, aut minor erit pro ratione pinguioris, aut gracilioris corporis, vt ſuperius eſt dictum. In quo aduertendum eſt, febres colliquantes dari, non hecticas, ſed ardentiſſimas, in quibus colliquatio fit, Galenus tamen 10. meth. c. vlt in eo differre febres colliquantes a febre maraſmode ait, quod licet in vtraque fiat carnis colliquatio, in maraſ-
B mode carnis portio, quę colliquatur in vaporē abit, in alia vero defluit in ventrem. Hæc tamen ſententia non eſt vſquequaque vera nam per hecticas febres, vrinas telas habentes, telis aranarum ſimiles quales craſſa iuſcula habere ſolent, non eſt nouum, & inauditum. quare etiam hecticæ febris colliquatio per excrementa eijcitur. Deinde etiam febres colliquantes, non tamen hecticæ, per vapores colliquationem emittunt, cuius rei ſignum eſt ſudor colliquatiuus, in quo per cutis meatus oleo nihil abſimilis ſubſtantia exhalat.

C Dicendum potius videtur, ſanguinem ſi ā habere pinguedinem, (aliter non eſſet ignis pabulum, ac proinde nec nutrimentum, & cum præterea ex ſanguine pinguedo fiat pinguedinem debet in ſe habere) eamdem habet & ros, & caro, cum igitur febris ardens liquefacit ſubſtantiam innominatam deſtillatio fit, & oleum extrahitur, quod per venas pellitur, hæc deſtillatio cum a vehemēte igne fiat, & in ſubſtantia non admodum compacta, confertum fit. Altera vero deſtillatio, quæ in febre maraſmode accidit, fit ab igne mitiore, & in ſubſtantia magis ſolida,
D quapropter paulatim fit, & obſcure; vtriuſq; colliquationis meminit Galen. 3. de ſimpt. cauſ. c. 2. in fine his verbis. *fit autem quadam veluti anaſtachtroſis (quaſi dicas reelementatio) colliquatio, ſiue reſolutio, ſiue diſſolutio, ſiue quomodocunque aliter nominare libet aliquando totius corporis aliquando ſuccorum, qui in venis ſunt duntaxat. Quod autē ex ea colliquatione prouenit alias ad ventrem confluit, alias ad vrinas, alias ad ſudores pellitur*. Sed cur non in omnibus febribus putridis colliquatio adeſt? cur etiā in ijs, in quibus accidit, eſt ſignum exitiale? reſpondeo quemadmodum in ſuperpurgationi-

tionibus (teſte Hipp. de nat. hum.) vltimũ quod excernitur eſt ſanguis: quoniam quoad fieri poteſt natura eum retinet; ita etiam, & in præſente caſu, cum pars oleoſa balſamus ſit, in quo vita conſiſtit ſummo ſtudio a Natura retinetur, cum vero iam amplius retineri non poteſt, ſumma imbecillitas eſt, & eo tempore (vt barbarorum more loquar) relinquitur a regimine naturæ. Verum qui fieri poteſt, vt non omnes qui ad mortem tendunt prius quam moriantur vrinas reddant colliquatione infectas? Dic, vt pluimum pinguedinem comburi, & in ſalem, ſiue cinerem conuerſam nullum ſui ſignum exhibere; Sed cur Ioubert. lib. de vri. c. 14. febrem colliquãtem hecticæ date exordium dixit? Hoc Ioubertí dictum non eſt recipiendum, nam ſic ſecunda hecticæ ſpecies accideret, quin æger tranſiret per primam: ſiquidem colliquatio ſecundæ ſpeciei eſt propria: Ac præterea ſi verum eſſet illud dogma, colliquans febris non interimeret intra paucos dies, cum tamen colliquatio in febribus, vicini interitus ſit ſignum: Itaque differentia eſt inter vtramq; colliquationem, quod colliquatio febris hecticæ eſt paulatina, febris autem ardentis confertim irruens. contigit mihi dum quemdam ardente febre, & maligna laborantem curarem, quæ febris licet periculum minaretur, ſpem tamen adhuc ſalutis non abſtulerat, dum ſexta die mane accederem, & tum vrinas, tum alui excrementa, quæ præter ſolitum, plurima ea nocte exierant pinguedinem, præſeferre contemplarer, prognoſticum feci, hominem breui moriturum. Multiplicata autem fuerat deiectio (vt obiter hoc dicam) propter acredinem, dicente autore lib. 4. de vic. acut. 112. acies deiectiones a colliquatione fieri. Immerito autem reprehenditur a Galeno dicente colliquationem fieri liquata, & tabefacta, propter febrem malignam, vel pinguedine, vel molli carne, combuſtionem vero in ventre oriri propter acrem eorum, quæ ingeſta ſunt, caliditatem, ob quam febrite contingit; inutilis tamen eſt iſta diſtinctio: nam liquefactio ſemper aliquam habet combuſtionem adiunctam.

Eſt & alia diſtinctio inter colliquationem febrium ardentium, & hecticarum, quod febres hecticæ, præter colliquationem, nihil aliud vrinis comunicant, at in febribus alijs, vrinæ, & excrementa craſſa abunde colora-

A ta, & graueolentia ſunt, maxime ſi colliquatio fiat in iecore, quemadmodum in peſtilentibus febribus contingit, vt inquit Galenus 8. de compoſ. med. ſecund. loc c. 7. iuxta medium. Et hinc patet deceptum fuiſſe Altimarium, qui nullum indicium ex vrinis in febre hectica ſumi eſt arbitratus: quia id ſubticuit Galenus. O fidum Achatem, qui nihil quod Dux eius non dixit, audet ille de ſuo promere. At oportebat ſaltem conſiderare, an dux ille iſtud negaſſet, imo ex dictis eius apparet ſignum ea vrina petendum eſſe, quod cum de febre hectica ageret, non

B expreſſit, quia qui multos lepores inſectatur aliquam relinquat, oportet.

Ad inſtitutum iterum redeo aſſerens in toris conſumptione, notatu dignam colliquationem non apparere: quia tenue eſt, & dilutum, quod ibi pingue latet, & in halitum digeritur. In tertia etiam ſpecie, nihil notatu dignum pingue excernitur: quia fibræ pinguedine carent vnde ſunt ex ijs, quæ igne non diſſoluuntur, ſed indurantur, vt teſtæ, & terra, vnde iſtis ſi ſanguis extrahatur non concreſcit: quia fibras fere conſumptas habet, a quibus concretio.

C Poſt paucas horas a cibo aſſumpto, hectica laborantium corpus, ſolito magis igneſcit atque hoc ſignum a prima ad vltimam ſpeciem febris hecticæ, omnes comitatur. Tale autem augmentum igneum a febrium putridarum augmento dignoſcitur: quoniam in putridis principij ſigna præcedunt, non in hectica. Deinde, quia in hectica augetur ignis quacunque hora æger cibetur, putrida ſuas habet ſtatutas horas, & humoris motũ ſequitur. Tertio quia incrementum hecticarum durat vſq; ad diſtributionem alimenti, ad quod putridæ non reſpiciunt.

D Fit iſtud ignis incrementum poſt cibos, eo modo (inquit Galenus) quo calx aqua perfuſa ebullit, vt igitur qua ratione hoc accidat febre laborantibus cognoſcas, neceſſe eſt cognoſcere quomodo accidat calci. Cardanus huius euentus cauſam eſſe, ait quia ignis in calce latitans quem in fornace acquiſiuit exiguæ aquę frigore intus concluditur, & tũm motu, tũm coctione, in ignem euadit. Hæc ratio falſa eſt: nam & vinum, & aqua tepida eumdem ignem in calce excitãt. Scaliger etiam ignem in calcis meatibus exiſtentem aquam effugere, ac ſe ſe in partes ſolidas induere dixit, quapropter ſtipat ſe

ipſum

Digitized by Google

ipſum atque acuitur condenſatione. Sed ſi
ignis in meatibus calcis relinquitur, cur non
etiam in meatibus carbonis? Thomas Ro-
dericus a Vega in calce propter denſitatem
lapidis, quãdo vritur, plus ignis manere ait
quam in carbone, accendi vero calcem ab
aqua: quia natura inducit vim ſicco, vt im-
bibat humidum; calido, vt tranſeat in humi-
dum, & ideo piper, ait, non accenditur ab
aqua, non quia piper non trahit aquam ad
intimum; Sed nec videtur denſitas lapidis
eſſe cauſa, cur in calce, quæ denſa non eſt
plus ignis relinquatur. nec ignis tranſit in
humidum, ſi humidum aqueum eſt, imo ve-
ro eidem contrariatur.

Vera ratio, vt cognoſcatur; cognoſcere
prius oportet inter cinerem, & calcem diffe-
rentiam eſſe: quia cinis nihil habet, in quo
ignis conſeruetur, calx vero habet: incinera-
tio enim fit per vlteriorem calcinationem, in
ijs vero, quæ promptè accenduntur, ignis
actio non ſiſtitur, ſed exhalante præſto om-
ni ignis pabulo, antequam calcinatio appa-
reat, incineratio ſuperuenit, alia, quæ diffi-
cile accenduntur, vt lapides, & metalla, cal-
cinantur prius, & ita tenaciter retinent reli-
quias pabuli, vt difficulter incinerentur, igi-
tur in lapidibus calcinatis epyrtheuſis con-
ſeruatur in ſuo fomite, cumq; aquam ſuper
inijcias, vel alium liquorem id euenit, quod
euenire ſolet, ſi prius ſartaginem igni appo-
nas, deinde liquorem immittas, liquor nam-
que efferueſcit; ita & in calce ignis quidem
erat prius: nam & carni impoſita, licet len-
te, comburit, in hunc ignem aqua iniecta
ebulliet; & quemadmodum ſi pulueres ali-
qui in ſartagine prius eſſent quam aqua inij-
ceretur ebullirent cum aqua, ita & calx, quæ
in puluerem facile redigitur ſimul cum a-
qua ebullit, atq; ita exurit magis quam exu-
rebat ante aquæ iniectionem, quoniam du-
plex eſt adurens, ſcilicet calx & aqua bulliẽs.
adde ob aquam iniectam partes calcis vola-
tiles exurgere, quæ mordendi vim habent.

Accede nunc ad corpus hectici epyrtheu
ticum, ſiue ignitum, cui ſi inijcias humidum:
nempe cibum, & potum, cibus, potuſq; ebul-
liet, & tunc ebulliens cibus, potuſque ſi-
mul cum magna volatilium copia excita-
ta, magis adurunt, & mordet. Et hinc ve-
ra manet Auerrois ſententia 4. collig. c. 33.
videlicet a corpore calido cibos calefieri,
quibus rurſus incaleſcit. Miror tamen Auer-

A roem ſubtilem Philoſophum, qui rationem
reddit cur hectici poſt cibum incaleſcant,
cui poterat ſimilitudo ſumpta a calcẽ aqua
perfuſa accomodari, & tamen ſimilitudi-
nem reijcit, exiſtimans calcem non ab aliud
aqua ſuperaffuſa ebullire, niſi propter con-
trarietatem, quæ eſt inter aquam, & ignem.

Sed cur piper & alia non ebulliunt affu-
ſo liquore? & cum ſit dictum habere tan-
tam epyrtheuſim quantam habet calx, cur
ignem humori affuſo comunicant, non qui
ebulliat, ſed qui tactum feriat? ſic piper in
ore ſaliuæ permixtus, etiam igne correptis
B humoribus non efficit hanc ebullitionem.
Dic edomitam eſſe epyrtheuſim ab humi-
do in ore exiſtente, quemadmodum etiam
calx, poſtquam ebulliit, ſi aquam affun-
das, parum iterum vel nihil ebulliet. Ita-
que corpus noſtrum, ſemper quidem poſt
cibum igneſcit, verum notabiliter cum he-
ctica febre laborat. Igneſcere igitur poſt
cibum a principio conuenit hecticæ: quo-
niam hecticæ a principio conuenit ignem
fixum, ſeu habitualem habere. Vnde ma-
le Andreas Ceſalpinus, hoc ſignum non
niſi in progreſſu febris conuenire ait. Vl-
C tima vero hecticæ ſpecies, hoc ignis incre-
mentum non habet: quia tunc temporis
ab hac febre magis incineratio quædam,
quam calcinatio fit, quod oſtendit exem-
plum ellychnij a Galeno allatum; oſten-
dunt & huiuſmodi febricitantium oculi,
cineribus aſperſi, & iam exiguum ignem
non conſeruantes, ſubſtantiæ interitus ſi-
milis interitui naturali.

Et quamuis cibus, & potus ebullientes
ignem febrilem, dum digerunt, augent, ta-
men continuitate eundem febrilem ignem
emendant, dum cibi potuſque natura ſua ta-
D les ſunt, qui loco partium ignitarum poſſint
reponere partes quæ difficile igneantur, tale
eſt omne alimentum, quod facultate frigi-
dum appellatur. Sic calx toties lauabitur,
donec omnem epyrtheuſim amittat.

Cineres paucum ignem continent, quem
in lyxiuio relinquunt abſque eo quod ebul-
litionem faciant. Sed mirum eſt quod ignea
cum ſit calx, ab igne non accendatur? quod
idem de cineribus. nam ſi non accenditur,
quia in ſe nutrimentum ignis non habet, nõ
habebit vnde ignem etiam conſeruet per an
nos. Dic ignem ibi non accendi quia pabu-
lum non adeſt, conſeruari autem, quia efflu-

xus non datur, non datur autem effluxus
quia particulæ ex quibus calx componitur,
ſunt illæ ex quibus componebatur lapis du-
tiſſimus, & quamuis non iam amplius ſint
inter ſe coagmentatæ, ſeruat tamen vna-
quæque natiuam ſoliditatem, atque ita ignis
ibi maximè cohibetur ab effluxu; cohibetur
etiam in cineribus, ſed in minore quantita-
te: quia minus ſolidæ ſunt cinerum particu-
læ, aduentāte igitur liquido, & omnia pene-
trante, emolleſcunt omnia, & effluxui viam
præſtant ex cineribus autem vt minus ignita-
rum particularum effluit ita facilius finitur
effluxus. Atque hinc eſt quod ille, qui in
tertia hecticę ſpecie eſt conſtitutus non diu
in vita perdurat, & maraſmus cui hæc ſpe-
cies febris comparatur, iam quidam eſt inte-
ritus naturalis ſine dolore factus non tamen
(quod cum Platone aliqui exiſtimarunt.)
cum voluptate.

Multum intereſt ſcire vnamquamq; ſpe-
ciem, ſeu tempus, tria tempora continere
principium augmentum & ſtatum, duæ ſpe-
cies priores declinationem habere poſſunt,
ſi ſanentur, Vltima non habet: diploratæ
enim ſanitatis eſt, quod multis rationibus
demonſtrari poteſt. prima quia, cum, hac
vltima ſpecie, coniuncta eſt ſumma ſpirituũ,
& viuifici tùm ignis, tùm balſami inopia, ac
propterea magna facultatum imbecillitas.
Iam verò ſi exhauſtum non niſi nutritione
poteſt refici, quid reponetur ſufficiens, vbi
ſpagyrica naturalis coctrix ęgre tranſmutat,
magnetica, ſiue attrahens, vix ſenſilem ſug-
gerit portionem, expellens non expurgat?
Deinde, cum ex defectu roridæ ſubſtantiæ
meatus continentes occluſi ſint, non eſt quà
tranſeat alimentum, præterea fibroſa ſub-
ſtantia, quæ deficit, pluribus fit præcedenti-
bus alimenti mutationibus, ita vt cibus lon-
gum iter conficiat, prius quam illuc accedat,
et facultas quæ illum manu ducit, præ ſene-
ctute fatigata, deficit in itinere; Tandem id
quod remanet fibroſum, callum obduxit, &
omnimodam duritiem contraxit, quæ au-
tem talia ſunt, vt lapides, & metalla non ex
humido molleſcunt, ſed potius limo lapi-
des, rubigine metalla veſtiuntur, ſic iſtorum
membra limoſa, & rubiginoſa, hoc eſt in ſua
duritie, excrementis ſiunt ſcatentia [illegible]
Priores igitur ſpecies ad hanc vltimam du-
citur, niſi recte tractetur, quapropter quam-
uis perniciofus ſit omnis, qui in medicina er-

A ror committitur, erit in hoc caſu quęlibet le-
uis culpa perniciosiſſima, ſic admonente Ga
leno 10. meth. c. vlt. nam *ſi error vel in vno*
cõmittatur, is reliqua ſubuertit omnia: quip-
pe cum exitialis horum affectus ſit, ne leuiſſi-
mum quidem errorem tolerat. adeò, vt Gale-
nus non niſi ob errorem medicorum poſſe
ad vltimum gradum hecticam tranſcende-
re, ſentire videatur 1. diff. feb.

Cor, in omni febre hectica, vt in reliquis
patitur, ſed patitur ſecundum fixam huius
viſceris ſubſtantiam, & hoc vel primario af-
fectu, vel aliunde communicato, quod Ga-
B lenus non ſoluit lib. de marc. c. 7. partes au-
tem quę poſſunt hecticam pati, & cordi co-
municare plures ſunt, vt ventriculus, inteſti-
na, iecur, de quibus 10 meth c 8. peculiari-
ter agit mirum tamen eſt quod pulmones
non eſſe oportunos huiuſmodi febri dixerit,
cum tamen, ex pulmonis vlcere, febris he-
ctica oriatur. Oritur quidem ex pulmonis
vlcere febris hectica. vt Galenus ait 7. aph.
16 quia puris malignitas cordi impreſſa eiuſ-
dem ſubſtantiam labefactat. ſed non, ex tabe
pulmonis: nam hoc viſcus non contabeſcit,
habet enim optimi roris per anhelitum con-
C tinuam refectionem, quod ſi inflammetur, vt
in peripneumonia, priuſquam contabeſcat
interimit. Nam quod Galenus ait hoc vi-
ſcus non corripi febre hectica: quia humi-
dum eſt, & laxum, non videtur recipiendũ,
cum laxitas nihil impediat ignis ingreſſum,
humiditas autem maior eſt in ventriculo,
qui continuo cibi, potuſq; affluxu fouetur,
& tamen ventriculum ab hoc malo immu-
nem non facit. In ſepto tranſuerſo hecticam
febrem ſe vidiſſe teſtatur, non autem ma-
raſmum, ſed quid intelligat per hecticam il-
lius viſceris non aſſequor, ſi enim inflam-
D mationem, certum quidem eſt diaphragma,
cum inflammatur, antequam contabeſcat,
ad exitum perducere. Cęterum ex Iecoris
colliquatione, maxime in febribus peſtilen-
tibus ait, 8. de comp. medic. loc. cap. 7. eua-
cuari per ventrem bilem craſſam graueolen-
tem: & bene coloratam: ſed in hoc quoque
lapide hęret. nam non video quomodo bilis
graueolens, & craſſa, & bene colorata poſſit
eſſe ſignum colliquati hepatis.

Manet tamen adhuc dubitatio non leuis,
ſi enim ex rore fiunt tum carnoſę, & adipo-
ſa partes, tum etiam fibroſę, quorſum diui-
ditur hectica in tres ſpecies? non ne data roris

con-

conſumptione reliqua ex ſiccantur? Dic, in prima ſtatim hecticæ ſpecie, omnes tres ſubſtantias pati, diuerſo tamen modo. Nã roriда accenſum habet ignem extraneum, reliquæ vero partes ſolum naturalem habent, iſte tamen naturalis quoniam continuo depaſcitur & partes carnoſæ non habent ſuam ſolitam refectionem, propter roris defectum, marceſcunt quidem, & diſponuntur, ad deſtillationem, non dum tamen deſtillantur. Poſt modo accedente igne extraneo ad partes carnoſas, & adipoſas eas depopolatur, & fit ſecunda hecticæ ſpecies, tandem conſumptis carnoſis, ignis in fibroſis imprimitur, quas niſi mors præoccuparet in cineres redigeret. Illud tamen eſt aduertendum, nec roridam, nec carnoſam ita penitus conſumi vt nihil ſuperſit. verum hyperbolice omnimodam conſumptionem intellige, hoc eſt tantam, vt ſi vlterius progrederetur non poſſet animal in vita permanere ſic intellige Iob. c. 19. *pellis mea conſumptis carnibus adhæſit os meum* neque tamen in Iobo erat Marcor ſine febre hectica, ſed hecticæ tertia ſpecies, vt ipſe met declarat. c. 30 *oſſa mea aruerant præ caumate*, tamen abſque vlla hyperbole inquit, c. 7. *membra mea quaſi in nihilum redacta ſunt* vbi illud, *quaſi*, omnem hyperbolem aufert. Externæ hecticæ ſigna ſunt, pediculi, propter inconfectum cibum, nec non & ob eamdem cauſam alui fluxus, qui lethalis eſt. Vngues curuantur, quoniam deficit ſubſtracta caro, augentur pili propter copiam exuſti vaporis, eorum vero decidentia eſt quia fuliginis putredine radices eorum reſecantur. Vniuerſa cutis quaſi puluere aſpergitur. propter partes in cinerem verſas, oculi conniuent ſeu præ debilitate, ſeu quia paucitas ſpirituum lucẽ non tolerat.

Hectica Peſtilens.

CAP. XX.

AD vltimum gradum hectica putrida, ſeu hectica peſtilens non accedit, quia fuligines putridæ ex pingue, & carnoſa ſubſtantia eleuatę, antequam fibroſæ exiccentur, interimunt dari autem putridas hecticas, in valdè peſtilente conſtitutione, & extra conſtitutiones peſtilentes, in valde pu-

A tridinoſo corporis apparatu, non eſt extra rationem. Nam veneno prædominante, ignis viuificus pene extinctus extraneo permittit, vt tyrannidem ſuam in carnes, & parenchymata exerceat: extraneus ex veneno fuligines arſenicales eleuans intra paucas horas vitam aufert; Atque ideo hæc febris, quæ putrida hectica dicitur, pauciſſimæ eſt durationis, ſemperque infelicis exitus, eius pulſum deſcribit Galenus 3. præſag. expulſ. c. 3. ſimilem pulſui naturali, cuius cauſam refert ad inæqualitatem temperamenti inter cor & arteriam, vt ſcilicet arteria, quæ

B frigida eſt, a corde, calefiat, ita vt euadat pulſus nec paruus, qui frigidæ intemperiei eſt, nec magnus qui calidæ, ſed inter vtramque moderatus. Aliquando ad diſtantiam arteriarum a corde, quę enim cordi ſunt propinquiores celerius recipiunt influxum a corde, quare ex quæ remotius diſtant citius calidiores redduntur: ſic videmus in acceſſionibus ſub finem frigoris, & caloris ingreſſum, pulſus reddi ſimiles temperato. nonnunquam cordis corpus eſt frigidius, ſubſtantia vero, quæ in ventriculis continetur calidior, vel e contra cor calidius contenta frigidio-

C ra, nonnunquam quia febres hecticarum inſtar ſunt.

Hæ ſunt cauſæ a Galeno allatæ, quarum prima merum eſt figmentum: nempe quod ſint, ſpiritus corde frigidiores, aut cor ſpiritibus, ita vt pulſus in mediocritate conſiſtas. Nam in ægritudinis tempore adhuc cor eſt, quod ſpiritus conficit, & a quo arterię mouẽtur, quapropter motus erit iuxta cordis temperiem, non iuxta contentorum varietatem. Secunda cauſa momentanea eſt, nec poteſt per totum morbi decurſum perdurare, nam & ſi arteriæ frigidiores tardius, & magis

D lentè calefiunt, tamen, intra paucas horas, omnino incaleſcunt. Tertia non ſoluit dubium: nam Galenus met fatetur in tali febre, quæ hecticarum ſimilitudinem refert, pulſus eſſe celeres, non tamen frequentes; iam igitur non ſunt naturales. Nec minus fictioni ſimilia videntur ea, quæ ſequenti capite adiungit de oppoſitione inter cor, & arterias. Qua propter cauſam venabor ex conceſſis hoc modo. Non immerito multi fatẽtur poſſe dari peſtem ſine febre, quod ex Galeno deducunt, & tamquã verum recipiunt. cauſam huius rei, inquiunt eſſe, quia poteſt cor frigido veneno occupari. Tunc quidem

dicam non ſolum non adeſſe febrem, ſed adeſſe febris oppoſitum, hoc eſt pulſuum tarditatem. Finge ergo ex multiplicitate veneni in corpore exiſtentis excitari etiam partes veneni calidi, ſimul cum frigidi, tunc ex tarditate facta a narcotici veneni fumis, & velocitate fumi arſenicalis, fiet media quędam diſpoſitio, quæ pulſum non alterat, quia ex commixtione contrariorum, vſus nec frequentem, nec rarum; ſimiliter nec celerem, nec tardum pulſum deſiderat. tamen venena ſunt vtraque, & ſua antipathia interimũt. concedi tamen debet ſemper ad vltimum, mutationes pulſuum debere ſentiri: languẽs enim facultas paruitatem pulſus crebritate vult compenſare, ita vt quod vnica pulſatione non poteſt efficere pluribus efficiat. neque vllum exiſtimo poſſe abſq; pulſuum mutatione e vita diſcedere, quamuis naturali interitu ſine violẽtia pereat: lucerna enim quæ extinguitur, ſemper iuxta finem ſui luminis, mutationes efficit. nam quid vltimos naturæ conatus poterit prohibere?

Hæc autem, quæ de hectica peſtilente dixi, non ſine controuerſia tranſeunt. Nam licet Galenus hecticam peſtilentem concedat cuius meminit lib 3. de præſag. ex pulſ. c. 4. eam, vt impoſſibilem aliqui reijciunt, inter quos eſt Conciliator diff. 94. qui tolerandus eſt, quoniam fortaſſis Galenum non legerat: Trincauellium autem tolerare nõ poſſum, qui Galeni verba miſere dilacerans, in longẽ diuerſum ſenſum diſtrahit, & dum Galenus peſtilentem hecticam, ſuis ſignis, demõſtrat, ille hanc fieri, ait, non putrefacta cordis ſubſtantia, (neque enim ſic animal poteſt in vita permanere) ſed quia putrefactis in peſtilente febre humoribus, praua illius putredinoſæ qualitatis natura, veneni aliquid ſapiẽs imprimitur ſolidis etiam membris & tamet ſi non putrefaciat eorum ſubſtantiam, retinet tamen pernicioſam naturam, qualitás ea, in quam membra transmutantur. hoc probat exemplo ſumpto à dolio, in quo vinum marceſcit, & quamuis dolium nõ putreſcat, ſemper tamen retinet putredinoſam qualitatem, quæ odore fit manifeſta imo non modo dolium, ait ille, ſed & vinum, ſi denuo infundatur, putridam illam infectionem contrahit.

Hecticam peſtilentem non auſus eſt negare, ne Galeno contradiceret, atque ideo dum peſtilentem hecticam, ſuo modo, fin-

A git, non hecticam peſtilentem, ſed hecticam ex peſtilente febrem, qualem etiam hecticam, ex morbo gallico, ſæpe vidimus, nobis dat. Sciat tamen ſe adhuc Galeno omnino contradicere dicenti *etenim ſunt, vt docuimus, peſtilentes non pauca inde vſque ab initio hectica diſtantque ab omnibus alijs febribus, qua ex magna putredine oriuntur*. Cæterum decepit Trincauellium impoſſibilitas ad putreſcendum, qua cor præditum eſſe exiſtimauit, nec in memoriam reuocauit, quæ a Galeno 5. de loc. aff. capit. 2. in hanc modum ſcripta

B ſunt. *igitur ſi ad ventrem cordis vulnus aliquando penetrauerit, protinus magno cum ſanguinis fluore hominem mori neceſſe eſt, ſi vero non ad ventrem vſque pertingat, ſed in cordis ſubſtantia conſiſtat vulnus, ex ita affectis aliqui non ſolum ea die, qua vulnerati fuerunt, ſed ſequente quoque nocte viuere potuerunt, qui inflammationis ratione extincti ſunt*. Sic Galenus. Cordis autem vulnera haud protinus interimiſſe ſed tribus contractis vulneribus, diuturno tempore ægrum perduraſſe, vidit Fernelius. mihi etiam contigit

C vidiſſe in nobilis matronæ, quæ ex longo morbo perijt, cadauere, cor vlceribus ſcatens, & memini illam multoties in morbi progreſſu de cordis dolore fuiſſe conqueſtam; Sed Trincauellio videtur forſitan poſſibile poſſe aliquem ex hectica peſtilente euadere, At etiam ſi febris hectica peſtilens fuerit eo modo, quo ille finxit ex ea euadere nemo poteſt; Nam cum febris putrida eò deuenerit, vt putredinoſam qualitatem in cordis corpore relinquat qualem vinum marceſcens relinquit in dolio, ſemper interimet. Qui enim fieri poteſt,

D vt putredinoſa in corde qualitas poſſit vnquam emendari, ſi ita cordis ſubſtantiæ eſt impreſſa, vt ſanguinem inficiat denuo aduenientem, quemadmodum dolium inficit vinum denuo iniectum? Sed quid in hoc amplius laboro Galenus 3. de præſ. ex pulſ. in fine 3. capitis, nos ab omni liberat dubitatione: ſiquidem differentiam conſtituit inter putredinem quæ cordis humores, & ſpiritus, & eam quæ cordis corpus occupat, quia quæ cordis corpus occupat certiſſimè in interitum finitur, alia vero aliquando in ſanitatem, eius hæc ſunt verba. *Quod vero in ſermone prætermiſimus, vbi aer, quem*

in-

inſpirando attrahimus infectus putredine ſit, ac putredo corpus cordis attigerit, illi pulſus ſiunt. nec tam quicquam habet admirationis, ſi eos pulſus, quos memorauimus tali affecti peſte habeant, nec ſi peſtilentem reſpirationem, nec ſi omnino morituri ſint, quam enim excogites medicinam ad putredinem, quæ in corde ſit? Nam quibus calor hic putredinoſus ad humores, quos continent cordis ſinus magis deflexit, quam ad corpus ipſum visceris multi horum fuerunt ſuperſtites. Quod ſi dixiſſet Trincauellius huiuſmodi febre correptos nempe ex ſubſtantia cordis putrefacta ſaltem intra paucas horas mortuos, hoc illi concederet Auicenna, qui iuxta ea quæ accepit a Galeno adiungit. *Et cum hoc ipſa eſt interficiens velociter, & haſitant medici in eſſe eius.* cōcedemus & nos iuxta magnitudinem inflāmationis plures, aut pauciores poſſe ægrum horas perdurare, aliquando vero de repente in peſte moriūtur, nec febre ephimera correpti cadunt vt malè exiſtimat Augenius (nam ephimera ſua habet ſigna, vt ſudores, mutationem in pulſu & vrina) ſed ex hectica, in qua vti diximus, nec pulſus, nec vrina mutantur ſed ad veniente putredine, ad cordis ſinus concidere facit, vnde non recipiuntur illi, qui exiſtimant eos, qui in peſte de repente moriuntur mori ſine febre, inter quos eſt Maſſaria, & Angelutius, dicentes fieri quandoque putredines adeo vehementes, vt eius vaporibus eleuatis ad cor, prius homines intereant, quam febris accendatur, ſed quomodo quæſo hoc venenum interimit: nempe putrefaciendo aliquam ex cordis ſubſtantijs, & quomodo poteſt putrefieri abſque febre? quod ſi momentanea eſt putredo, quæ momento interimit, momentanea etiam febris eſt. Moriuntur quidem ſine cognita febre, non autem vere infebricitantes, neque etiam iſti, qui ſubitò cadunt moriuntur ſine ſyncope, vt falſo exiſtimarunt Iacob. de part. Alex. benedic. & Hieron. Mercu. nam quid aliud eſt ſyncopa ex qua æger non reuertitur quam repentina mors? quod ſi fieret a veneno frigido, paulatim fieret. neque velox effectus frigidæ auræ tribuendus eſt. & ita puer ille epilepticus auram frigidam ſemper aſcendere ſentiebat.

Vt vero Conciliatori faciamus ſatis, qui ideo nullam hecticam putridam dari ait, A quia putridæ curationem, non hecticæ requirit, ſcito ægrum hectica peſtilente laborantem eſſe ex iis, qui ſolis prognoſticis ſunt relinquendi, deſperata enim omnino eorum eſt ſalus, neque eſt remedio locus quapropter ridiculum eſt quod quidam Thomas Iordanus ait ſanguinis miſſione & medicamento purgante huiuſmodi febres curari: quam enim (inquit Galenus ſuperius citatus) excogites medicinam ad putredinem, quæ in corde eſt? Poſſe quidem cor inflammationem vel eryſipelas, ac proinde putredinem, pati non diffitetur idem Galenus 5. B de loc. affect. c. 2. ſed hæc tolerat mala, dum fieri incipiunt: nam antea quam augeantur, ilico animal corrumpitur. Si enim ex huius viſceris intemperie, etiam a ventriculo communicata, vires agminatim cadere neceſſe eſſe dixit idemmet Galenus eodem 5. lib. de loc. aff. c. 6. quanto magis hoc accidet ex putredine in parenchymatis ſubſtantia exiſtente. quis autem tam demens erit, qui ſanguinis miſſione, per necanti, per virium diſſolutionem, malo occurrat? quis etiam medicamenti purgantis auxilio, cordis putredinem emendare ſe poſſe ſperabit?

C Videbis in hac hectica peſtilente ægrotos alios alijs per plures horas, aut etiā dies perdurare, hoc autem multis de cauſis poteſt euenire. Aliquando exigua in principio eſt putredo, eiuſque conditionis, vt paulatim ſerpat, nec adeo velociter ad ventriculos cordis perueniat: neque enim niſi malo cordis ſinubus communicato, perit animal, ſicut etiam in cerebro ſenſuum, & motionum deperditionem non niſi ventriculis eius affectis perire diximus, Aliquando etiam durat ægrotus interituque per plures horas, aut D etiam dies valet reſiſtere: quia ſuapte natura multo innato calido, & ſpirituum copia abundant, veluti armatus hoſtem, a quò tandem vincendus eſt, pro poſſe, repellit. Argumento eſſe poſſunt animæ paſſiones, quæ non omnibus æqualiter nocent: timidi enim, & puſillanimes facile ob quēuis affectum deficiunt Galenus 2. de cauſ. ſympt. cap. 5. ad animi imbecillitatem hoc refert, animi tamen imbecillitas ad corporeas cauſas hoc eſt ad imbecilla inſtrumenta reduci debet, ac proinde paucus imbecilluſq; ob ſpirituum inopiam, calor, ſi aliquod diſſoluens adſit, ſemel & confertim extinguitur, & ſuffocatur.

Non

A Non prÆteribo hic vulgarium medicorum errorem, qui omnem repentinum interitum ad ſuffocantem deſtillationem referunt. Vident illi moribundos quos Hippocrates, & ex Hippocrate Galenus breuiſpiros appellant, quia ſcilicet facultas debilis non poteſt magnam edere reſpirationem, qua propter cogitur ęget pluribus exiguis thoracis motionibus in quibus, & motus, & quietes breues ſunt, defectum magnitudinis ſupplere. Conſiderant inſuper in morti proximis ſtertorem quendam (oregmon appellari ſolet) factum ob impotentiam retētricis cerebri, materiam quę in eo exiſtit retinere non potentis, quę cùm in guttur cadat, neq; ab expultrice etiam num debili queat expelli, continua illic ingredientis aeris motione, ſonitum edit (de quo nos in noſtra prędictionum medicarum ſyntaxi abunde agimus) Cumque hoc contingat, vt diximus, prope mortem, non exiſtimant euenire quia mors prope adeſt, ſed mortem prope adeſſe; quia hoc euenit. Cęterū magis ſignum quā cauſa impendentis interitus cenſeri debet. Mors autem quę cito accidit, maxime in ſtatu peſtilēte, ob cordis malum accidere ſolet, venenoque vel in corde genito, vel aliunde B ad cor confluenti debet attribui.

FINIS LIBRI TERTII.

STR-

STEPHANI RODERICI CASTRENSIS LVSITANI DE METEORIS MICROCOSMI

Liber Quartus.

PRÆLVDIVM.

Q*VI fortuito, & abſque vllo, inter ſe cohærentium documentorum, ordine, medicam facultatem docere ſolent, vel addiſcere. ij nihil ab empyricis, quos forſitan damnant, differre mihi videntur. Maxima profecto eſt ſcientiæ dignitas, a ſuis fontibus, analytica methodo, quaſi in riuulos poſſe deriuari, & in eoſdẽ, cõpoſitorio ordine, reuocari. Sapiẽter Hipp. 1. de morb. in princ. hanc ſibi ſeriẽ proponens, inquit:* animaduertere oportet primum quidem, a quibus omnes morbi hominibus fiunt, deinde verò, qui morbi neceſſariò vbi facti fuerint, aut longi ſint, aut breues, aut lethales, aut non lethales, & a quibus morbis, ad quales tranſitus fiat. & quæ exacte fiunt, ac dicuntur in arte, & quæ recta in ipſa, & quæ non recta. & quod ipſius principium, aut finis, aut medium, aut illud quod eius modi demonſtratum, quod recte habet, vt in ipſa ſit, aut non ſit. & quod omne in ipſa vnum eſt, & omnia quod vnum. *Durationem morborum, & interitum tam magni, quam parui Mundi, ſi per analogicum catholiciſſimum velis ſeriatim percurrere, & ex veris principijs hypoſtaſes elicere, inuenies vtriuſque Mundi lapides, aquas, ventos, ab vno principio eſſe oriundos, & ſolis locis differre quod Hippocrates his verbis teſtatur.* Videntur quidem morbi, inter ſè, nihil ſimile habere, propter diuerſitatem ſcilicet locorum, cum ſit tamen morborum vna & ſpecies, & cauſa quoque eadem. *Eſt igitur vera morborum cauſa tota in toto, & tota in qualibet parte, quæ diuerſos morbos ad identitatem reducit, ob radicis vnitatem, & proprietatum ſimilitudinem. Quis quæſo non videt, omnia morborum genera, omnibus partibus accidere poſſe? e. g. ſi vlcere peſſimo vniuerſum corpus tam exterius, quam interius ſit infectum. quid appellabis? externa vlcera lepram, aut pſoram, aut ſcabiem. interna in pulmone, phtyſim: in inteſtinis dyſenteriam. Sic & phlegmonas externos varijs nominibus cognoſces vt parotidas, ſi ſecus aures ſint, bubones autem in inguinibus. ſi inte-*

rius fiant in membrana coſtas ſuccingente pleuritides, in cerebro phrenitides nuncupantur. Iam aliquem audio exclamantem, indicationem, quæ à loco affecto ſumitur, ſummopere à Galeno commendatam, à me eſſe prætermiſſam. Abſit, imò hanc recipio, quam nec Hippocrates contempſit, ita tamen vt non ſpecificam remediorum ad vnum, & eundem finem tendentium, naturam immutet, ſed duntaxat aplicandorum methodum euariet. Vnum ſpecificum remedium phlegmon expoſtulat, ſiue ſit in cerebro, ſiue in thorace, ſiue in iecore, aut alibi. nam vbicumque ſit, phlegmon eſt, & eandem ſemper materiam habet, quæ ſemper eiſdem machinamentis tollitur. Cæterum methodus, & via aplicandorum non ſemper, & vbique eſt eadem. Curioſe hoc Galenus conſiderauit 4 meth. c. 7 in hunc ſcribens modum. Quippe quando nec deligare commode ægram particulam poſſis, niſi prius vel ex figura, vel poſitura, vel vtriſque indicationem ſumpſeris: ſed nec immittere in ſedem, clyſteris fiſtulam, commode queas, abſque eius generis indicatione. Iam per penem iniijcere medicamenta in veſicam ſæpe neceſſum eſt, illud de cathetere apponere opus non eſt, quod eo probe vti omnino nequeas, niſi & poſitum, & figuram totius veſicæ plane perſpectam habeas. *Sic ille, qui ea quæ in profundo corporis ſunt, diuerſam curationem, ab ijs quæ apparent poſtulare, adiungit. Curationem inquam, non diuerſam in remedijs ſed in remediorum, vel quantitate, vel modo. Fateor membrum nobile, vel eidem vicinum, ſuam peculiarem requirere diligentiam. & quamuis ratione mali, non tamen ratione loci, vnicam eſſe curandi methodum. Fateor etiam ad præſagitionem affectum locum non parum conferre. Num ſcilicet pars præcipua, an minus præcipua patiatur. num dextra, an ſiniſtra? ſuperior, an inferior? maior an minor? vna an plures? & denique num peculiaris pars, an vniuerſum corpus afficiatur, & ſi pars, vtrum per idiopathiam, an per ſympathiam vexetur? Hæc omnia quemadmodum à medico ſunt conſideranda, ita etiam ad vnum fontem reducenda. Duæ igitur ſunt hypoſtaſes, vna quæ topologia, hoc eſt locorum contemplatio, ſeu ratiocinatio dicitur. & hæc in ſua diuiditur capita; breui tamen ſermone comprehenſa. Conſiderat enim membrorum ſitum, figuram, magnitudinem, nobilitatem. Altera, quæ meteorologia aplatur, & ſublimior eſt, ac magis vaſta, quæ affectiones microcoſmi, a macrocoſmi affectibus acceptas comprehendit. Hoc eſt totius operis, ſed præcipue huius quarti libri ſubiectum.*

FEBRI.

FEBRICITANTES TVM VICTV *tum euacuatione curandi ratio.*

CAPVT I.

SI victus humidus febricitantibus conuenit, etiam in febre putrida, vel in febre ex putredine, (vtrumque enim idem eſt,) cum tamen humidum putredini ſit maxime obnoxium. Si euacuatio humorum febrem ſanat, cum tamen dixerim humores non eſſe febriũ materiam, mutila foret præterita tractatio, ſi & victum, & euacuandi rationem præterirem.

A B Cibum humidum febricitantibus conuenire dixit Hippocrates 1. aph. 16. Philoteus, quamuis frigidum etiam cibum febris expetat, non eius factum fuiſſe mentionem exiſtimat: quia Hippocrates, nimius breuitatis affectator, cum duo contrarianti febri agnoſceret, nempe frigidum calido, & humidum ſicco, vnius tantum meminit contrarietatis, nempe humidi, alteram intelligendam ſiluit. Aliqui cibum humidum interpretantur potiones, vel ſaltim ſorbitiones, C alij cibum, licet ſolidum, facultate tamen humectantem. Sed hæc gratis dicta ſunt: omnis namq; cibus humectat, quidam magis, alius vero minus, cæterum nullus eſt qui humidum ſubſtantificum non reficiat. Itaque vera huius ſententiæ expoſitio petenda eſt ab eodem Hippocrate in libello de veterè medicina, vbi quicquid antiquiores in vſu habebant referens, & approbans, nobis veram cibandi ægros viam monſtrat ſic enim de antiquis loquitur. *cum vero ipſis* D *aliquando, hoc ad aliquos ægros ſufficeret, palamque fieret, quod prodeſſet non tamen omnibus, ſed eſſent quidam ita habentes, vt neque modicos cibos ſuperare poſſent, imbecilliore ſane quopiam tales attingere illis viſi ſunt, ſorbitioneſque inuenerunt, pauca ex fortibus multa aqua permiſcentes, & robur ipſum temperatura ac coctura detrahentes. Quod ſi qui neque ſorbitiones ſuperare poſſēt his detraxerunt etiam ipſas, & ad potiones peruenerunt.* Videtur igitur, in ratione cibandi, ad ſolam facilitatem, aut difficultatem, qua cibus coctionem admittit, veteres reſpexiſſe, ne naturam in morbi pugna occupatam diſtrahamus, quapropter cibum in forma ſolida, qui maiore indiget naturæ actione (*facilius, enim, eſt impleri potu quam cibo*) febricitantibus raro dare conuenit, liquidus autem ſit oportet, non tamen omnino aqueus, ideo dicitur. *pauca ex fortibus multa aqua permiſcentes:* quia ſi nihil haberet pingue, totum eſſet excrementoſum, & extinguẽdo igni viuifico non minus aptum, quam extinguendo febrili igni. Nec ex altera parte multum pingue habeat etenim cum. *impura corpora quanto magis nutries, magis lædes*. ſic vt, ſi pingue omnino ſit plus nutriat, quam morbi ratio poſtulat: idcirco adiungitur; *& robur ipſum temperatura, & coctura detrahentes.* quin & pingue ignis eſt pabulum media itaque via progredi oportet. hinc panem non niſi lotum febricitantibus concedimus, tùm vt fermenti acredo emendetur, tum vt lotione aliquid nutrientis vis deperdatur.

Cum vero in ſumma debilitate conſtituitur æger, tunc quoniam non iam ſorbitiones patitur, ad potiones deueniendum eſt, & quoniam in eo ſtatu virium ſola eſt habenda ratio, quo ad fieri poteſt multum pingue potiones vt habeant procuramus: hinc ex pullis, vel per expreſſionem, vel per ſpagyriam ſubſtantificum omne extrahimus, in quo pene reſolutos reficimus.

De frigidæ potu conſule Galenum lib. 9. meth. c. 5. non tamen omnes conditiones, quas ibi requirit, obſeruandæ ſunt in febre ephimera: nam quod concoctio ſit expectanda, ad putridas ſolum referri debet. Itaque duplici nomine largus frigidæ potus febri conueniet; primo quia extinguet ignem per σβέσιν, hoc eſt, extinctionẽ & hoc cum præmiditatione in putridis faciendum, quandoquidem ægro debili exiſtente extinguetur viuificus ſimul, cum febrili igne; Vnde in internis inflammationibus à frigidæ potu maxime cauendum merito cenſet Galenus; quendam vidi iecoris inflammatione laborantem cui ſi ex largo aquæ potu dolor ceſſauit tamen paulo poſt vita defecit. alter in ludo paruæ pilę nimis exſtuans a frigidæ potu

extinctus cecidit. Deinde extinguit per μάϲκειν, hoc eſt, tabem quia auferendo materiam ignis ignem ad tabem deducit; Aufert autem volatilem ſalis ſubſtantiam & eam in ſudorem concreſcere facit: nam quod ſudor ex ſale fiat oſtendit ſapor ſalſus quo fere ſemper eſt præditus, quo etiam ſi aliquando careat præter naturaliter id accidet depoſita nempe ſalſedine ſicut in aqua marina a quà nubes aquam trahunt, quam dulcem poſtea reddunt de quò ſuo loco amplior nobis erit ſermo.

Cur vtraque euacuatio, tam, quæ per venæ ſectionem, quam, quæ per cathartica medicamenta fit, conferat dicam breuiter. Sanguinis miſſio duobus nominibus iuuat, primum tanquam refrigerans auxilium, alterum tanquam reuelens. Refrigerans eſſe auxilium, Horatius Augenius negat, & Maſſariam & alios ita ſentientes increpat. Increpet vſque licet, tamen non negabit, quod plerique non negant, ſaltem per accidens refrigerare, quatenus videlicet noui aeris ingreſſum adiuuat. Sed quid melius, nunquid effectus per accidens non ſunt aliquando efficaciores quam effectus per ſe? nunquid melius poſſumus domum refrigerare quam feneſtras aperiendo, vt frigidior ingrediatur aer? Reuulſiuum eſſe auxilium fatentur omnes, ſed reuulſionem ſemper in febre eſſe neceſſariam ratio nos docet. Nam ſemper in hoc affectu exigitur vel reuulſio, quæ reſpicit motum, vel ea quæ reſpicit locum, ſi affectus primario eſt in corde reuellamus a loco oportet. Sin aliunde ad cor mouetur, motum reuellere atque alio inclinare conuenit.

Obijcit quidam ventilatione ignem augeri, ac præterea aerem eſſe ignis pabulum, quare & qui ventilat ignem illum accendit, & qui aerem introduci curat materiam ignis auget. Reſpondeo: ignem quidem ventilatum accendi fortius, ſed in materia fixa propterea hectica febris a venæ ſectione (quę multis etiam alijs rationibus ei nocet) nihil iuuatur. At vero vbi materia fluxibilis eſt, detruditur pars ignita in aliam partem, in quà maiorem inuenit reſiſtentiam; præterea ignis qui vnitus erat diſſipatur & ita imbicillior fit. Aer autem licet ſit ignis pabulum tamen, ſi frigidus eſt, propter narcoticam vim igni inimicam extinguit illum hinc eſt quod ignis hyberno aeri relictus facilius extinguitur, quapropter febricitans, ſi frigi-
A dum reſpiret aerem, recreatur. Adde ſpiritus ex aere gigni, cuius aduentu ij, qui intus erant prorſus igniti, aduenientibus denuo permiſcentur, & attemperantur. Eſt & alia reſponſio, quæ propoſitam difficultaté omnino exhaurit, nempe ignem ſub cineribus conſeruari, cum vero prunæ detectæ ſunt aer corrumpit ignem illum circunſtans. quia ſi poteſt, magis expetit corrumpere quam corrumpi, poteſt autem quia ignis non eſt incendium magnum. itaque contectus cinere, ab aeris iniuria defenſus permanebat, tripliciter enim ignis ſeruatur, vel cum motum
B ex ſe ipſo excitat, vt in cereis, & generaliter vbi flamma motu ſuo ſe ipſam tuetur: vel cum aliunde motu fouetur, vt flante vento vel follibus vnde magna incendia fere omnia, dum validi venti flarent viguerunt. Tandem cum tutus eſt ab aere ſic tamen vt reſpirare poſſit velut ſub cineribus.

Quæram tamen vtrum præter reuulſionem, & refrigerationem conferat etiam venæ ſectio febribus, propter euacuationem? quod videtur admittendum præcipue cum Galenus 11. met. cap. 15. ideo laudet venæ ſectionem: quia per eam natura leuatur ab
C eo, quo tanquam Sarcina premebatur. Dicam euacuationem quidem vtiliſſimam moliri non tamen eius materiæ in qua ignis ſuccenditur ſed eius, quæ ignē fouere eſt apta.

Sic & purgans medicamentum, cum ſulphurea excrementa attrahat, vt indicat fœtor, incendij febrilis vim adimit. Nam ignis qui eſt febris, ad hæc excrementa accedens, plures & deterioris naturæ fumos, & fuligines excitabit. Vti ſi domus incendio corripiatur in qua picis naualis, & ſulphuris & aliorum ſimilium vaſa contineantur.

D
Alexipharmaca vnde habeant ſuam facultatem.

CAP. II.

PARTIVM diſſolutio, hoc eſt putredo, in febribus fit, & quicquid diſſolutum eſt ſanguinem conſpurcat. quare in omni febre putrida, euacuationem optimū eſſe remedium iure optimo dictum eſt, ne ex ſanguine ita conſpurcato, iterum alimenti

partes

A partes accipiant. Verum ne diſſoluatur corpus, ſeu quod idem eſt, vt putredo ceſſet. hoc nulla re melius efficitur, quam medicamentis alexiterijs, ſeu alexicacis, ſiue alexipharmacis, ſic enim omnia appellantur, quamuis Galenus inter alexiterium, & alexipharmacum, differentiam conſtituere videatur 5. ſimpl. medic. facul. c. 18. vnde aliqui occaſionem atripiunt exiſtimandi, alexipharmacum eſſe, quod per os aſſumitur, alexiterium quod foris imponitur, tamen ibidem nihil intereſſe ait an alexiteria, an alexipharmaca appelles. Antidoti etiam dicuntur, quamuis antidoti nomen latius pateat, ex B libro de antidotis c. 6. horum aliqua externis inunctionibus inſeruiunt: ſyncriſmata appellata, alia vero per os, exhibentur & dicuntur λυξιφάρμακα, & λυξιπύρετα, hoc eſt ſolui morbia, & febrifugia. Amuleta etiam, quæ collo ſuſpenſa iuuare creduntur non omnino eſſe ſpernenda, multorum experimentum fidem facit. Hæc igitur medicamenta maximæ eſſe vtilitatis, in omnibus febribus, quas putreſcens materia concitat, ſed magis in malignis, maximè in peſtilentibus, nemo eſt qui diffiteri poſſit. Et hinc C vel maxime patet quam ſint hæ febres ortæ ex veneno interno ſimilitudinem habente cum veneno externo: ſiquidem omnia quæ febribus proſunt, eadem veneno epoto, & morſibus venenoſarum beſtiarum vtiliter exhibentur; qua vero facultate remedia iſta ſuos promant effectus, nemo hactenus recte demonſtrauit. Galenus 5. de ſimpl. medi. facul. c. 18. in hunc modum ſermonem inſtituit, *eſt autem harum natura duplex: ſiquidem quadam alterant, quadam verò euacuant ex corpore patiente, ſeu venenum corrumpens, ſeu deleterium medicamentum al-* D *terant, igitur aut vna qualitate, aut duarum coniugatione, aut denique tota ſubſtantia.* Hęc Galeni verba occaſionem dederunt aliquibus exiſtimandi qualitates manifeſtas eſſe quæ in huiuſmodi pharmacis operantur, alijs verò confugiendi ad qualitates occultas, quas Galenus, honeſtiore nomine, totam ſubſtantiam appellat, cum reuera tota ſubſtantia, & qualitas occulta ſint occultum quiddam, & de quibus ratio nulla reddi poteſt.

Quicunque pręd ictam facultatem in manifeſtis, ſeu primis qualitatibus conſiſtere arbitrantur, rationem reddunt huiuſmodi.

A lapides pretioſi, & reliqua, ex quibus fiunt compoſita electuaria alexiteriam vim habētia deſiccandi potentiam habent, qua putredini, quę in humiditate conſiſtit, reſiſtunt, verum iſti autores rationem reddere debuiſſent, cur multa ſunt, quæ ſiccandi vim habent, & non ſunt alexipharmaca? deinde etiam cum febrem affectum ſiccum, & calidum conſtituant quomodo febrem per exiccantia recte ſe curare exiſtimant? cum tamen Hippocrates in victu febricitantibus inſtituendo, magis ſollicitus fuerit de ſiccitate, quam de caliditate corrigenda. Tan- B dem venenum aſſumptum in exigua quantitate, ſubito ac aſſumptum eſt, per huiuſmodi pharmaca curatur, nec tamen dicendum eſt venenum ſubito ac in corpus intrat, tantam moliri humiditatem, quæ exſiccationē poſtulet, nec vero venena humida ſunt, ſed ignea vt plurimum, & tamen alexipharmacis obediunt, neque pondus paucorum granorum poterit adeo potenter exſiccare, vt ſola hac qualitate, ab interitu corpus liberet. inde namque Marſilius Ficinus venatur ſuperius aliquid, præter qualitates manifeſtas, bezoarticis ineſſe, quia etiam exiguo pondere C ſumpta non exiguum habent in agendo momentum, quod elementari qualitati vix vnquam eſt conceſſum. Materialis enim victus vt agat multum, materiam deſiderat multam, formalis autem etiam cum minima materia, valet plurimum; pari etiam lege venena exigua mole exhibita ob id plurimum nocent, quod iam ſpirituoſa magis quam corporea ſit eorum actio breui momēto poſſunt in vniuerſum corpus diffundi, vt in ſcorpijs, & phalangijs, & marina torpedine probat Galen. lib. 6. de locis affect. c. 5.

Qualitates occultas alij amplectuntur di- D cuntque ea omnia, quæ veneno aduerſandi vim obtinent, id efficere peculiari quadam antipathia, ſic granatus qui carbunculi eſt ſpecies, aeri venenato reſiſtit, & cordi eſt amicus, ſicut ſmaragdus cerebro, ſapphirus hepati, coralus ventriculo; Hiacynthus autem præterquam quod antidotus eſſe putatur lætitiam quoque conciliare dicitur. Topazium theriacæ præfert ſerapio, Agates inſuper & Margaritæ aduerſus peſtem valere creduntur. Atque hæc ſi annulis geſtentur, aut pectori apponantur, e regione cordis vel ore contineantur, vel quod vtilius habetur ſi cibarijs permiſceantur in tenuiſſimum pol

linem redacta mitas habere virtutes credũtur, ad eundem vſum præbetur cornu monocerotis, & oſſa cordis Ceruí, nec non & eiuſdem animalis cornu. Omnibus adiungitur lapis bezoar, atque ex his & alijs innumera efficiuntur electuaria, quæ multoties ſine vtilitate, numquam ſine nauſea ſumuntur.

Verum ſi in huius facultatis cognitione non vltra qualitatem occultam pergendum eſt. conuenientius dicemus hæc omnia eſſe empyrica remedia, & a ſolo experimento comprobata, nam quis nos qualitatem occultam docuit? nihil ſane de hac re vltra id quod experimento acquiritur cognoſcimus. Cæterum quoniam non empyrica, ſed ratione optima confirmata hæc medicamenta ſunt, præſtat eam in medium afferre.

Non vna eſt omnium medicamentorum ratio, ſed multiplex; quemadmodum etiam ex deleterijs quædam hac, quædam illa via nos ad interitum ducunt, ita & ex alexiterijs nonnulla vnam, alia aliam ſubeunt auxiliandi rationem. Aurum in primis & margaritæ quas auro in virtute æquipollere grauiſſimi cenſent autores ſuam particularem habent, putredinem corrigendi viam, quæ talis eſt. Dixi ſuperius aurum in microcoſmo eſſe quod illum a corruptione maxime tuetur, aurumq; licet reſiſtat igni, venenis non reſiſtere; quapropter neceſſe eſt vt prædominante in corpore putredine, auri in corpore exiſtentis vis periclitetur, ne tamẽ omnino deperdatur præſtiterit externo auro & ijs, quæ auri facultatem habent, illud internum corroborare, imo periturum ad ſuam puritatem reducere, cumq; hoc debeat fieri permutatione ſubſtantiæ in noſtram ſubſtãtiam, non commode fiet, ſi aurum integrũ, vel in pollinem redactum aſſumatur, quippe diuturna erit actio per quam id fiet, & nõ qualem præceps occaſio poſtulat. neceſſe igitur eſt ex auro ſpiritum extrahere, qui ſolus operatur, & hunc præbere aut aurum ſuperabile efficere quod conſequemur ſi potabile reddatur.

Itaque qui analogiam macrocoſmi cum microcoſmo apprime nouit, intelligit quantam cordi cum ſole, tantam auro cum vtroq; ineſſe ſimpathiam, cumq; cor, quod microcoſmi ſol eſt, defectum pariter adiuuatur a ſole microcoſmi, per ſolem metallicum, qui vtrique ſoli ſympathicus eſt: Hoc (vti iam dixi) non de comuni auro, quod ſolo aſpectu

A exilarat intellige, ſed de auro per pyromaniam regenerato, & in omni liquore ſolubili ſic enim generandi nouum in nobis aurum vim poſſidet.

Aliter etiam poteſt aſſignari ratio cur aurum, & gemmæ a putredine nos vindicent: nam quod vulgariter dicitur aliquẽ ex prauo temperamẽto in melius fuiſſe mutatum: eſt quia microcoſmus dum optimam concordantiam rerum, ex quibus conſtat, in ſe tuetur, optima fruitur ſanitate, & quo ex melioribus plus habet eo melius habet. At vero quia quæ praua exiſtunt ſeminarium B quoddam putredinis ſunt, ideo latenter ſemper ſuperare laborant, quod ſi aliunde, hoc eſt a prauo victu, aut prauo aere, augeantur, tunc ſeparationem efficiunt nempe putredinem (quæ diſſolutio eſt partium) & quamuis dum erant coniuncta ſuas vires, tyranni demque non exercebant, iam nunc ſeparata & aucta prædominantur, quapropter partes, quæ meliorem naturam erant ſortitæ, vincuntur ac ſubinde quotidie pauciores euadunt, & microcoſmus ducitur ad interitum. Vt igitur harum partium melioris naturæ numerus augeatur, ſuccurrendum eſt per ea C quæ difficile corrumpuntur, vt eſt aurum, vt ſunt gemmæ: hæc autem quomodo tantã refectionem præſtabunt in exigua quantitate accepta, vt numerum prauorum ſpirituũ toto corpore dominantium ſufficiant adæquare? nempe ſi in quintas eſſentias redigantur, vt ita ſua ſubtilitate penetrent per omnia, ſua efficacitate collapſis, & deficientibus promptius auxilientur. Crollius quamuis aurum hoc potabile dari poſſe non neget, tamen conficiendi artem nunquam ſe aſſequutum ingenue fatetur, & e centum fere deſcriptionibus auri potabilis, ſeu putabilis potius, D multas irrito conatu, poſt temporis, & ſumptuum iacturas, examinauit, nullam tamen expectationi ſuæ reſpondere reperijt. Andreas Libauius tanta illa miracula, quanta de auro congerunt hyperbolici miraculorum narratores Alexius, Porta, & Paracelſicorum familia, non admittit vires tamen eius, & potentiam non negat & potabile vt fiat docet. *forſan aurum* (inquit ille) *primum quidem cor iuuat, inde vero dependentia non ſingulari, ſed generica virtute, vt vitium in reliquis partibus exiſtens aggrediatur, ſed cum non dum ſit ſingulariter diſpoſitum affectumque mutuo non magis*

tollas

tollat quam ſpiritus & calor a corde ad crus vlceratum allabens, aut cibus cæteroquin probe concoctus, & ad alendum commode deſtinatus, qui tamen vbi ad membrum cachecticum peruenit ſolus in eo parum valet ad ſanandum malum, imo ad præſentem ſtatum ſe ſe accomodat fitque vna cachochymia materia. confuſe hæc à Libauio videntur dicta neque quicquam de auri virtute imminuũt, ſiquidem ſi cor corroborat quid maius præſtare poteſt? ſi ad membrum affectum accedat, tamquam calor naturalis, & ſpiritus, quid melius? at conuerteret, inquit, ſi non bene ſit diſpoſitum, in cachexiam membri, quę nam ſit iſta diſpoſitio non explicat, nam ſi non bene eſt præparatum non eſt in auro hoc crimen; generica ait, virtute, non ſingulari accidit. quid vocat ille genericam virtutem? num temperiem primarum qualitatum? Sed quis aurum vt calidum exhibet? Si genericam, omnium mineralium, virtutẽ intelligit ſciat non omnibus vnam, & eamdem eſſe facultatem, ſicut nec naturam vnã: imo quando etiam auro genericam virtutẽ concedamus, hoc eſt eam qua prædita ſunt reliqua antidota, vt ſint media inter corpus noſtrum, & venenum, quod Galenus nos docet 5. de ſimpl. medi. facul. cap. 18. quid aliud efficiet niſi aurum, quemadmodum, & reliqua non eſſe in maiore quam decet quantitate exhibendum? ſiquidem ex Galeno ibidem *quemadmodum omnia, quæ deleterijs aduerſantur, ſi largius ſumpta fuerint, grauiter corpus animantis offendunt. Quamobrem ea moderatione quantitatis id genus facultates exhibere oportet vt neque copia nimia corpus offendant, neque exiguitate ſua a deleterijs vincantur*. Hæc Galeni verba non intelligens quidam Claudinus, turpiter ea interpretatur, inquit enim elexipharmaca habere proprietatẽ ſimilem corpori humano, quod probat ex Auicenna lib. 2. c. 4. dicente. *Albezoar eſt remedium, quod pro ſua proprietate conſeruat ſanitatem, & virtutẽ in ſpiritu vt veneni noxam a ſe expellat*. vnde colligit alexipharmacum agere per accidens in venenum, quia agit in corpus, & illud per ſimilem proprietatem immutat, & roborat, vt veneno expellendo queat ſufficeret. hanc alexipharmaci proprietatẽ longe maioris actiuitatis eſſe ait, quam ſit proprietas corporis, & ob hanc cauſam dictum eſſe a Galeno citato alexipharmacum me-

A diam quamdam obtinere naturã inter corpus humanum, & venenum; nam propter ſuam actiuitatem, niſi recte adminiſtretur, non ſecus ac venenum lædit, quemadmodum ſi recte vſurpetur, corroborat ſic ille, ſed proh dolor quam ſordeſcunt in iſto ore aurea Auicennę & Galeni verba. Numquid Auicenna voluit Bezahar non agere in venenum? qui in tertia parte canticorum n. 5 t. ſic ait *Bezahar autem confert cum ſuperat, aut ratione qualitatis conuertentis, & immutantis, aut ex ſui natura propria & quoddam ex eo eſt quod confert educendo ſeu euacuando, aut reſiſtendo & contrariando*

B *proportionabiliter virtuti pernecanti*. Vides vt Auicenna Bezahar dixerit contrariari virtuti pernecanti, cur igitur dixerat in ſecundo libro ſuperius citato tale medicamentũ conſeruare ſanitatem, & virtutem in ſpiritu, vt veneni noxam a ſe expellat? merito hoc dictum eſt ab Auicenna venenum namque ſanitatem, & ſpiritum deſtruit & labefactat nec natura ita oppreſſa poteſt aduerſus venenum inſurgere, accedit antidotus venenũ cicurat, quo cicurato redditur virtus potens ad expellendum illud. Vnde non (vt iſte

C dicit) antidotus per accidens agit in venenum, per ſe in naturam: Sed e contrario per ſe agit in venenum contrariando illi (vt Auicenna canit) per accidens autem in naturam, quatenus illa ex antidoti victoria gaudet, & reſpirat. Iam vero ſi proprietas alexiterij maioris actiuitatis eſt quam proprietas corporis, & hęc proprietas alexiterij eſt ſimilis proprietati corporis, vt iſte vult, cum proprietas corporis ſit reſiſtere veneno, erit & eadem alexiterij proprietas: non ergo aget in corpus ſed in venenum.

Nec magis belle, nec melius verba Gale-

D ni exponit inquiens; ad hanc actiuitatem (ſcilicet medicamenti quæ maior eſt quam actiuitas corporis) reſpiciens Galenus dicebat alexipharmaca mediam quamdam obtinere naturam inter corpus humanum, & venenum quid audio? maior eſt actiuitas medicamenti in venenum quam ſit actiuitas corporis, in idem venenum, & tamen medicamentum medium eſt inter corpus, & venenum. quaſi dicat maior actiuitas eſt calidi vt octo in frigidum quam calidi vt ſex, ergo calidum vt octo mediam obtinet naturam inter calidum vt ſex, & frigidum.

Hæc tamen miſſa facio, & ad Galeni verba,

Digitized by Google

ba, quæ ſatis obſcura ſunt, explicanda me A confeto. *facultates* (inquit Galenus) *quæ deleteria medicamenta alterant naturam habent mediam inter corpora perpetientia, & medicamenta ipſa lædentia: vt videlicet eadem ſit proportio corporis ad facultatem alexiteriam, qua illius ad deleteriam, & rurſus delcterij ad alexiterium, qua alexiterij ad corpus.* Quæ verba ita accipe vt quemadmodum medicamentum mediam naturam habet, inter alimentum, & venenum: quia nec omnino nutrit, nec omnino infeſtat, ita & alexiterium mediam habet naturam, inter corpus & venenum: quia nec omnino B per ſe veneno aduerſatur, nec omnino per ſe naturam adiuuat ſed proportionem habet inter vtrumque, & quemadmodum venenum corpori vim infert, ſed nun quemadmodum venenum omnino corpori vim infert. Rurſus quemadmodum natura noſtra veneno aduerſatur, non autem quemadmodum natura noſtra omnino veneno aduerſatur, quoniam ſcilicet aduerſatur veneno vim aliquam ſed exiguam inferens naturæ. debita igitur alexipharmaci doſis eſt illa, quæ paruam vim interat naturæ, facultate quam habet vim inferendi, ſed ſimul cum natura, fa- C cultate alia veneno inimica, venenum ſuperat; ſi doſis eſt exigua venenum facultate antypathica, quę inter illud & antidotum ineſt cum exiſtat ſuperius, vincet, & abſorbet antidotum, ſin doſis excedat, tunc antidotus facultate quam porſidet aduerſandi naturæ, noxam naturæ inferet, relinquitur media & iuſta doſis.

Venenum quatuor gradibus natura noſtra aduerſatur.

Natura noſtra tribus gradibus veneno reſiſtit, ſi enim per plures poſſet vtique veneno non ſuccumberet. D

Antidotus tribus gradibus veneno aduerſatur vno gradu contrariatur natura.

Igitur vnus gradus, quo antidotus natura contrariatur adiunctus quatuor gradibus veneni facit vt venenũ agat quinque gradibus in naturam.

Rurſus tres gradus quibus eadem antidotus veneno aduerſatur adiuncti tribus gradibus, quos natura habet reſiſtentia in venenum facit vt natura reſiſtat ſex gradibus atq; adeo manet vno gradu ſuperior ſupra venenum.

V. G. ſint duo vel tria grana lapidis bezoar cum ſint pauciora, quam debeãt abſorbebuntur a veneni robore, ſi verò plus nimiò lapis bezoar excedat, tunc ſcitò omnẽ ſimpathyam per improportionem conuerti in antipathyam: vt ignis noſter viuificus, hoc eſt vitę ſimpathycus per improportionem antipathycus redditur, adeò vt calor, qui nos genuit nos perimat, quapropter ex nimiò bezoartico exhibito noxa certiſſima ob antipathyam ſequetur, hinc eſt quod Galenus prudenter addit. *eà propter propemodum omnia, quæ deleterijs aduerſantur, ſi largius ſumpta fuerint, grauiter animantis corpus* B *obladunt quamobrẽ ea moderatione quãtitatis omnes id genus facultates exhibere oportet, vt neque copia nimia corpus offendant, neque exiguitate ſua à deleterijs vincantur.*

Antidota ex auro & margaritis.

CAPIT. III.

SED vt de auro, & margaritis quæ fere auro ęquipollent, ſermonem finiam Libauius, qui prædictę digreſſioni occaſionem dedit, mo- C dum ſoluendi aurum, & margaritas nos docet. neque profecto eſt vana & inutilis hæc ars, nam quamquam aurũ, margaritas, & reliquos lapillos pretioſos alexiteriam virtutem habere nun ſit græcorum inuentum, vt mihi potior ſententia videtur quam tenent Fuchſius & alij; tamẽ hæc remedia vt & alia quamplurima mauritanis autoribus ſunt referenda. Vt hinc vel maxime pateat quam neceſſaria eſt ad medicinam faciendam arabum doctrina, quam im- D merito plures inſectantur, cum & in terapeutica prudentiſſimè & ad Hippocratis, Galenique normam ſe geſſerint, & in remediorum ſilua græcos omnes adeo ſuperauerint, vt ſi quis hodierna die græcorum tantum lectione contentus velit eorum remedia in vſum reuocare inſaniæ iure optimo damnabitur.

Cæterum quia virtus actiua auri tantummodo in tinctura exiſtit vt patet experimẽto, nam ſi tincturam extrahas ab auro, id quod remanet cadauer potius auri, quam aurum appellabitur, *tincturam auri voco ipſius corporis colorem, quem ſi a corpore ſeparaueri-*

uerimus, vt corpus album remaneat perfectũ opus erit, ſunt enim color & corpus res ad inuicem differentes, atq; ob id ſeparari ſe patiuntur, hoc eſt purum quod color eſt ab impuro, id eſt corpore ſeiungi, quod niſi primum fiat omnis labor inutilis euadit ſeparatione igitur facta ad coloris clarificationem, ac ad ſummam gradnum exaltationem properandum erit. Hæc ex Paracelſi chyrurgia magna tract. 3. c. 2. ſi quis tamen in hac re ſoli experientiæ fidem habet, experiri, pauca ſane iactura, poterit, & auri tincturam extrahere quod factu non eſt difficile, infinitas propemodum vias inueniat ab autoribus oſtenſas quaſdam manifeſto oraculo explicatas alias ænigmatum inuolucro occultatas, ea eſt ingeniorum varietas ea materiæ felicitas, vt non vnam inſequantur viam omnes, & vnuſquiſque ſuum iactet aurum potabile, facilis in primis extrahendi tincturam auri modus eſt apud Paracelſum loco ſuperius citato. modos etiã plures inuenies apud Quercetanum in ſuo alexicaco, & in terrade, & in libello de ſpagyrica præparatione, & in ſuo ſclopetario legendus etiam Vſualdus eſt, Libauius in ſua alchimia, Bornetus in ſuo Iatrochymico, Puteus in ſua claui medica Philippus Vlſtadius in ſuo cœlo philoſophorum nec non etiam Marſilius Ficinus de triplice vita. Omnes tamen præparationes, aut eorum potiores ad paracelſicam reducuntur ita vt vniuerſum magiſteriũ conſtet ex quinque operationibus; prima eſt ſolutio quæ fit per aquam ſalis ammoniaci, aut per ſpiritum vini, aceti, aquæ fortis, lixiuij, aquæ mellis, & ſimilium. altera eſt ablutio ſeu dulcoratio, tertia ſublimatio cum ſcilicet ignis ope ars ex corpore ſoluto eleuat ſpiritum, ſeu tincturam, & ſimul cum hac virtutes inibi deliteſcentes: Quarta calcinatio, hoc eſt exſiccatio, quæ ſenſim in hypocauſto, non ad ignem, agitando cum lignea, non cum ferrea ſpatula fit, nam ſi ad ignem fortem cũ ſpatula ferrea agitetur concipit ſponte flammam, & in auras abit purpurei fumi in modum, cum maximo ſonitu inſtar pulueris nitrati, adeo vt nihil remaneat. Quinta operatio fixatio eſt qua particulæ omnes intra ſe perfecte vniuntur ſic vitale aurum redditur, quod ſi pondere vnius grani exhibeas effectu ſe prodet, maiorem tamen doſim tuto poteris exhibere, & ad ſcrup. 1. accedere ſi vis miros effectus experiri. Plinius

A lib. 29. auro liqueſcenti ſi Gallinæ carnes miſceantur ab illis rapitur hoc ſi verum eſt iam habebimus aurum comeſtibile hoc eſt Gallinæ carnes auro illo imbutas. Sed extra omnem aleam auri tincturam habebis ſi accipias aurum in laminas tenuiſſimas redactum, & capitello appendas, poſtea ingere in matracium ſpiritu vini alchorizato ſemiplenum, ita vt per quinque digitos aurum non attingat, mox in balneo ad digeſtionem expone, tingetur ſpiritus ille rubicundiſſimo auri ſpiritu, a quò poſtea ſi per euaporationem vini ſpiritum extrahas, remanebit in

B fundo id, quod ſoli animali, nempe cordi microcoſmo harmonicè coniungitur.

Margaritarum magiſteria ita appellata, quia magno magiſterio fiunt, apud multos reperies præcipuè apud Quercetanum, qui modum optimum ſeparandi margaritas a ſuo diſſoluente nos docuit: poſtquam enim in aliquo ex acetoſis ſuccis ſunt diſſolutæ, diſſolutioni huic ſupermijciendæ ſunt aliquot guttę olei tartari, cuius opera margaritę diſſolutæ, in ictu oculi fundum petunt ſummè albicantes inſtar niuis, a quibus poſtea prędictum diſſoluens facillimè ſepara-

C bitur per inclinationem, & materia aliquoties abluetur aqua, & perfecte edulcabitur, quod ſane opus citra magiſterij opem non perficitur, vnde etiam res in hunc modum præparatę nomen ſuum obtinuerunt: hoc perlarum magiſterium, in quolibet liquore diſſolutum, admirandum eſt naturę noſtrę corroboratiuum, non ſecus ac magiſterium coralliorum, cuius pręparatio conſimili penitus fit ratione. hęc placuit a Quercetano accepta, & a me ſepius experimento probata tibi tamquam pręcipua alexiteria inculcare.

Forſan aliquis eorum, qui in cathedra ir-

D riſorum ſedent, has auri præparationes contemnit, illudit; illudendus magis ille, qui auri quidem limaturam admittit, quam nullus euincet ignis, admittit tamen in electuarijs, quæ apud pharmacopeos proſtant, quale eſt electuarium alchermes, ex deſcriptione Meſues, quod recipit auri folia, & margaritas. Electuarium lætificans, quod ſub Galeni nomine circumfertur, limaturam auri recipit, electuarium de gemmis Meſues, quod ex auri folijs, ex margaritis, ſmaragdis, hiacintis, & granatis, zaphiris, & ſimilibus componitur, quid alia innumera huius cenſus commemorem? quæ cum in

vſum

[illegible] eaſdem gemmas [illegible] in ſubſtantiam ſu[illegible]; ſolius antiquitatis amatores [illegible] hæc noua, quæ non Hippocrates, non Galenus reſpueret. Nam Hippocratem, & ex Hippocrate, Galenum non omnino ignaros ſpagyricarum præparationum fuiſſe, docta admodum eſt Libauij coniectura apud quem lib. 1. epiſt. 27. ſic legimus, *ſi enim Galenus non tantum Hippocratis eſt fideliſsimus aſſecla, & interpres, verũ etiam omnis ſcientia medicæ remediorum quæ indefeſſus explorator; quis dubitet Hippocrate chymiſſante (vt ita loquar) Galeno eius artis cognitionem aſsignare: Bernhardus certe comes cuius liber de Hermetica ſuperioribus annis opera Michaelis Toxitæ in publicũ prodijt, non tantum inter inuentores, cultoreſq; artis numerat Hermen, Pythagoram, Ariſtotilem, Alexandrum, Platonem, Auicennam, Hali alios quæ permultos; ſed & Hippocratem, Galenumque quaſi ſi ſciuerint non modo deſtillare, ſed & lapidem aurificum fabricare. fides huius penes auctores eſto.* Merito libauius hęc non ſibi arrogat ſed ea penes autorem relinquit vt incredibilia, neq; enim candidi medicinæ parentes, ſi hæc nouiſſent nobis ea inuidereint quin potius magnam ſaltem eorum partem docuiſſent.

Ego verò quid antiquiores ſenſerit parum ſolicitus, & nulli ſectæ addictus ex Galeni præcepto, qui autorum ſeruos reprehendit, neotericorum inuenta, ſi qua mihi arrident, amplector, quæ diſplicent relinquo. Aurum, & gemmas iam inter nos conuenit, alexiteriam habere facultatem, tu in electuarijs, recepta priſcorum lege, his veteris non præparatis; ego præparationem recipio: metallorum enim, & gemmarum vſum in medicina exiguum aut nullum eſſe, niſi prius metallicam naturam, præparatione, deponant, exiſtimo, immo aliqua non pręparata nocere poſſe non ſine ratione vereor.

Exemplo quam noua aliquãdo veteribus præferri poſſint oſtendam. lapis lazuli vt, confectionem Alchermes ingrediatur nullã aliam ſubit præparationem præter ablutionem trigeſies repetitam: ſic enim præparari hunc lapidem iuber Meſue prædictæ confectionis autor. Si quis etiam, præter ablutionem, velit vſtione præparare, nil nocebit. Cæterum Coſtæus addit *longe nobilius eſt artificium, quod hodie paratur hic lapis, qui*

A *eò interdum redigitur pulchritudinis, ac puritatis, picturæ gratia, vt auro ipſo quadruplo ſit pretioſior. Vritur fictili vaſe (crucibulum vocant) vt fictile candeat, tunc in vas aliud in quo humanum ſit lotium recens, aut acetum, inuertitur. ſit quæ hac ratione friabile, abluitur dehinc frigida, & pura aqua, atque exſiccatum teritur aneo mortario, & tabula porphyrite ad lauorem* & cetæra, quæ proſequitur ex quibus puritatem eximiam lapidi cyanæo conciliat, addens pro coronide *pulcherrima eſt hac abluendi, & parandi huius lapidis ratio, quam ſequi pharmacopeos velim,*
B *neque enim ijs aſſentiri poſſum, qui marmorea tabula tritum, ita ſordidum in paſtillos configunt.* Sic Coſtæus nunquid quia hæc præparatio recentiorum inuentum eſt contemnetur? quam forſitan Meſuę ſi illi propoſita fuiſſet amplexaretur, Orta fuit non pridem, inter lucenſes medicos, de hac præparatione, controuerſia vni Bernardino Veccollo eruditiſsimo viro reliqui contradicentes pro virili contendebant, ne præparatio iſt hæc, vt pote ab antiquis non tradita, in vſum acciperetur. De lite eorum iudicare non eſt meum, ſcio tamen apud aliquas
C nationes Coſtæi præparationem in vſu eſſe, quam vtinam Veccolus meus noluiſſet antiquis acceptam referre. Itaque medicamenta cum omni ſua impuritate accepta, nõ tam puriore parte iuuabunt, quam impuriore nocebunt, vnde oportet ea ab omni excremento defæcare: nam vt Lullius, & Rupeciſſa ſtudiorum ſocij in libro de quinta eſſentia inquiunt. *Velle præſeruari per rem putridam, ac cito corruptibilem, & reformari per rem fœdam, & deformitati ſubiectam, & facere perfectum per rem deficientem, & infirmum curare, per rem infirmam, eſt inane.*
D Sed vt alexiterijs ex auro, & gemmis vltimam manum imponam. Aduerto, multas aurum pręparationes ſubire, ita vt ex eo fiat, magiſterium, extractum, tinctura, eſſentia, ſal, in quibus tamen omnibus cum aurum (quod teſte Auicenna ſi integrum ſumatur, nulla coctione vinci poteſt) ſolubile redditur, quapropter quoquomodo ſolubile reddatur, remedium eſt inter remedia præſtantiſſimum. Aduerto deinde, aurum, præcipue ſi intra corpus aſſumi debet, omni corroſiuo debere carere, quidquid Puteus effutiat. Tertio aduerto ex gemmarum alexiteria vi pollentium non eſſe excludendam

ſma-

ſmaragdum, licet obſtent Mundella epiſt. 1. ad Fracaſtorium, & Siluaticus in proprio tractatu Fracaſtorius lib. 3. de curat. morb. contagioſ. c. 6. & Braſauolus in examine gēmarum, & alij quorum rationes sè ipſis diſſoluuntur. Mundella quamuis fateatur Galenum, cui adhæret, facultates totius ſubſtantiæ, in aliquibus medicamentis agnoſcere, tamen in primis qualitatibus tenaciſſimus ſmaragdum eſſe ſiccum, & frigidum ac proinde aptum conſeruare febrile fomentum affirmat. Sane nec vnde has primas qualitates illicerer habuit nec ſi certus de ijs eſſet recte eſt argumentatus: imo potius frigiditate calori, ſiccitate putredini melius ſmaragdus ſi talis eſſet reſiſteret. reliqua ab eo ſcripta percurrere haud libet. neq; Siluatico reſpondere, ſiquidem hunc lapidem indiſſolubilem facit cuius, conditionis ſi reliquas etiam gemmas eſſe putat omnes excludit, ac proinde antiquas compoſitiones reijcit, ſi ſolum ſmaragdum talem eſſe ait vnde illi iſta maior durities quam rubino, quam cæteris? profecto, qui lapillos potabiles reddunt ſpagyrici, nullo magis labore in ſmaragdo, quam in quolibet alio verſantur, porrò ſmaragdorum mineram non eſſe cognitam Garzias ab horto teſtatur, tum propter raritatem, tum quia negociatores ramenta auferunt, ne eorum natalis locus inueniatur, quapropter non eſt cur ſmaragdos damnet, quia naſcuntur in ęrarijs metallicis, & ab eis tum colorem, tum venenatam qualitatem accipiunt vnde nam hoc accepit ſiluaticus? ſe audiuiſſe ait, in quo vir admodum eruditus neſcio an candorem animi, an leuitatem oſtendat. Sed & ſmaragdos, qui in mineris auri, & argenti naſci fatetur cur damnat? nempe legiſlatorum more; tandem obſtruēdi facultatem cur habebunt? tum potius, cum alijs ſolidiſſimę ſubſtantię, abſterſoriam vim habeat ſed neque abſtergit, neq; obſtruit id quod in paucorum granorū pondere ſumitur, acquieſcat igitur ille ſiquidem ita vult Abramo portę & Hebręo cuidam mantuano quos citat. Ego Franciſco Rueio, & quamplurimis alijs, qui in ſmaragdo alexiteriam vim contra venenatos morbos, & epilepſias agnoſcunt, quę quidem vis non in ſplendore, vt voluit Cardanus, conſiſtit ſiquidem externa res eſt, & quę in preparatione amittitur imo quamuis non amiſiſſet non tamen inde cum ſpiritibus ſympathiam ha-

A beret quos lucidos non eſſe iam alias demōſtrauimus, quod ſi hac ratione alexiterius eſſet meliori iure cicindellas, alexiterias diceremus; non negauerim in electuario de gemmis ex deſcriptione Meſues pro ſmaragdis turqinas debere ſcribi vt placet Graziæ horto, & forſan alteri, ſed hoc nihil ſmaragdis detrahit.

Ex animalibus, plantis, & foſſilibus alexiteria.

B

CAP. IV.

SVGVNT a terra vegetabilia
talem ſuccum, qualem, ex
prędeſtinatione ſuæ naturę,
familiaris eſt illis. Quid ti-
thymalus ſuget, quid batra-
chion, quid napellus niſi
corroſiuum & mortiferū? quid dictamnus,
& aliæ ſalutares plantæ niſi ſalutiferum, &
naturæ noſtræ amicum? Mediæ ſunt inter
has aliæ plantæ, quæ magis huius aut illius
mineralis vim participant partim ob prædi-
C ctam naturæ ſimilitudinem, partim etiam
quia in ſolo naſcuntur, in quo bona aut pra-
ua præualent mineralia. Planta enim natu-
ra ſalutaris, in prauo ſolo, aut non inuenitur,
aut ſi inuenitur, non ita, in ſua virtute, ex-
cellit, ſicut eadem in alio ſolo; neque enim
poteſt, quantumuis alimentum eligat. per-
fectè bonum, eligere, vbi boni exigua eſt
portio; his adde cæleſtes influxus, qui alicu-
bi magis, alicubi minus proſperi cum exiſtāt,
omnibus rebus ibidem naſcentibus, tales exi-
ſtūt, & hinc eſt quod Ficinus nos admonet,
vt infortunatorum hominum (addo ſceleta-
D torum) conſortium euitemus ne ſcilicet in-
fluxuum, quibus illi participant, & nos eti-
am reddamur participes; Hæc ſi quis noue-
rit, & iuxta hanc ſcientiam, vitam, victum-
que parauerit, mirabiles in ſe ipſo effectus ex-
perietur, ſiquidem fugiens alimenta venefi-
ca, & examplectens ſalutaria, ſanitatis tute-
lam ſecuriſſimam habebit: Hoc ſibi met
præſtant animalia intellectus expertia, qui-
bus pro intellectu eſt ſapientis doctrina na-
turæ, adeo, vt nos non pudeat, magnam re-
mediorum partem a brutis didiciſſe: ita a mi-
neralibus ad plantas, a plantis ad animalia,
virtutes alexiteriæ transferuntur; vnde eſt

quod capræ ſylueſtres, quæ multis in locis A
nihil habent ſalubre, tamen in Perſia vt nar-
rat Garzias ab horto noſtras, atque etiam in
Peruana prouincia, vt Morcardes hiſpalen-
ſis memoriæ commendauit capræ propter
ſalubrium, & alexiteria facultate pollenti-
um herbarum vſum, congregant in ventri-
culo, materiam, ex qua lapis condenſatur
qui bezahar per antonomaſiam appellatur,
(bezahar enim arabibus idem eſt quod ale-
xiterium græcis) itaque ſpecies iſta animali-
um, indiuiduali quadam facultate, poſt ſe-
queſtrationem factam in ventriculo, impu-
rum per inteſtina tranſmittunt purioris par- B
tem vnam in cibum accipiunt aliam non ſi-
ne naturæ miraculo reſeruant, ex qua lapis
concreſcit. de hoc lapide poſt moltos alios
ſiluaticus doctiſſimè ſcribit; quare non eſt
cur ea, quæ ab eruditiſſimo viro ſunt dicta,
hic repetam. Duntaxat aliqua aduerto pri-
mo neque Monardem neque Garziam ab
horto duos indicarum rerum ſcrutatores di-
ligentiſſimos reperijſſe quod de animalibus
quæ lapidem bezahar generant narratur, ve-
neno ſcilicet ſatiari, & poſtea, in ſubſidium
veneni, ad herbam ſalutiferam recurrere,
ſed dumtaxat montanas capras, tum in In- C
dia orientali, tum in occidentali ſalubriores
in paſcuis herbas habere ac proinde lapides
eorum multu excellentioris eſſe naturæ, quã
lapides caprarum in planitie paſcentium,
quæ ad lanienam potius quam ad alios vſus
aluntur. Nec præterea fide dignum eſt na-
turam, quæ bruta ſapienter dirigit & guber-
nat, adeo in his animalibus præter comu-
nem legem, quam in alijs ſeruat, aberraſſe,
vt ea venenis aſſumendis addicta eſſe velit,
quod ſi ſemel per errorem veneno paſceren-
tur cur ſuo damno edocta non reſipiſcerent.
Quare ſiluaticus viderit vnde hæc ſibi fabu- D
la innotuit: nam veriſimilius eſt in illis re-
giunibus raro venena naſci, quæ ſi naſcan-
tur, nihilominus a brutis naturali inſtinctu
fugari certiſſimum eſt.

Abinzorar exiſtimat ceruos poſt congreſ-
ſum cum ſerpentibus in flumine mergi, atq;
interim in oculis humorem congerere, qui
in lapidem concreſcit, quem deciduum ho-
mines quærunt, & hunc eſſe ait lapidem be-
zahar. Amatus luſitanus fabuloſum hoc
eſſe iure optimo cenſet, vnde neſcio qua
fronte Miſaldus dicat, Amatũ huius rei ocu-
latum eſſe teſtem; alium etiam affert teſtem
oculatum ſcaligerum, ſed ſcaliger non ita
hiſtoriam narrat, verum in hunc modum
*ætatis progreſſu cum ceruus tranſgreditur
centeſimum annum lacrymam gignit, quæ an-
te hanc ætatem nulla eſt, hæc lacryma aduer-
ſus venena, & peſtem plurimum valet, &
tantum ciet ſudorem, vt corpus diſſolui cre-
das, hanc lacrymam, ſiue hunc lapidẽ apud
ſe habebat.* Sed vereor ne eſſet in viſcere
animalis genitus, hoc non admittit ille quia
nempe habebat ſignum, qua partes ſcilicet
ex oſſe fuit auulſus. Verum non conſidera-
uit ille vir alioquim emunctæ naris lapides
hos etiam aliquando hoc ſignum habere, nã
contingit illis quemadmodum & lapidibus
qui in veſica concreſcunt, quorum aliqui va-
gantur, aliqui velut conchilia adhærent.

Aduerto ſecundo eo artificio lapidẽ hunc
ab illarum regionum pręcipue orientalium
incoles adulterari, vt vix inueniatur via ad
dignoſcendos veros a falſis; nam ſi vera ſunt
quæ Oſma ad Monardem ſcripſit, imo quæ
Grazias ab horto ſuis met oculis conſpexiſſe
affirmat; lapides veros circa paleolam intus
latentem eſſormari. quid facilius quam arte
etiam idem meditullium conſtituere, cęte-
rum mihi contingit vnum diſrumpere qui
intus nucleum mirabolani habebat. hoc eti-
am quis ita arte an natura factum agnoſcet?
paulum terræ concretę alij lapilli habẽt ter-
ram etiam concretam poſſunt adulteratores
iſti accipere. Vna ſola eſt via veros lapides
cognoſcendi, vt ſcilicet lapis in examen tra-
hatur, & animali veneno prius exhibito,
puluuis lapidis exhibeatur, hoc etiam mil-
le modis eſt difficile. quare Valleſij conſili-
um arbitror prudentiſſimum. Videlicet cum
lapis iſte multos iuuerit, licet ex opinione id
accidat, tamen & medicamentis, quę ex opi-
nione iuuant medicus debet vti, non vt ſcio-
lus quidam, qui per contemptum prędica-
bat, perinde ſe ęſtimare lapidem bezahar ac
laterem tritum, & in pollinem redactum;
ego qui ex hoc medicamento mirabiles effe-
ctus tum expertus nõ poſſum, non grati ani-
mi ſignum exhibens hoc remedium com-
mendare.

Aduerto pręterea fruſtra damnari huius
remedij vſum in principio augmento, vt ali-
qui volunt, imo & in ſtatu antequam omni-
no concocti ſunt humores, vt addit Siluati-
cus, ea motus ratione, quod teſte Serapione
ſudores prouocat, ſiue igitur (ait Siluaticus)
ſudo-

Digitized by Google

ſudorem moueat, ſiuè aluum excitet diſtra-
hetur natura ægrotoque accidet damnum
euidentiſſimum, & pene irremediabile. Do-
ceat ergo nos Siluaticus quãdo hoc alexite-
rio vtemur numquid poſt mortem ægri? ſa-
ne hoc voluiſſe videtur: nam morbi perni-
cioſi, quales ſunt febres malignę, & peſtilen-
tes, ad quas pręcipuè hic lapis commenda-
tur, cum ſępiſſime occidant, declinatione
carent. At hoc remedium, neque ſudoris,
neque deiectionum prouocatiuus eſt, ſed ve-
neno aduerſando, & venenum, vt diximus,
cicurando, facit vt natura ſuperior euadat,
& expellat illud. Et quando aluum, ſudo-
rem ve moueat, cur in principio non proba-
bitur? nunquid tunc temporis minorantia
non conueniunt? In augmento & vigore di-
ſtrahi naturam, dixit, quę natura tantum
abeſt, vt diſtrahatur, quin potius adiuuatur
ad pugnam; quia duo inſurgunt aduerſus
vnum, Natura ſcilicet & Antidotus. Coctio-
nes expectat ille, vt lapidem exhibeat, ſcire
tamen oportet ſapienter a Mercato eſſe di-
ctum, venenum non concoqui. At Serapio
non dixit hunc lapidem per ſudores expel-
lere humores, ſed venenum. dices fortaſſe
ſudores eſſe humores, admittam, ſed non
ſunt ij qui coctionem deſiderant. ſed cur in
principijs damnantur? nempe tamquam ſi-
gnum, non tamquam cauſa: etenim eorum,
quę circa ęgrotos accidunt, quędam ſunt
pernicioſa, vt ſignum, & vt cauſa, quędam
vt cauſa tantum, quędam dumtaxat, vt ſi-
gnum; huius vltimæ conditionis ſunt ſudo-
res, boni quidem, vt cauſa, praui vt ſignum,
& quamuis prauitatem haberet euacuatio
per ſudorem, minor multo eſt vtilitate. quæ
acquiritur ex veneni expulſione. atque, vt
diximus iam ſuperius quæ praua ſunt, vt ſi-
gnum a natura facta, non praua ſunt ſi fiant
ab arte; ſola enim natura eſt, quæ ſui ſtatus
ſignum exhibet: quis autem ita demens eſt,
vt veneno tyramnidem effrenate vim ſuam
exercente, expectet donec concoquatur?
quis vt pauca grana bezoartici præbeat, tam-
quam catarticum potentiſſimum exhibitu-
rus, coctiones expectabit? putat aliquando
medicus ſe prudenter agere, ſi his conſidera-
tionibus, potius perplexitantibus, detentus
nihil agat: at longe plures hęc prudentia,
quam temeritas occidit.

Aduerto tandem, doſim a Serapione in-
ſtitutam, eſſe duodecim granorum, quæ
A quantitas non excedenda eſt, nam apud in-
colas eius regionis, in quibus lapis inuenitur
nempe in Ormuz, teſte Garzia ab horto, do-
ſis eſt decem granorum, nec ſine periculo,
liberalius ſumi dicunt, & quamuis nullas
noxias facultates, in ſe, lapis iſte contineat,
tutior tamen eſt exigua quãtitas; in his enim
quorum nullam euidentem habemus ratio-
nem, expertis adhærere optimum conſili-
um eſt.

Non præteribo ſilentio, alium lapidem
cuius alexiteria facultas mihi multis experi-
mentis notiſſima eſt, vocat illum Garzias
B ab horto lapidem malacenſem: quia in Ma-
laca reperitur, vulgo de porco ſpino appel-
latur: quoniam in felle hiſtricis reperiri dici-
tur, vt affirmat Garzias ab horto, & in fel-
le quidem reperiri certiſſimum habetur, ſi-
gnum eius eſt amaritudo, quæ tanta eſſe ſo-
let, vt exiguo temporis ſpatio aquam, in
qua infunditur amariſſimam reddat, propi-
natur aqua infuſionis eius, quæ ſi ſtillatitia,
ex aliquo vegetabili commendato fuerit,
melior iudicatur, mihi experimẽto eſt com-
pertum has ſtillatitias aquas, non ita amaras
ab infuſione lapidis euadere: forſitan quia
C ſunt ſubtiliores, quare non quod minus ama-
ræ reddantur, ideo minus ex lapide ſuxiſſe
eſt exiſtimandum.

De Monocerote multa fabuloſa ab auto-
ribus narrantur, quæ Siluaticus diligenter
collegit, non eſt tamen cur negemus, inter
tot fabulas, aliqua etiam vera narrari. ratio-
nem quęrere in his rebus irritus eſt labor, ne-
que aliam inuenies quam petitam ex paſcu-
is in quibus hæc animalia degunt. At nec hu-
ius rei experimentum compertum exiſtimat
Siluaticus, ſatius foret ſi dixiſſet, ſibi non eſ-
ſe compertum: neque omnino hanc ſortem
D alijs auferret, mihi ſane non ſemel in Luſi-
tania contingit ex oſſe, quod vnicornu eſſe
ferebatur, experiri venena ſuperata, & pau-
ci proreges, aut arcium gubernatores, abſq;
hoc prætioſo dono, ex India redeunt. expe-
rimenta inuenies apud Amat. Luſit. in Dio-
ſcoridem. Duo mira narrabo, vtrumq; ve-
rum, Nobilis Luſitanus, ex Roma in Luſi-
taniam reuertebatur, Florentiæ me conue-
nit, & cornu ingentis magnitudinis oſtendit,
quod fuiſſe dicebat proregis cognati ſui, & a
ſorore ſua, proregis vxore iam vidua, ſibi
donatum. quod vnicornu eſſe dicebat, expe-
rimentum quo facultas bezohartica huius

cornu apparebat, tale erat; accipiebat araneam cui corno applicabat, aranea ex cornu propinquo ſe ſe ſubito auferebat, tandem detenta per vim ex ſola antidoti propinquitate moriebatur. Alterum quod mihi contingit tale eſt, accepi ſcutellam, ex porcellana, plenam aqua, cui fuerat infuſum arſenicum ſublimatum, in ea fruſtulum cuiuſdam oſſis, quod vni cornu eſſe ferebatur immerſi, & ab emerſione cæpit aqua bullas extollere, velut igne ſuppoſito; non hoc ex ſiccitate oſſis prouenire comperi quoniam in ſimplice aqua nihil tale effecit. Dices hæc cornua non eſſe monocerotis, vocetur vt velis, hoc vnum ſciro, non eſſe Rhinocerotis: nam rhinocerotis cornua, apud nos notiſſima ſunt, & vtinam talis virtus Rhinoceroti adeſſet: cum enim non ſit admodum rarum, hoc animal, poſſent tam diuites, quam pauperes hoc mirabili naturæ munere frui. non ſemel Pater mihi meus narrauit, ſe dum filiolum variolis laborantem haberet, neque adhuc eo tẽpore venalis fuiſſet lapis bezoar, acceſſiſſe ad Martinum Alfonſum de Souſa qui Indiam cum magna nominis ſui gloria gubernauerat, vt Indicarum rerum hiſtoria reſtatur, & poſtulaſſe ab eo paululum lapidis bezoar. Ille autem prout erat generoſo animo præditus reſpondit, lapide bezoar nunc careo; cæterum dabo vni cornu quod lapidi bezohar non cedit, atque ita donauit in plures doſes, quarum aliquas filiolo exhibuit, & euaſit, vnam reliquit ex qua experimentum fecit in cane cui venenum. præbuerat, & contuliſſe vidit. Neque in animalium ſiue carnibus, ſiue oſſibus mirabiles virtutes reperiri fabuloſum eſt; In corde ceruorum, ſed non omnium, oſſicula reperiri dicuntur, quæ veneno aduerſantur eiuſdem animalis cornu, hac facultate præditum commendatur. non minus & ebur, quæ omnia crediderim, ideo putredinis remedium eſſe: quia putreſcunt difficillimè, atque ita ſi qua corpuſcula noſtro corpori apponunt; difficulter corruptibilia ſunt, & ad iuncta alijs quæ iam in corpore præſunt, & corruptioni reſiſtunt, numerum augent militum, quibus contra corrumpentes pugnatur; nec impoſſibile videatur, tantam virtutem hæc omnia habere, habent & virtutes alias non minus mirabiles, quas ad ſimilitudinem, aút diſſimilitudinem naturæ cum noſtra natura libet referre. Cum enim non omnia ex omnibus,

A ſed aliqua ex aliquibus conponantur, (vno mictocoſmo excepto, cui varietas maxima componentium ineſt, ac proinde pluribus tentatur morbis) hinc fit, vt quicquid naturam habet ſimphathicam particulis quæ naturæ noſtrę amicæ ſunt antidoti loco habeatur, cui contraria eſt prædeſtinatio, id veneni tyrannidem in nos exercear. extat hiſtoria compoſita à Ioanne de barrios noſtrate, & latinitate donata à Maphæo ex ſocietate Ieſu de quodam Indiano pluribus vulneribus confoſſo in pręlio, cui tamen ne gutta quidem ſanguinis, e corpore exierat. ex-
B tracto vero ex brachio brachiali ex oſſe cuiuſdam animalis, ſubito ſanguis erupit. Hoc brachiale pròrex ad luſitanię Regem miſit in naui, quæ naufragio miſere fuit ſubmerſa magnum profectò ſympathiæ aut anthypathię cum noſtro ſanguine argumentum; ſicut è contrario, & herba illa de quà Gal de purgat. med. c. 4. quę ſanguinem euacuabat. Multa alia ex Indijs ad nos ad vecta medicamenta afferre poſſem, quorum *mirabiles* ſunt, in ſuperandis venenis, & enecandis ſerpentibus venenatis, facultates. quibus ſimiliter putridis, malignis quę febribus præci-
C pue peſtilentibus neque non morbis, & doloribus a maligna materia ortis auxiliantur, adeo vt regiones illas benigniore cæli influxu quam noſtras frui ſit exiſtimandum. neque enim cum Plinio exiſtimauerim meliora ijs quę ab externo Orbe peruntur olitores aqud nos interdum vendere. Theriacam quis non laudat? & tamen melior pars eorũ ex quibus conficitur ab externo Orbe petuntur. Non negauerim ſingularis virtutis plantas, in noſtro etiam ſolo naſci Ruta tibi exẽplum erit, qua ſe muniunt muſteldæ, cum ſerpentibus congreſſurę, vt Plinius ſcribit,
D Dioſcorides ſimiliter contra ſerpentes valere ait, ad quod munus commendatur, vt ſiquis ea viridi totus circundatus fuerit, poteſt ſecurus accedere ad venenatum animal interficiendum ex ea Galenus 2. de aliment. facult. c. 28. & lib. de cib. bon. & mal. ſucci c. 8. ſimul cum nucibus, & carycis, antidorum, aduerſus peſtem, & venena confici: eſt autor, quę antidotus, Mithridati regi Ponti tribuitur, & ego, addito ſale, in peſtilentia obſeruatum vidi, hoc modo; carycarum partes duas iuglandum partem vnam rutę viridis partem mediam ſalis octauam partem omnia pręter carycas terantur, &

addito

additomelle,& zacharo hoc eſt pars vna ſach: & duæ mellis, & ex vtraque quantitate ſufficit, vt fiat conditum; Rutæ carpatiæ Plinius multas tribuit laudes,quam herbam Braſauolus, ex opinione Leoniceni polemonium Dioſcoridis eſſe exiſtimat; huius herbæ aqua ſtillatitia, cum paucis calchantini ſpiritus guttis, vtiliſſimè, vehementer, aut maligne febrientibus datur. Dictamnus cretenſis, adeo exiſtimatur alexiteria virtute pollens,vt ſi eius folijs domus ſternatur, venenoſa animalia effugiunt, Scordium dictamno compatriota eſt,ſiquidem Galeno teſte lib. 1. de antidotis ex creta inſula aduehitur, quod, vt ipſe ait,cadauera ſupra ipſum iacentia diutiſſimè tueri a putredine proditur. Chamæleon album, a peſtilentia maxime præſeruare dicitur,cuius radices in pollinem redactæ, ad pondus dragmæ vnius,cum vino epotæ, miraculi inſtar a peſtilentia præſeruant; Non prætetibo Angelicam veteribus ignotam, quæ corpora a peſtilentia præſeruare fertur, ſi tantum ore teneatur, & magnitudinem ciceris ex vino, aut alio liquore ſumpſiſſe eſt ſatis, nec ſenſurum eo die contagionem pollicentur multi, quoquis deuorarit; nam vrina & ſudore venenum abigit. Sed inter fructus veniunt mihi primo loco laudanda citria mala, quorum ſemini Dioſcorides vim aduerſandi veneno tribuit, ſed immerito ſoli ſemini: nam totum pomum eamdem facultatem poſſidet, vt non ſolum Plinius, ſed & quamplurimi teſtantur, nota eſt hiſtoria ab Athenæo enarrata de ijs qui ad ſupplicium ducebantur, & quia hoc pomum deguſtauerant ab aſpidum morſibus tuti euaſerunt,eleganter Virgilius huius pomi virtutem extollit, & eiuſdem feracem deſcribit arborem.

Media fert triſtes ſuccos,tardumq; ſaporem
Felicis mali, quo non præſentius vllum
Pocula ſi quando ſæua infecere nouerca
Miſcueruntq; herbas,& non innoxia verba,
Auxilium venit, ac mẽbris agit atra venena
Ipſa ingẽs arbos, faciemque ſimillima Lauro
Et ſi non alium late iactaret odorem
Laurus erat, folia haud vllis labentia ventis
Flos apprima tenax, animas & olentia medi
Ora fouent illo & ſenibus medicãtur anhelis.

Hæc pauca pro exemplo attuliſſe ſufficiat ex omnibus antidota compoſita fiunt, quorum magnum numerum apud Galen. lib. de Antidotis reperies, inter quæ eſt illa Aelij
A Galli, quæ Cæſarem liberauit, Aliud quod incomparabilem appellat a ſe ipſo ex Nicoſtratis tamen traditione compoſitum, aliud antidotum de ſanguinibus, qui vt ait Galenus a Mitridate originem habuit, qui tamen non omnem ſanguinem immiſcebat,ſed annatum ponticarum, quoniam venena vincerent, & reliqua quamplura. Sed nec antiquorum compoſitionibus cedit Fracaſtorij dias cordium, ab eo deſcriptum lib. 3. de cur. contag. morb. c. 7. Electuarium de ouo, quo vtebatur Maximilianus Imperator, vt medici auguſtani teſtantur, ad cuius imitationem
B nonnulla conficiunt Quercetanus, & alij, plura etiam confici poſſunt pro vt vſus expoſtulauerit; laudatiſſimum eſt nec nõ aliud electuarium Ferdinandi Imperatoris, ab eiſdem auguſtanis relatum. Horum electuariorum ſilua adeo magna exiſtit, vt mihi videantur medici, quaſi acetaria ex diuerſis herbis compoſita, has antidotos, ſibi fingere: ſed quis riſum continebit? cum legat apud Valleriolã in ſuis enarrationibus, alias admodum doctis, compoſitionem aduerſus peſtem, cuius ſe inuentorem iactat, in qua poſt quam tumultuatim farraginem omniũ
C ſimplicium, quæ illi occurrerunt, omnium tamen ignea vi præditorum, terit & melle excipit, ita vt propemodum cauſticum abſq; vllo delectu medicamentum efficiat, exhiberi iubet dragmas duas, aut ſi dijs placet tres, ea tamen lege, vt hyeme ex vino æſtate ex aqua roſacea accipiatur, quaſi aquę roſaceę pauca illa quantitas mitiget tantum tanti medicamenti feruorem in æſtate, quaſi etiam in hyeme, cum vẽtres calidiſſimi ſunt egeat antidotus ignea, vini adiumento, vt magis ignea reddatur ſed de his ſatis.

Illud tamen aduerto alexiteria ſimplicia
D ab autoribus commendata magna ex parte igneam poſſidere naturã forſitan quia ignis, qui omnia abſumit venenum etiam ſuperat, atque ita, vt magis veneni quam febris ratio habeatur, quia certè exiguum ignem addere poteſt exigua medicamenti quantitas, venenum autem multum ſuperabit quia pręter ignem ineſt etiam medicamento antipathia, quę exigua quantitate eluceſcit.

Quod verò medicamenta in quibus ignea vis pręualet intus ſumpta poſſint venenum internum abſumere, rationi, vt dixi, conſonum eſt: ſed extra appoſita non video quomodo igneam vim, quę abſumat intus latentes

Digitized by Google

tentes veneni partes, poſſint ad interna viſcera tranſmittere, quod perperam Mercurialis exiſtimauit, eam reddens cauſam, cur arſenicum ſiniſtro lateri appenſum a peſtilenti contagio poſſit liberare; inquit enim. *quemadmodum ignis ſuo calore, & ſiccitate diſsipat omnem putredinem, pari pacto licet nobis exiſtimare arſenicum ſua exſiccatoria vehementi facultate omnem humorem & putridum, & putredini obnoxium arcere a cordis ſede.* Non equidem exiſtimauetam exſiccatoriam facultatem adeo eſſe potentem, vt exterius appoſita intra viſcera humores exſiccet. eum igitur hoc amuletum experimento ſit comprobatum, melius videtur reduci poſſe huius rei cauſam ad ſimilitudinē interni veneni cum externo, propter quam externum tamquam præualens, internum imbecillius ad ſe trahit. præualet autem, dū contagium adhuc non eſt ita impreſſum cordi, vt morbum efficiat: tunc enim internum præualet, atque ita in præſeruatione, non vero in curatione commendatur, curandum tamen eſt, vt arſenicum ſit ad minus ponderis vnius vnciæ, ſit exquiſitum, & ſæpe denuo reficiatur, nam ſi vires habeat delibiores, aut illas longo vſu deperdat; timor eſt ne ab interno vincatur, & interitui cauſam præbeat; quod crediderim accidiſſe nobiliſſimo viro Xenodochij cuiuſdam moderatori, qui vt a puncticulati febre, quę tunc populariter graſſabatur, tutus foret tale geſtabat amuletum, & tamen repentino interitu eſt ſublatus non ſine liuore in regione cordis.

Demum ſunt alia medicamenta, quæ aliā habent alexiteriæ facultatis rationem, putredo enim diſſolutio eſt partium, quæ a ſuo continente, hoc eſt vitali igne deſtitutæ, hac illac diffluunt, quapropter robur totius deperditur, quod nulla re melius conſeruabatur, quam per corroborantia nempe per illa, quæ aſtrictione quadam ſeparationem particularum impediunt, talis eſt corallus, terra lemnia, & bolus armenus tantopere a Galeno comendatus.

Conſiderandum tamen eſt, hæc omnia, ſi integra ſumantur, neque prius extra per hermeticam artem puri ab impuro fiat ſeparatio, neceſſarium eſſe, vt poſtea fiat in corpore a noſtro chymico naturali, quod non æque bene præſtabitur, internus enim artifex ſemper externum præparatorem requirit deinde non niſi longiore temporis mora

A talis ſeparatio præſtatur, contra id quod poſtulat præceps occaſio, quæ in morbis pręcipue acutiſſimis velociter pertranſire ſolet. Quapropter contingit multoties, vt venenū victoriam aſſequatur, cum alexiterium adhuc non potuerit ſuas elicere facultates. Nec minus etiam vtile eſt redigere medicamentum in ſubſtantiam cuius exigua quantitas, non exiguas habeat vires, vt ægroti etiam guſtui inſeruiamus, ne horribili ſapore deterritus vitale auxilium reſpuat, atque ita quo ad fieri poterit ex Hippocratis præcepto, tuto, cito, & iucunde curabimus.

B

Incendia Vulcani, & alia ignea Meteora.

CAP. V.

ERVMPVNT ex terræ viſceribus, in quibus bitumē, aut ſulphur gignuntur, maximè in locis maritimis, aut inſuloſis, incendia, & Vulcani, & aliquando ita
C late extenduntur, vt totas Inſulas ardere videas, vt eſt vna in mari Oceano, quæ ab igne nomen habet. vniuerſi etiam montes, vt Aethna, & Veſuuius, aliquando incendium minus eſt, pro quantitate materiæ. Miſera etiam contingunt in microcoſmo incendia, aliquando in vna eius parte, aliquando in plurimis, de quibus agere aggredior, illius non oblitus quod ſuperius manet probatum videlicet dari ignem qui cerni nequit, & ſolis effectibus cognoſcitur. effectus tales ſunt, quales ignis externus, & conſpicuus producit; Siquis enim ab igne comburatur, vlce-
D ra efficit, & veſicas attollit, præterea pars combuſta eſcaram efficit, hanc eamdem efficiunt cauſtica medicamēta, quæ ignis mortuus a vulgo appellantur, & adeo vere comburant, vt odorem qualis combuſtorum excitent, vt vidi in quodam, cui cauſticum fuit impoſitum, ad aperiendum gallicum bubonem, quem volebat occultare, & dum cauſticum habebat, quicunque domum ingrediebantur comburi aliquid ex nidore agnoſcebant, non diſſimilis eſt combuſtio, quæ in carbunculis, & alijs facta ab interno igne cernitur. Itaque cum nihil ignis externus præſtet, quod ab interno etiam principio nō

fiat,

A fiat, merito internum ignem incendia moliri dicimus, quæ ſunt febres illarum partiuui quarum ſunt incendia, talia ſunt vlcera, quę phagedænas appellantur, & ab eadem materia fiunt, a qua etiam cancri minus tamen volatili, ſed quam herpetum materia magis fixa: Sunt etiam ignes ſacri, quos multi cum eryſipelate confundunt, hæc omnia igneum calorem teſtari, dixit Galenus lib. de trem. rigor. & palpi. eſt & ignis perſicus, qui apud Auicennā videtur idem eſſe cum carbunculo, ſiquidem caput inſtituit de igne ſacro ſeu pruna ideſt de antrace, ſiue carbunculo, & ait, B *hæc duo nomina fortaſſe abſoluta ſunt ſuper omnem puſtulam corroſiua veſicantem adurentem facientem accidere eſcharam, qualem facit accidere combuſtio, & cauterium*, cum vero hæc incendia cordi communicātur febres ſimpliciter dicuntur; quia reliqui feruores, corde vitę principio non offenſo, partium feruores ſunt, ſi cor lædatur erunt iam totius. & ſimpliciter tales.

Contingit ergo ſales, ab igne aucto calcinari, & ſolphuream materiam incēdi hinc ſequitur aduſtio, quæ, pro diuerſitate ſalium, diuerſam naturam redolet: hoc tibi videbitur paracelſicum, C ſed Galenicum eſt; ſic enim ſcriptum reliquit lib. 2. de ſimp. cauſ. c. 6. *quippe tennis ſalſus immotuſque ſuccus, in ijs eſt qui pruriūt: paucus, tenuis, mordens, & immotus in vlceroſis affectibus multus, ſalſus, craſſus, & immotus in lepris, & ſcabie paucus, tenuis, & mordax cum exiguo motu*. Vides Galenum, ex varia ſalſedine, varios cutaneos effectus eliciente, hęc igitur quę ab illo delineata ſunt, magis ad viuum exprimere quid prohibet? porrò per operationes, ducta ſimilitudine, a ſalibus exterioribus, cognoſcimus quæ nam ſalia interius corrumpantur, D verum ſal vitriolatus, an aluminoſus, an arſenicalis, & horum generis quamplurima. Ita vt ſal exterior concretus ſalis interius reſoluti ſit nobis quoddā exemplar. Itaque vbi ſalia microcoſmi exacerbata fuerint, iam ipſa in actionem erumpunt, & morbus fit, ſic in mundo exterius inſtar horum morborum aliquando inauditæ formæ æris, ſalium, gemmarumque reperiuntur. hoc ſi cui nouum videatur, dicat mihi vnde nam vt plurimum, faucibus, in pulmonibus, & aſpera arteria, exulcerationes fiunt? ex humore ſalſo reſpondebit: & hinc eſt quod deſtillationes a capite, ſi ſalſedinem ſapiant A magnopere ſunt timendæ. Rurſus quero vnde nam Pituitę iſta ſalſedo? puto te reſponſurum a ſale, neque enim ab alio ſalſæ res fiunt, quam a ſale, à quo igitur iſte ſal in corpore fuit genitus? non ſemper a cibis ſalſis, ſed aliquando a calido adurente, quo pacto maris aqua ſalſa redditur propter permiſtas exhalationes, ſitita; ſed nunquid in mari eſt ſal? imo maxime, nam ab aqua maris ſal ſeparatur, ſeparari etiam poteſt a microcoſmo atque ita in eo tibi ſal dabo, vt iam tua pituita, non quia pituita ſed quia ſale permixta eſt exulceret. Sic. 6. epid. ſect. 5. tex. B 34. ſi impurgatus laborauerit vlcera erumpent quorum verborum ſenſum, ne a Galeno pete, ſed a ratione, quid nam per exercitia erumpit per cutim? nempe ſudor. At ſudor quem ſaporem refert? ſalſum dices igitur ſal iſte in corpore non purgato, prauam retinet retentæ materiæ naturam, & motu exercitij ignem concipit, ardens corrodit, corrodendo exulcerat, & ſquamulæ ſub cute aſcendunt (inquit Gal. in introductorio cap. 13.) ſub quibus locus rubicundus, fereque vlceratus apparet, ceu in ſalſugine, vaſis fictilibus, ex cute ſecedunt ſquamæ, ſal com- C muni ſali reſpondens optime diſſoluitur, & tenui ſua ſubſtantia, pruritum efficit, qualis per ſordes relictas a ſudoribus, ſentitur, ſi vero non perfecte diſſoluatur pſoram, & cutis excoriationes efficit, cum vero aluminis, & vitrioli vim retinet vlcera profundiora facit, longe tamen peiora ſi ſalis arſenicalis referat naturam.

Sciendum eſt lepræ nomen, non in eodē ſignificatu accipi ab Arabibus, & Grecis, etenim græcorum lepra cutaneus eſt effectus, leuis & parum differens, à pſora, & ſcabie. Arabum vero lepra graue malum eſt, quod D elephantiaſis a Græcis dicitur. Arabes autem per elephantiaſim nihil aliud intelligunt, quam puſtuloſos ciruum tumores, per quos crura crutibus elephantū ſimilia redduntur.

Paulus lib. 4. c. 1. elephantiaſim (iuxta Græcos loquor) a cancro non aliter differre ait, niſi quia cancer peculiare occupat membrum, elephantiaſis vniuerſum corpus. quod quidem per quam verum eſt, & iam ſuperius cum de contagione loqueremur Cardano contrarium aſſerenti ſatisfecimus.

Itaque ex elephantiaco, quo maius incendium non datur fumus eleuatur, vicinum aerem obſcurās, ſed mirum eſt quod fumus

iſte

Digitized by Google

-iſte ad cor non perueniat, ibique arſenicali
-vi, qua pollet peſtilẽtium, peſtilentiſſimam
-febrem gignat. Scito elephantiaſim a par-
-uoadmodum cancro incipere ita, vt aliquã-
do lentis magnitudinem in naribus non ex-
cedat vti Plinius annorauit lib. 26. c. 1. de-
inde paulatim ſerpere ſemper cutem, & ex-
terna corrodendo. atque adeo vaporationis
ad extra datur maxima occaſio. in febri-
bus autem conſtipatio interna contrarium
efficit, cum igitur venenoſum ſal ex quo ele-
phas fit aſtringente vi polleat, & vlcerante,
vlcerat ſimul & conſtringit, & vapores qua-
ſi impetu ad externam viam, quæ vlcerata
patet propellit. Neq; ego aliter video quo-
modo poſſit tam magnum incendium abſq;
magna febre fieri. quamuis enim atra bilis
eſſet, quæ morbum generet, vt volunt me-
dici comuniter hæc materia adeo maligna,
& adeo exuperans cur febres non efficeret?

Elephantiaſis Aegipto familiaris ex Pli-
nio lib. 26. c. 1. & Alexandriæ ex Galeno,
qui hunc morbum in Myſio, Scythia, &
Germania non fieri ait. noſtris tamen tem-
poribus, in Germania præcipue inferiore, ſa-
tis viget. Plinius hoc malum, in Italia ante
Pompei magni ætatem non fuiſſe ſcribit; il-
lud in hunc modum deſcribit, *per totum cor-
pus, maculoſa, varijs coloribus, & inaquali
cute alibi craſſa, alibi tenui, dura, ceu ſca-
bie aſpera ad poſtremum vero negreſcente, &
ad oſſa, carnes apprimente intumeſcentibus
digitis in pedibus manibuſque*, dicitur ele-
phantiaſis 2. met. c. 2. a ſimilitudine, quam
hoc morbo laborantes habent cum elephan
to habent enim carnem nigram tuberibus
plenam, ita vt elephantum corio videatur
prorſus ſimilis. deſcribitur ab autore defini-
tionum medicarum. *affectus qui cutem craſ-
ſam, atque inaquabilem reddit, liuor adeſt
tum cuti, tum oculorum albis, exeduntur par-
tes manuum, ac pedum ſumma, ex quibus ſa-
nies liuida ac fatida emanat*. habent huiuſ-
modi ægroti labra tumentia: quoniam laxa
labrorum caro plurimam recipit materiam,
& facile intumeſcit nares exeſas vbi incipit
ſcaturire malum eo enim acutior pars quaſi
percolata confluit. vox rauca, & clangoſa ob
aſperæ arteriæ nimiam ariditatem.

Profecto incurabile eſt malum, nec enim
tanti ſunt medicamenta, vt vniuerſum cor-
poris habitum cancro vlcerato affectum,
poſſint reſtituere. gloriatur Gale. 6. aph. 47.

A ſe elephantem inchoantem per venæ ſectio-
nem, & medicamentum purgans ſanaſſe.
cæterum cum, & cancroſum rumorem eo-
dem modo ibi ſe ad ſanitatem perduxiſſe di-
cat vtrumque videtur impoſſibile, aut ſal-
tem miraculo ſimile, neque hæc miracula
vnicuique eueniunt, forſitan, vt plantarum
periti aliquando pullulantes herbas non
agnoſcunt. Galenus quem cancrum, quem
elephantem eſſe arbitratus eſt, aliam quam-
dam habebat diuerſam naturam. Curatio-
nem tamen huius mali docet. 2. ad Glau. c.
10. ſolo ſucco ſalatri, ſi vero æger extra do-
B mum exire cogatur, & adeo liquido medi-
camento, vti nolit, tunc tranſit ad vnguen-
tum ex pompholyge, quo nihil familiarius
hodiernis chyrurgis eſt ad curãda leuiſſima
vlcera, & vix ad ea ſufficiens remedium cę-
terum ſunt hęc faciliora dicta quam factu.
pręſtantius quidem remedium (quod de
ſubfiguratione empyrica commemorat) ex
viperis parari poteſt, de quarum viribus
lege, præter alios, Ioſephum Quercetanum
in ſua pharmacophæa reſtituta, & quoniam
exhorreſcet ęgrotus viperis in cibum vti, po-
terimus eiſdem viperis nutrire Gallinas, quas
C æger libenter comedit. quomodo autem pręe-
parandæ ſunt viperæ, ad Gallinarum cibum,
pete à Zacharia puteo qui diligẽtiſſime hãc
rem eſt perſcrutatus. Ab atra bile tum can-
crum, tum elephantiaſim fieri dicuntur, de
quo inferius agam, interim ſcito elephantia-
ſim eſſe cuius naturæ vulgo, dicuntur fuiſſe
vlcera illius Lazari, qui pro foribus epulo-
nis iacebat luc. c. 26. atque idcirco malum
S. Lazari appellatur. Signa quibus cogno-
ſcitur ſunt plurima partim a facie petita, &
pilorum decidentia, quorum radices putri-
lago corrodit nec non etiam ab alijs ſignis
D externis quibus hecticam tertiæ ſpeciei abũ-
dare diximus vtrobique enim ſalis aduſti ci-
neres in cute cernuntur.

Excreſcit hoc malum, ſeu hoc monſtrum
ex principijs quãtitate exiguis prauitate in-
gentibus, & ex vno animalculo fit vnum in-
gens animal hoc eſt ex cancro elephas. ſi ve-
ro cancros occultos melius eſt non curare (vt
ex Hippocrate inferius declarabimus) ele-
phantes manifeſtos quis audebit aggredi.
Cancrum ſiue carcinoma, ex aduſtione, fieri
cognoſcit ille, qui vlceris naturam contem-
plabitur: contigit mihi videre, in quadam
nobili Matrona, papillam primo macula
leui-

leucophæi, cineritij vè coloris, deformatam. quę poſtea ſe ipſa exulcerata eſt, & caro ex vlcere extrahebatur, non aliter ac carnes, quæ præ incuria coqui, dum aſſari deberent penitus torrefiunt, carnem illam cum digitis tractabam, in cineres abire contemplabar, atque ideo interius penetrante malo, coſtarum oſſa pellucida apparebant, quorum ſimiliter particulæ extrahebantur. Comunis medicorum ſchola, cum Galeno pluribus locis, quam vt hic referre queam, tenet horum vlcerum materiam, eſſe atram bilem aſſatione factam, qui humor in terram cadens, vt Galenus ait 14. Meth. c. 9. terram radit, & partes quæ raduntur, in altum atolluntur, vocatur hic effectus a Platone feruor, ac fermentatio eſtque is humor aceto ſimilis, nam & acetum in terram cadens efferueſcit, denique hanc nigram bilem nullum animal ne ipſi quidem mures guſtare audēt. Hæc dicuntur ab autoribus cæterum dum aduſtionem huic humori adeſſe dicunt, iam ignem fatētur ſine quo aduſtio non fit, dum humorem appellant contradictione inuoluuntur, tanta enim aduſtio, quanta hic ſupponitur humidum omne exhaurit, commodius quidem dixiſſent cineres, & ſales, quibus in liquore aliquo diſſolutis, liquor ille redditur amariſſimus at non liquor eſt qui in vlcere exardet. ſed ſal qui crematur.

Res hoc ordine procedit in carne ſi ſtatū naturalem ſeruat dulcedo præualet, quoniam nutritur ea dulci. carnes animalium inter dulcia Galenus reponit 4. de ſimpl. med. facult. c. 9. tales & nutriuntur a dulcibus, & quia dulces ſunt nos nutriunt: nam vt habetur 4. de ſimpl. c. 10. & c. 15. *omnium quæ nutriunt communis dulcedo eſt*, quare, cum nutritum ſapiat nutrimenti naturam, caro noſtra dulcis eſt imo omniū dulciſſima habetur, ſaltem ſuillæ quæ dulcedinem habet eximiam comparatur a Galeno 10. de ſimpl. c. de ſang. vbi narrat repertos fuiſſe hoſpites; & coquos complures, qui humanas carnes pro ſuillis venderent? tamet ſi qui eas ediſſent nullum omnino diſcrimen percipere potuerint, & adiungit sè accipiſſe à viris fide dignis, qui in diuerſorio publico ius eſitarunt delicatum cum carnibus ſuauiſſimis. cæterū cum iam pene ſaturati eſſent, inueniſſe digiti partem anteriorem, quæ videlicet ad vnguem eſt. Igitur cum caro dulcis ſit ſi torrefiat amara euadet: amarus namque ſapor

A vt Galenus ait 4. de ſimpl. c. 19. fit admodum excalfactis dulcibus, eſt itaque caro illa amareſcens aduſtionem perpeſſa, quod vero amara ſit, quæ cancrum efficit ex ſapore quem ſentiunt ægrotantes comprehenditur: nam docente Hippocrate lib. de morb. mul. *Quum cancri futuri ſunt prius ora amareſcunt, & quicquid ederint omnia amara eſſe videntur*. Si amaræ carnes ex dulcibus factę aduſtionem ſignificant, iam hæc aduſtio potius humori communicatur ex carnibus incineritis, quam carnes id habeant ab humoribus. propterea iure optimo Valleſius 1.
B controu. c. 10. non recipit ſpeciem illam bilis zinariæ ab Auicenna introductam, quam idem Auicenna adeo præternaturam eſſe ait, vt ſit in venenis. generationem eius poſuit eſſe in praſina cum tātum vritur donec eius humoroſitas exſiccatur, & ad albedinem redire incipit, propter ſiccitatem. calor namque (ait Auicenna) in humido corpore, in primis nigredinem efficit, deinde denudat ipſum nigredine quando eius omnino finit humiditatem, quando ſuper fluit in eo ipſum albicans, & hoc quidem in lignis attende, quæ prius in carbonem vertuntur, deinde
C in cineres (bonę Deus inquit Valleſius) quis his auditis non ridet? humorem diſiccatione ad album mutari, vt lignum quod abit in cineres. an non hic candor extremæ ſiccitatis eſt ſoboles? qua ergo ratione poteſt ad extremam ſiccitatem peruenire, & vt ſit humor, qui quamquam ſiccus potentia eſſe poſſit, tamen actu humidus eſt: albus vero color ſiccatione, quæ actu eſt, fit, non ea quę eſt potentia.

Hinc colliges omnia ad quatuor humores velle reducere ineptum eſſe, carnis igitur ſal quod prius latebat, per incinerationem
D fit, manifeſtum; ſic ex rebus omnibus ſalem extrahimus. Scito tamen huius ſalis aduſtione, & corruptione, carnes ſuo balſamo priuari, atque ita magis, ac magis corruptionem admittere, & hinc eſt quod (vti ſupra dictum eſt) viperarum Carnes, quæ balſamicam admodum poſſident naturam, in alimentum ægrorum, qui hoc malo laborant ſunt optimæ, balſamica autem eſſe natura præditas indicat illa annua renouatio, & cibus admodum ęthereus, quò sè conſeruant in latebris, vt eloquente plus nimio ſermone Quercetanus sè diffundens oſtendit.

Neque vero aduſtio, & in cineres redu-

ctio, ſuas aufert ſalibus naturas. nam ſicut alia eſt virtus ſalis abſinthij, alia ſalis fabarum, alia quercini, & ſimilium; ita etiam & in reliquis. qua propter, & ſal in cancroſis vlceribus dominans arſenicalis eſt; hoc colligitur in primis ex dolore. quamuis enim omnis ſal mordicãdo dolorem efficiat, iſtud quod maxime eſt corroſiuum intolerabiles gignit. Deinde ex deformitate vlceris: cum enim balſamus noſter naturalem compoſitionem, & effigiem membrorum contineat, quoniam in eo vis formatrix, & conſeruatrix reſidet, ita e contrario pernicioſiſſimum venenorum & balſami inimicum naturalẽ figuram vitiat. Tertio ex maxima depaſcentia. V. G. ſi caro, oſſa, nerui, ligamenta exeduntur, nihil enim tam exedens eſt quam arſenicum. Quarto ex varietate colorum, nam cum hoc venenum, tamquam omniũ potentiſſimum, omnia corrumpat, & vnaquæque res ſuam habeat corruptionem, vnaquæque res in ſua corruptione colorem peculiarem habet. Hæc omnia in cancro particulari, & multo magis in vniuerſali nempe in elephantiaſi reperiuntur, & per Vulcani vim manifeſtantur.

De Sanguinis Menſtrui Veneno.

CAPIT. VI.

MAGNVM debet eſſe huius arſenicalis veneni prædominium in ſanguine menſtruo, ſiquidem maiori ex parte carcinomata mulieribus eueniunt, quibus mẽſtrua deficiunt, & præcipue in papillis ad quas Sanguis ille tacitò naturæ ordine recurrit. & in vtero in cuius venis retinetur. Imo vulgo fertur mulierem ſi tempore mẽſtruorum conceperit fætum editurum elephantiaca putredine conſpurcatum; quod non eſt præter rationem ſiquidem diuina lege cautum erat leuit. 18. & 20. ne quis cum muliere, quæ patitur menſtrua coiret.

Multi ſunt, qui nolunt Sanguini mẽſtruo venenoſitatem ineſſe, & in primis Mercurialis, qui prauos effectus, huius ſanguinis, ſolum in ijs fæminis admittit, quæ valetudinariæ ſunt, & prauo intemperamento affectæ, quia apud medicos conſtare, ait, vterum eſſe ſentinam, & cloacam in qua natura ſolet

A ſordes deponere: hoc Mercuriali non admittimus Imo verò contrarium conſtat apud Medicos, nempe nullum eſſe membrum, cuius magis ſollicita ſit natura, nullum quod promptius, a quolibet contento præter naturam, offendatur, quam vterus, ſiue illud ſit flatus ſiue aliquid aliud. Mercatus alia vice incedens Accidentia, quæ ex Menſtruis retentis accidunt, arguere, ait, maiorem illius ſanguinis perfectionem: quoniam prædicta ſymptomata, non eſt credendum, euenire ex menſtrui ſanguinis natura ſed ex cõcepta putredine, & quo res aliqua purioris,
B & perfectioris eſt Naturæ, & ſubſtantiæ, eo dum putreſcit, & corrumpitur grauiorem concipit putredinem, & maius vitium, quod in ſemine corrupto in eiſdem fæminis haud raro accidere ſolet. præterquam quod idem euidenter conſtat, in corporibus hominum, & aliorum animantium. nam quo perfectior eſt hominis natura, eo grauius putreſcit, & fætore, ac vitio ingente conſpurcatur. Itaq; vitioſum eſſe ſanguinem menſtruum & veneni naturam ſapere, non aliunde prouenire poteſt, quam ex præſtantia, & puritate ſanguinis, quem, cum primum a natura ſeparatur,
C corrumpi neceſſe eſt. Nam cum ſubito, & affatim neque ſeparari a reliquo ſanguine neque excerni poſſit, ſed paulatim & ſenſim in vteri venis, ad ſtatutum a naturæ terminum, congregetur, fit facile vt ibidem, per integrum menſis ſpatium, citra corruptionem, eſſe non poſſit. Neque credendum, huiuſmodi ſanguinem in omnibus vitiari, ſed in ijs tantum in quibus diu immoratur, & improbe expurgari contingit: plus enim afficitur, dum die vna, vel altera, vltra ſtatutum menſem retinetur quam toto menſis tempore. Sic neque omnes fæminæ, etiam ſi
D menſtruantes ſint, ſegetes vrunt, neque vermiculos interficiunt, aut ſpeculum frangũt, vel maculant: ſed hæc mala eæ ſolum fæminæ faciunt, quibus aut improſpere procedunt menſes, aut deterrimum ineſt temperamentum, vel morbus aliquis, in quibus ſanè venenum fieri & ſibi, & alijs mirum non eſt. Sic Mercatus cuius ſententiam ita multis referre placuit, vt multa ex ijs examinentur, præcipuè duo, quæ tamquam axiomata ſupponit, & tamen falſa eſſe ſpero me demonſtraturum.

Primum eſt Sanguinem, qui eſt aceruatus ſi trãſcendat determinatum tempus corrumpi.

Digitized by Google

rumpi. Sed mihi vellem diceret vbi nam retinetur, nunquid intra venas an extra? nõ quidem extra: nam & ante debitum tempus, & ſemper putreſceret, & figuram Sanguinis amitteret, primum in grumos, poſtea in pus tranſiens, ſi ergo intra venas in ſuo eſt conceptaculo, quare non ratione loci corrumpi poterit? corrumpatur ergo ex alia cauſa prçter naturam, atquomodo id fiet abſque eo quod ſynocham febrem excitet? & tamen contingit multoties fæminas abſque notabili læſione vltra menſem impurgatas tranſire. quod ſi ſanguis corrumpitur adeo, vt veneni naturam ſapiat, quale neque per malignas febres reperitur, quomodo nil magnũ ex hac retentione euenit?

Alterum axioma eſt vulgo receptũ, quo tamen non vulgaris medicus vti non debuit nempe quo res præſtãtioris naturæ ſunt, eo deteriorem concipere putredinem. Hoc probat ex ſemine cuius præſtantiſſima natura ſi corrumpatur in veneni perniciofiſſimi naturam tranſit, vt ſymptomata grauiſſima oſtẽdunt quibus fæminæ a ſemine retento corripiuntur. At cur etiam eadem vel ſimilia, vel grauiora ex retento ſanguine non accidunt? deinde ſemen non prçſtantiſſima eſt natura, ſed ſpiritus qui in ſemine continetur: reliquum enim genitura eſt ſed dices hanc genituram puriſſimam eſſe, quia ex puriſſimo fit Sanguine. Sit ita & præſtantiſſimam ei naturam concedamus. vnde colliges perniciofam eſſe eiuſdem putredinem? dices ex accidentibus, quibus viduæ, ex putrefacto ſemine, vexantur. cæterum cum ex flatu in vtero, eadem accidentia fieri videas, iam non deteriori putredini, ſed partis ſenſibilitati, & colligantiæ eiuſdem cum cerebro per neruos, cum corde per arterias, ſæuitiem ſymptomatum attribues. Aliud exemplũ quod proponit ex homine cuius prçſtantiſſima eſt natura, & deterior putredo, falſitatem etiam continet. Nam corpus humanum præſtantiſſimam quidem obtinet naturam, quoniam eſt præſtantiſſimæ animæ domicilium. Hoc autem nihil facit ad putredinem, ſed præſtantia cõſideranda eſt reſpectu ad ſubſtantiam, ſubſtantia autem hominis prçſtãtiſſima non eſt, imo vero quo præſtantius animal eſt, & proinde mundus paruus appellatur, eo ex pluribus conſtat, & ſubinde pluribus obnoxius eſt morbis, & cum corrũpitur quia plures ſubit corruptiones, propter plures partes diuerſarum naturarum ex quibus componitur. Aurum & metalla, quæ longe inferiora ſunt ſi naturæ gradus reſpicias, ſi ſubſtantiam conſideras longe meliorem obtinent ſubſtantiam, & corruptionis fere ſunt imunia: Axioma igitur falſum eſt quia præſtantia ſubſtantiæ conſiſtit in eo quod difficile, & parum corrumpatur. Naturç nobilitas nihil ad curationem facit neq; a corruptione prçſeruant. multa ſunt nanq; prçſtantioris naturç, quç non corrumpuntur deteriore putredine; plantæ enim quæ perfectiorem naturam habent, quam aquç putreſcunt leuiter, aquarum vero ſtagnantium grauis eſt putredo, & in eadem ſpecie prçſtantior eſt fagus aut cedrus, quam quçlibet herba & tamẽ deteriore putredine herba corrumpitur.

Peramatus rationi, & experimento repugnans pleroſque ex effectibus Sanguinis mẽſtrui negat, qui tamen quotidiano muliercularum experimento falſitatis, & peruicaciç fit reus. Fernelius venenatam huiuſce Sanguinis naturam multis exemplis docet. ſi menſtruo Sanguine tenella vitis tangatur in perpetuum lçditur, ſteriles fiunt tactç fruges, moriuntur inſita, exuruntur hortorum germina. Si omnino prçgnans mulier alterius menſtrua ſupergrediatur, aut illis circumliniatur, abortum facit. ei autem quæ vterum non geſtat concipiẽdi ſpem adimit. Mulierum, quç purgantur ſpiritus, & vapor ab ore ſpecula, atque eboris nitorem obſcurat. guſtatus hic Sanguis canes in rabiem agit, hominem autem mitis cruciatibus affligit, comitialem morbum, pilorum effluuium, aliaque elephanticorum vitia infert, iccirco, a veteribus, inter venena relatus, pari malignitate exiſtimatur atque Sanguis elephantiaci potus. Hçc & pleraque alia poteſt Sanguis menſtruus efficere, & ſi retineatur ei etiam cui proprius eſt deberetque eſſe familiaris grauiſſima infert incommoda; non eſt tamen negandum Sanguinem hunc mẽſtruum in aliquibus magis in alijs minus veneni naturam participare, ſemper tamen aliquid veneni detinere certiſſimum eſt.

Cçterum ratio, quç hos autores mouit, vt exiſtimarent ſanguinem menſtruum nullo veneno ſcatere, eſt quia eo infans in vtero nutritur. & tamen hanc difficultatem ſuis dictis non euadunt. Nam Mercurialis qui fæminis intemperatis concedit ſanguinis

menſtrui vitium.& vterum cloacam vocat. A
cum grauidas debeat fateri nimio laborare
in temperamento multaſque ſordes in cloa-
ca aggregare iam non negabit puerum dum
in vtero eſt prauo vti alimento. Item Mer-
catus qui paucorum dierum mora ſanguinē
corrumpi eſt arbitratus eundem tot menſiū
ſpatio putredine affici fateretur. quare non
mihi diſplicet Fernelius, qui fętum non ex
menſtruo ſanguine ali exiſtimat, imo tum
optime ſolet (ait ille) mulier vtero conci-
pere cum ab hac fęda illuuie munda, repur-
gataque fuerit, cumque purus exiſtet tum
vterus, tum reliquus ſanguis, in corpore, ex B
quo demum fętus alitur. quamquam autem
reliquo temporis circuitu, vitioſus ſimiliter,
ac prius congeritur, & accreſcit, eo tamen
haud quaquam fętus continetur, aut viuit
nec eum, ſed quantum poteſt puriſſimum,
atque ſuauiſſimum pro alimento rapit, ſibi-
que iungit: Quonam igitur corruptus ille
ſanguis, quem menſtruum appellamus in
grauidis concedit? pars exigua circa vterum
inhęret in venis, pars maxima reliquo pu-
riore ſanguine permiſcetur. hinc quia nequit
naturę vis omne illius virus mitigare, aut
euincere, grauidis mulieribus plurima mala C
eueniunt, corporis grauitas, fędus faciei co-
lor, lienis tumores, varices, malatię, atque
vt in genere dicam, ab hoc retento, in omne
morbi genus, procliuiores ſunt, quam quę
vtero non geſtant: Hunc autem natura in-
tus continet, ne ſi viam patefaciat, cum eo
vtile fętus alimentum ſimul emanaret. Ita-
que nouę prolis procreationem inſtituens,
in vitę diſcrimen parentem plerumque ad-
ducit. Non igitur menſtruo fętus alitur ſi
hac appellatione corruptum eum sãguinem
notamus, qui purgatio eſt & excrementum
purioris. At vero quoniam eo nomine om- D
nem sãguinis ab vtero factam deiectionem,
ſępius veteres ſignificarunt, fere fit vt fętum
ali, & lac gigni ex menſtruo ſanguine pro-
nuntiemus. Porro hęc opino corroborari
poteſt autoritate Galeni 1. pror. com. 48. di-
cente *aſſumpto infatus alimentum vtili qui
in vaſis erat ſanguine, ſed permanente vi-
tioſiore qui ſingulis menſibus antea excerne-
batur*. Similiter 5. aph. 37. conceptum nu-
triri dulciſſimo quod in ſanguine eſt idem
Galenus ſcribit quando igitur legimus 5.
aph. 6. & in libris de ſemine paſſim & 1. de
cauſ. ſymp. c. 7. & apud Ariſtotelem 1. de
gen. animal. & Auicennam 3. 3. & Aetium,
& Paulum, & omnes fere alios fætum nutri-
ri ex ſanguine menſtruo hoc merito dictum
eſſe arbitrari debemus: tum quia ſanguis il-
le, qui per vterum exit ſanguinis menſtrui
appellatione deſignatur: tum quia ſanguis,
qui cedit in alimentum fętus (vti diximus)
non eſt omnino ſine mixtione menſtrui ſan-
guinis.

Fætus igitur ſequeſtrat in Vtero puriorē
ſanguinis partem quam in alimentum acci-
pit, non tamen adeo perfecta eſt ſequeſtratio
quæ non poſſit relinquere aliquid impuri.
Hinc Hippocrates de morbo ſacro ſiue quis
fuit illius libri autor per vlcera in capite in-
fantium enaſcentia expurgari ait id quod in
Vtero non fuit expurgatum.

Hinc etiam Arabes variolas ex ſanguinis
menſtrui impuritate originem ducere, teſtã-
tur ita Auic. 1. 4. tract. 4 c. 6. & Haliabas li-
bro 3. ſuæ theoriæ c. 14 qui aduertendum
eſſe ſcribit in lucem iam editum fætum, plu-
ribus menſibus lacte nutriri, quod & ipſum
menſtrui multum (lactentibus enim defi-
ciunt menſtrua) continens, plura in eo, quæ
expurgentur coaceruat excrementa. Ita etiã
Abimeron, Auenzoar lib. 2. theoriæ trac. 7.
c. 3. Iſac lib. 8. c. 4. Serap. lib. 5. breuiar. c. 22.
omnibus ſubſcribit Auerroes propoſito in
hunc modum Argumento. *& non poteſt di-
ci, vt fiant variola a cauſis externis, quia illa
(ſcilicet cauſa externa) non ſunt neceſſaria
in omni homine, & iſta agritudo eſt ſicut na-
turalis, & propter hoc dicitur quod prouenit
a mala materia fixa in cibo embrionis*. ex re-
centioribus Hyeronimus Fracaſturius Ara-
bum Sectæ adhæret, & ſanguinem infantis,
ob infectionem, in vtero, contractam per
quamdam quaſi criſim defæcari, ait, vnde pe-
riculoſior eſt morbus adultioribus, quam in
teneriore ſtatu conſtitutis. *quoniam ſi quis
per atatem teneram eam ſanguinis infectio-
nem non expurgat ſignum eſt eſſe male ido-
neam ſeparari, quare mox cum in grandiore
atate fit, ſeparatio illa contingit quidem vi
multa, & affligit magis, minus autem cum
mollior eſt ſanguis, & aptior vt ſeparetur ab
eo labes illa*. Hæc ille in eo tamen non reci-
piẽdus quod vulgi in morem opinatur, cum
qui ſemel variolis laborauit, non iterum ab
eodem morbo corripi, quod ſi aliquando bis
accidit, id eueniſſe putat; quia prior ſeque-
ſtratio non fuit perfecta, tenet præterea ne-

eſſa-

ceſſario hunc morbum accidere niſi mors
præoccupet, quod vetularum figmentum eſ-
ſe credendum eſt. Nam nec omnibus neceſ-
ſario eueniet iſta ſequeſtratio: ſiquidem alijs
modis poteſt ſanguis depurari, neque præte-
rea licet ſemel perfecte fiat, remanet homo
ſecurus, quin iterum infectionem aliunde
quam a ſanguine materno ſuſcipiat.

Mercurialis nouum morbum, & veteri-
bus incognitum eſſe exiſtimat, ac propterea
non anti quam cauſam, qualis eſt menſtrua
purgatio, habere poſſe. Sed materiam va-
riolarum ſanguinis ichores putreſcentes eſ-
ſe, ſumpto prius cœlo, & aeris vitio, initio
mox paterna atque hęreditaria proprietate
conſeruato. Cęterum cum omnia ad cutem
exeuntia generali exanthematum nomine
veteres ſignificarint nihil certi habemus,
quod ſenſerint tum de variolis, tum de mor-
billis, nec non de puncticulis, quę per mali-
gnas febres erumpunt. Hęc Mercurialis opi
nio diuinantis magis eſt, quam ratiocinan-
tis. Fernelius in abditam, & cæcam, toto ae-
re inditam qualitatem, non in Sanguinem
menſtruum cauſam retulit, ſed cum multo-
ties abſque vlla epidemia morbus hic infan-
ti vni aut alteri eueniat non eſt ſemper ad
aerem recurrendum. Alex. Petron. lib. de
morbo gallico, non Sanguinem menſtruum,
ſed putridum alimentum, in vtero matris,
ſuſceptum, cauſam eſſe voluit, at iſte iam
magis ad veram cauſam accedit, ſiquidem
fætus non niſi a Sanguine nutritur grauidæ
menſtrua non procedunt, quare facile nobis
concederet aliquam menſtrui Sanguinis in-
fectionem infantis alimento eſſe miſtam.

Qua propter exiſtimamus, infantium va-
riolas ita a Sanguine in vtero ſuſcepto origi-
nem trahere, vt etiam abſque hac infectione
poſſint, ab alijs cauſis oriri. Nam quicquid
materno Sanguini infectionum dederit, po-
terit etiam dare, & Sanguini noſtro, neque
vero mirum eſt peſtem tum ex annonæ cari-
tare, tum ex cæli vitio, nec non etiam ex pa-
ludibus ab hyeme relictis, & multis alijs de
cauſis originem ducere: certæ externæ poſ-
ſunt eſſe plures, interna ſola vna, ad quam
Hipp. omnes reducit, nempe ſpiritus pra-
uam redolentes naturam; cumque hos pra-
uos ſpiritus, in Sanguine, fæmina contra-
hat, quos ſtatutis menſibus natura ſolet ex-
purgare eoſdem & homo accipit: quia eiſdē
vtitur alimentis; eodē fruitur aere; Sed maio-

A ri exercitio, maiori ignis vi, per trāſpirationē,
vel per alia emunctoria expurgat, quos, ſi nō
expurget, eadē habebit mala, quæ infans ha-
bet. Si enim infātis cibus in vtero fuit Sāguis
maternus factus ab eiſdē cibis, a quibus alio-
rum Sanguis fit, profecto omnis Sanguis, niſi
debite expurgetur, eandem quam menſtru-
us infectionem habebit, eamdem etiam in-
fectionem; ab eiſdem prauis ſpiritibus con-
cipiet, aer atque ita epidemicus aliquando
euadet morbus.

Veſicas igitur quales in elephantiaſi, &
cancro ſed multo magis in variolis apparent
B ab igne fieri manifeſtum eſt, ſic apparet in
ijs, qui comburuntur. ſic etiam exod. c. 9.
cum Deus vellet ſuper Pharaonem immit-
tere plagas ita Moyſi imperauit. *tollite ple-
nas manus cineris de camino, & ſpargat illū
Moyſes in Cælum coram Pharaone ſitque pul-
uis ſuper omnem terram Egipti, erunt enim
in hominibus, & iumentis vlcera, & veſica
turgentes.* Quamuis autem Dominus, ab-
ſque cauſa inſtrumentali, potuiſſet veſicas il-
las turgentes immittere ſuper Aegiptum, ta-
men voluit ſe Naturæ accommodare, atque
illas ex ſcintillis, quæ adhuc in cineribus a
C camino extractis ſeruabantur, aptauit ad ef-
fectus tales, quales ſolent in corporibus ignes
efficere, & igneas gignere impreſſiones, quas
Philo. eleganter deſcribit.

Fit igitur variolarum incendium ab igne
apprehendente partem bituminoſam, quæ
ebulliendo veſicas attollit, hæc autem prō-
pta eſt fuligines ex ſe emittere, quæ cor pe-
tunt & ſynocam febrem efficiunt, qualis eſt
illa, quę variolas fere ſemper comitatur, imo
vero ignis iterius ardens prius cor offendit,
quam bullas eleuet, & ſic prior eſt febris, quā
exitus variolarum. Ex dictis patet poſſe va-
D riolas euenire ex infectione in vtero ſuſce-
pta, vnde pueris familiare eſt malum, poſſe
& ex prauitate ciborum, vnde grandioribus
euenit, etiam extra epidemiam, poſſe & ab
aere; quapropter epidemicus etiam morbus
multoties eſt.

Affert Mercurialis argumentum, ex Ari-
ſtotelis autoritate qui lib. 6. de hiſ. Anim. c.
18. affirmat ea omnia, quæ Sanguinea ſunt
menſtruas purgationes habere. & inter cæ-
tera, Equum, Canem, Aſinum; cum igitur
iſta animalia materialem habeant variolarū
cauſam, nec efficiente careant, calore ſcili-
cet naturali, ſi vera eſſet Arabum ſententia

debe-

deberent variolis conflictari, quod experien- A
tia nequicquam eſt comprobatum. Huic
difficultati reſpondemus, non eſſe ſoli ho-
mini peculiare hoc malum. & hoc præſen-
tis anni conſtitutio indicat: ſiquidem arie-
tum infinitus numerus, apud nos, ex vario-
lis perijt, & nos aliquando equum vidimus
variolis plenum, cæterum non eſt animali-
bus admodum familiare, hoc malum: quia
cutis nimia denſitas ebullitionem exterius
apparere non permittit: frangitur quippe,
ſub cute, ebullitio, atque adeo in alias puſtu-
las permutatur. præterea non adeo frequens
eſt, bruta animalia menſtruis purgationibus B
eſſe obnoxia vt Ariſtotelis dictum tamquã
ſemper neceſſarium poſſit accipi.

Prædictorum Curatio.

C A P. VII.

QVAMVIS elephantiaſim
deploratũ eſſe malum ſu-
perius a nobis ſit dictum, &
cancros etiam in eadẽ claſ-
ſe reponere videatur Hipp.
tamen quo pacto tum circa C
hæc, tum circa alia ignea meteora, qualia
ſunt eryſipelata, vlcera phagedena, & vario-
læ præſtare ſe medicus debeat, explicare erit
operæ pretium. Victus ratio, quæ potiſſi-
mum huiuſmodi ægrotis imperanda eſt de-
bet ignis extinctionem reſpicere, ac proinde
qualis febricitantibus offerri debet, veru̅ta-
men quæ magis nutriat, chronica enim ęgri-
tudo tenuem victum non tolerat. laudantur
carnes euchymæ piſces autem.

Quos ſaxa, & fluuiorum aduerſa ma-
riſque fatigant.

quibus mollis eſt caro, & purgata, quamuis D
a piſcibus abſtineri optimum iudico: nam
facile ſalſedinem contrahunt, cruſtacea cur
admittant aliqui, neſcio cum ex vſu coclea-
rum teſt. Gal. hoc malum eueniat. locuſtæ
autem aſtachi, & oſtrea, & conchylia parũ
duritie vincuntur a cochleis, & difficile con-
coquuntur, & tamen ſunt qui hæc omnia in
ſerie eorum quæ permittuntur ſcribant. Ole-
ra vt intybus, lactuca, borrana conceduntur,
braſſica, & betica, quæ nitri participant vi-
tuperantur: fructus horæi aliqua ex parte
ignem extingunt, non tamen omnino vitio
vacant, niſi ij qui cocti edi poſſunt legumi-

A na & carnes ſalitæ, & ſalſamenta omnia ſũt
fugienda. Vina paucifera conueniunt, itaq;
nec exercitio incaleſcere oportet neque bal-
neis carnem laxare, fomenta tamen aliqua
proſunt ex fumaria oxilaparho, & ſcabioſa
poſt modo corpus inungendum aliqua leni
pinguedine, in qua ignis depaſcatur, ita vt
hoc modo eius actio in membra remorari
poſſit, purgatio fiat leuis, & aliqua venæ ſe-
ctio. Aliqui ex fortuito exemplo cuiuſdam
a Galeno commemorati, qui epoto vino, in
quo Vipera extincta fuit ſanitatem eſt ade-
ptus, ſuis ægrotis idem imperant, ſatius ta-
B men fuerit gallinas viperarum carnibus ſa-
ginare, vt ſuperius diximus. Inunctiones
conueniunt quales combuſtis conuenire ſci-
mus, vnde ex vnguento populeo vnctio ma-
xime commendatur. ſequentem inunctio-
nem tum in elephantiaſi, tum in omni com-
buſtione vtiliſſimam eſſe comperies. Folia
lauri accipito ſuper quæ porcinam pingue-
dinem ignitam de alto cadere facies quouſq;
folia ipſa in cinerem vertantur eo verò cine-
re pinguedine obuoluto, ac in vnguenti for-
mam redacto partem inunges biſque in die
renouabis.

C Ad phagedæna remedium ſequens, à me
expertum, habeto. ℞. Spiritus vini alcoholi-
zati lib. 1. arſen. ſubl. virid. æris. an. dragm.
1. trium ouorum albumina, omnia bene cõ-
quaſſata. vtendi modus eſt, vt alternis die-
bus vlcera lauentur, & ſuper imponatur em-
plaſtrũ diaquilonis, quod vlcera cooperiat.
poteſt pro defenſiuo circumcirca adhiberi
aqua ſtillatitia, roſarum & ſimilia, his ſi vta-
ris alternis diebus, die duodecima vlcus ſa-
num reperies. Paulus efficax remedium cõ-
poni iubet ex auri pigmenti dragm. 10. ſul-
phuris viui dragm. 8. coſti dragm. 12. calcis
D viuæ dragm. 4. ceræ dragm. 4. baccarum lau
ri andarum dragm. 12. hæc popul. foliorum
ſucco, aut craſſo decocto ſubiungitur ad mel
lis ſpiſſitudinem.

Iam verò ad Cancrũ accedo, & quoniam
licet omnes cancros tangere periculoſum ſit
vnde barbari vlceratum cancrum noli me
tangere appellant, tamen quia Hipp. 6. aph.
38. *cancros occultos melius non curare*, dixit,
curati .n. citius interimunt quam nõ curati,
quid per cancros occultos intellexerit, expen
dere oportet. quoniam de hoc diſſentio eſt
inter autores. nonulli eos, qui in profundo
latent, occultos eſſe dicunt, ſunt alij quibus

magis

magis placet, occultos eos appellare, qui non dum ſunt vlcerati. Galenus vtroque modo intelligit, cæterum internos melius eſſe non curare facile agnoſcit, eos vero, qui externi ſunt, & non vlcerati cur peius habeant vlcerati non capit, forſitan quia aliquando cancrum incipientem ſe curaſſe imò ſanaſſe teſtatus vereor tamen ne quem cancrum prædicat Scyrtus fuiſſet.

Igitur cancer alius eſt in externis alius in internis partibus, rurſus in internis vel aliquo modo apparentibus, vt ore vtero, & ſimilibus, vel quæ nullo modo apparent, vt iecore, liene. Interim omnes facile vlcerantur: tum quia maior ibi focus adeſt, a quo ebulliunt: tum quia durities cutis nulla obſtat quominus fiat corroſio & vlceratio.

Itaque externos, & vlceratos eſſe cancros manifeſtos, manifeſtum eſt, & his ferro, & igne (nam de hac curatione agit Hippocrates, ſiquidem alia quæ blandiens appellatur, nunquan nocet ſi recte fiat) extrahuntur a perito chyrurgo, vt aliquando extrahi conſpexi, qui ſi in ſuprema papillarum parte exiſtunt nec brachia in profundum diſtendunt extracta ſemel non redeunt, ſin aliter reuertuntur.

Vlcerati ergo externi extrahuntur & hoc Hippocrates admittere videtur quia ſunt manifeſti; ſed nunquid externos non vlceratos inter manifeſtos numerabis an inter occultos? profecto non vlcerati licet externi occulti dicentur ad differentiam externorũ vlceratorum. Verum cur hi magis quam vlcerati non debeant curari hoc Galenus ſe ignorare fatetur. Dicam tamen quid in hac re ſentiam & diſcurrens per omnes curandi modos nihil non nocuum huiuſmodi cancro non vlcerato eſſe oſtendam. In primis apocruſtica non conueniunt quia in materię malignitate repercuſſionem damnat Galenus at cancrorum materia maligniſſima eſt ob hanc cauſam *Eryſipelas ab externis ad interna malum* 6. aph. 25. quæ ſententia teſte Galeno non ſolum in Eryſipelate ſiſtit ſed ad plura alia extenditur. Diſcuſſio fit medicamentis, quæ ignem, ebullitionemque augere poſſunt, & acredinem acuunt. quamuis autem, quæ diſcutiunt, moderate calida dicantur, omnis excalfactio in materia bulliente eſt periculoſa, & tanto magis, quod auxilia hæc non niſi continuata, adhibentur continuatio autem ad immoderantiam per-

A ducit. Supereſt vltimum, nempe extractio ferro, aut igne, quæ ſi conuenit vlceratis melius non vlceratis conuenire dicendum videbatur. Sed Galenus multos magnæ autoritatis medicos ait ſolum vlceratos, qui laborantes moleſtant, & ſunt in ea parte ſiti, vt poſſint, cum radicibus, exuri, & ſecari permittere. iam igitur autoritatem habemus magnorum virorum qui ſolis vlceratis hanc curam adhibebant ac proinde non vlceratos relinquebant rationem nullam Galenus reperit. non tamen nimis difficilis eſt contemplanti: cancer enim vlceratus iam omnem

B ſuam maturitatem, & magnitudinem aſſecutus videtur. atque ita, ſi extrahatur totus extrahitur vſque ad extremos radicum ſiue brachiorum fines, qui verò non dum vlceratus eſt, non dum integram compleuit circunſcriptionem, quid ergo efficies ſecando? nempe ex non vlcerato vlceratum, vlceratione praua hoc eſt concaua & profunda, dolorque extractionis materiam ebullire faciet, & mortem approperabit.

Interni, ſiue vlcerati, ſiue non vlcerati, magna tamen ex parte vlcerati, ob rationes ſuperius dictas, omnes dicuntur occulti. de

C ijs qui non cernuntur non agit Hippocrates, nam hos melius eſſe non curare, ſiquis diceret, ineptiam diceret qui enim oporteret nos docere melius eſſe abſtinere acuratione quæ impoſſibis eſt. Agit ergo de alijs occultis, nempe de ijs, qui in parte occulta ſunt, & cerni poſſunt, partium harum laxitas prohibet ſectionem, dolor vſtionem, incommoditas curationem, neque enim commode, neque ſine magno dolore, & partium circumuicinarum periculo, tractari poſſunt. quapropter facto prognoſtico a vera curatione ceſſare, & ſola blandiente vti conuenit.

D Variolarum curatio pręſtat apud autores, & duntaxat in dubium reuocatur Sanguinis miſſio, non quod non conueniat in variolarum febre, vt pote quæ ſynocha eſt, & ſigna ſecum habet indicantia hoc auxilium, ſed quoniam aliquando tranſigitur occaſio extrahendi ſanguinem, & tunc variolæ apparent, quid ſit faciendum non conſtat apud medicos & eadem eſt controuerſia. in febre maligna punticulis apparentibus. Qui igitur variolis apparentibus Sanguinem mittere verentur, eodem quidem iure, imo maiore ante, apparitionem vereri debuiſſent, ſi enim naturæ motum putant ſe per venæ ſectionẽ

impe-

impedituros, mulro magis curare debent, ne motus iſte impediatur cum imminet, quam cum iam ſit aut eſt factus. Si præterea, quia hi morbi venenoſi ſunt, & in veneno epoto pernicioſa eſt Sanguinis miſſio, videntur in toto morbi diſcurſu imo in omnibus peſtilentibus etiam ſine puncticulis, & ſine variolarum ſuſpicione a Sanguinis miſſione abhorrere, quo quid magis dici poteſt ineptum.

Sed de veneno prius dicam longe differre curationem, quæ veneno vel aſſumpto, vel per vulnus influcto deberut, ab ea quæ fit in veneno intra nos genito, in cuius rei gratiã ſcire oportet; corpus in tres diuidi regiones, primam quæ viſcera omnia comprehendit, ſecũdam quæ complectitur venoſum genus, & tertiam quæ muſculoſum. Deinde conſiderare oportet per venæ ſectionẽ fieri motum ab extremis ad medium, quod manifeſte cognoſces, nam in primis fit motio a viſceribus ad venas, atq; ita acentro extra centrum; & hinc eſt, quod cruditatibus ſcatente prima regione, Sanguinem mittere periculoſum eſt. hinc Fernelius vituperat miſſionem Sanguinis crudiore ventriculo ne crudi ſucci plurimum exinanita vena ad locum Sanguinis rapiatur. Sic Gal. 4. de Sanit. tuen. c. 5. *inciſa vena* (inquit) *bonum Sanguinem emittit, malum, qui in primis maxime venis circa iecur, & quod meſenterium vocant, colligitur in totum attrahit corpus.* Fit etiam motio ab externis ad interna, ſic in phlegmone contentus humor per quas partes e venis defluxit per eaſdem inanitis per venæ ſectionem venis recurrit.

His ſic conſideratis venenum epotum cũ in prima regione conſiſtat venæ ſectione ad venas retrahetur, & quamuis motio ſit ab internis, eſt tamen ab internis non ad circũferentiam ſed ad mediam regionem, ex qua non minus quam a prima cor petit, & tanto peius quanto per patentiores ductus, & eo difficilius, quo maiori lignorũ copia intra vaſa velut in camino ignis exardeſcit: inuenit namq; venenum in venenis vniuerſum corporis nutrimentum, quod inficit. Similiter inflicto vulnere, a ferro, vel dente venenato, tertia & exterior regio veneno occupatur, atque adeo, ſi cito vulneri occurratur, per ea, quæ ſugunt venenum, liberabitur patiens, & in hoc caſu, venæ ſectio, eodem iure pernicioſa eſt: quia per eam nutrimentum corporis quod in vaſis ſeruatur, corrumpi ne-
A ceſſe eſt. Secus de veneno in nobis genito, quod non dari inanitet multi contẽdut. Hoc venenum in Corporis nutrimento concipitur in quo ciborum prauitate apparet, atque adeo in venis conſiſtit, quicunque igitur ex illis succum venenoſum extra corpus per earumdem venarum ſectionem educit, recte quidem operatur, & hoſtilem materiã minorem reddit. Adde Galenum lib. 4. de ſanit. tuen. c. 10. repetita Sanguinis miſſione omnem relicti praui ſucci in venis ſuſpicionem auferre ait enim. *committendum non eſt vt in his* ſcilicet venis *maneat, vt pote ex*
B *dimido corruptum, ſed potius plurimum eius expellatur, iccirco detractionem Sanguinis etiam ſecunda die iteramus.*

Ad aliam rationem quod ſcilicet tractio fiat per ſanguinis miſsionem a circumferentia ad centrum, iam facilis eſt reſponſio, nã venæ ſectio a plenitudine indicatur, cum vero abundans ſit materia, tantum abeſt vt attractiu fiat quin potius exonerante ſe natura, ab eo quo veluti ſarcina præmebatur, expulſionem facilius molitur. Hinc eſt quod Auicenna 1. 4. trac. 4. c. 10. *Sed quando egrediuntur variolæ non oportet tunc, vt admini-*
C *ſtretur phlebotomia, niſi inueniatur vehemẽtia repletionis & dominium materiæ.* Itaque in plenitudine concedit apparentibus variolis miſſionem ſanguinis, citra plenitudinem prohibet. hac plenitudine ſuppoſita Aet. tetr. 2. ſer. 1. c. 129. in pruriginoſis puſtulis, cum febre, ſanguinem mittit, & Gal. 14. meth. c. 10. apparente carbunculo.

Non ergo venenum vetat quominus ſanguis extrahatur, nec motus humoris ad circunferentiam hoc auxilio impeditur. Nun venenum quia præter rationes adeſt procerum autoritas, qui in peſtilentibus, quas ma-
D xime venenatas dixeris, venam ſecabant, adeo vt miretur Galenus 1. epid. ſec. 2. ęgroto 9. cur Criſon venam non ſecuerit. quare vana eſt eorum opinio, qui ſemper cum febribus coniunctam eſſe putant, virium imbecillitatem; nam ſi ſic eſſet non adeo apud antiquos eſſet receptum ſanguinem in his febribus mittere, quæ carbunculos comitantur, quas non minus quam febres variolarũ, a ſanguinis miſſione, nos deterrere deberẽt. Cæterum variolarum febrem iam diximus ſynocham eſſe, quod oſtendit continuitas, rubor, grauedo, & dorſi dolor propter tenſionem a multa repletione venæ cauæ aſcen-

dentis,

dentis, nec non & tot tubercula primo rubentia, mox ſuppurantia, vrinæ craſſities, & rubedo.

Sed in duas claſſes video medicos abire omnino contrarias. aliqui putant naturę motum in variolis, cum ſymptomatis rationē habeat, non eſſe omnino iuuandum. Alij prorſus incumbendum, vt hunc motum iuuemus non ſanguinis miſſione, ex qua retroceſſum timent, ſed ſcarificationibus, & illinitione, ab Aetio ex Herodati ſententia deſcripta, quæ ex oleo, aqua & modico nitro paratur, & quidem quotidie, hæc omnia in principio, quando vniuerſum corpus ſub plenitudinis pondere, laborat, adminiſtrantur, cucurbitulas tunc temporis ſuſpectas, habeo. Galen. enim lib. de ſang. miſſ. libell. de reuulſ & 13. meth. ad cucurbitularum applicationem purgatum corpus deſiderat; quod merito ab eo dictū exiſtimo tum quia violenta illa tractio quietem turbat, qua teſte Hipp coctio peragitur tum quia materia cruda ad anguſtos meatus vi tracta eos obſtruit, & putredini maiori occaſionem præſtat. Quod ſi dicas cucurbitulas eſſe igneum inſtrumentum, & ab igne ſanguinem liquari, intellige primo liquatum ſanguinem remanente lentore, qui momento temporis auferri non poteſt, melius obſtruere, deinde liquefactio in ſanguine putreſcente putredinis augmentum eſt, nec eam cordatus medicus dum putridam curat recipiet, imo quo ad poterit impediet. Poſt variolarum exitum ſi fœtidus ſuppuratæ materiæ fumus intro recurrens nocere videatur, tunc vtiles quidem ſunt. Cæterum cucurbitulis adhęrent plurimi, quia vicarias eſſe ſanguinis miſſionis exiſtimant, hoc autem quam limitationem habeat non vident, nam cum propter venarum exiguitatem mitti ſanguis nō poteſt, tunc conſilio Galeni ſcarificationibus vti debemus, cum virium lapſum timemus ex Corn. Celſ. lib. 2. autoritate hoc auxilium amplecti optimum conſilium eſt, ne ſaltem ab omni remedio deſtitutus æger remaneat. Cæterum quod eaſdem habent vires, eandem vtilitatem afferat quam affert venæ ſectio nemo dicet. Dicere poteſt aliquis, hoc remedium magis tutum a Cornelio celſo appellari, ſecuritatem hanc non ſine diſtinctione accipies. Non quo ad virium deperditionem multo minor fit per cucurbitulas. at vero motui & excandeſcen-

A tiæ humorum tutius conſulitur ſanguinis miſſione.

De fulmine, & fulgure microcoſmi.

C A P. VIII.

A Craſſo ſemper humore, morbum comitialem induci, ait Gal. 3. de loc. aff. c. 7. & quoniam [ſemper] addidit,

B non patitur Siluatici excuſationem dicentis non eſſe Galeni mentem, hos humores ſemper, epilepſiæ eſſe cauſam. Sed num pueri illi, quos refert, ante paroxiſmū ſenſiſſe auram quādam ad caput aſcendentem, ex craſſo humore erant epileptici? Sed cur ab humoribus craſſis dixit; nempe quia epilepſia cito fit, & confeſtim ſoluitur. ita necat. 2. de ſimp. cauſ. c. 2. & lib. de rig. & palp c. 5. palpitationem, ex aerea ſubſtantia fieri, ſcribit; quoniam cito fit & cito deſinit, vnde Rondoletus, Auerroem ſecutus, ex humoribus tenuibus epi-

C lepſiā euenire affirmat; excuſationem reperit Valleſius, dictum illud eſſe a Gal. non ad differentiam humoris tenuis (velocior enim eſt diſcuſſio humoris tenuis, quam craſſi) ſed ad differētiam aciditatis, ratione ita procedente: cum epilepſia conuulſionis ſimiles habeat cauſas, eæque ſint, aut craſſus humor, aut inanitio, inanitioque nulla ratione poſſit aut fieri, aut diſcuti, vt fit & diſcutitur epilepſia, habebit profecto ea ortum ab humoribus craſſis; Excuſatio ſane eſt ad mentem Galeni: ſiquidem præter alias differentias, quas adducit inter epilepſiam & Conuulſio-

D nem, hæc eſt; quod videlicet conuulſio ab inanitione poſſit fieri, epilepſia non item. dicat tamen Galenus, Diodorus ille grammaticus ab eo relatus 5. loc. aff. c 6. qui quoties vel nimis vehementer doceret, vel cogitaret, vel inediam ſubſtineret, vel iraſceretur, comitiali morbo corripiebatur. fiebat ne epilepticus ab humoribus craſſis? fiebat (reſpondent aliqui pro Galeno) & idcirco eū curauit exhibita hiera, quæ pituitam a ventriculo purgat; ita eſt, ſed a ventriculo, non a cerebro, at epilepſia in cerebro fit, nec Gal. ipſe aliter paroxiſmos fieri eſt, interpretatus quā *quia os ventriculi (quod facile ſentiret) af-*

fectus eſſet, deinde per conſenſum, & totum cerebrum, & corpus uniuerſum conuulſione concutiebatur. Addunt alij pro Galeno a fame humorum malitiam augeri 2. de compoſ. medica. per loc. Augetur quidem malitia, ſed non cruditas. deinde grammaticus, non a ſola fame, ſed a pleriſque alijs occaſionibus cadebat; præterea alij quos Galenus ſe vidiſſe fatetur, ob nimiam venerem caduco morbo correptus, non ne ſunt ab inanitione? imo maxime, neque enim nimia venus pitui tam aggregat, cum potius venerem pituitoſis morbis conferre dicat Hipp. 6. epid. ſec. 5. tex. 23. non verò plura circa hanc rem hoc loco ſcribere eſt animus, ſiquidem ea in meis diſceptationibus, ex profeſſo diſputo, ſufficiat in præſentis tractationis gratiam, cognoſcere repentinos effectus, non tardam, craſſam, & viſcidam expoſcere cauſam, ſed eam quæ omnes agendi robore, celeritateq; ſuperat, qualis eſt ignis omnium potentiſſimus, velociſſimuſque in agendo.

Epilepſia, Apoplexia, Paralíſis, tres ſunt affectus, maxima inter ſe conſanguinitate coniuncti, atq; ideo ſe ſe inuicem multoties conſequuntur, & ad Epilepſiam ſequitur Apoplexia, ad apoplexiam paralyſis; rurſus paralyſi gliſcente fit apoplexia; epilepſia etiam multoties ad paraliſim terminatur, omnibus vnum commune eſt, non ſolum repente inuadere, (nam hoc & febres, & aliæ pleræque ægritudines habent,) ſed ſubito ad ſummam peruenire magnitudinem, in hoc duntaxat eſt differentia, quod epilepſiæ caſus paroxiſmaliter reuertuntur; Apoplexiæ & paralyſis ſemel affixi manent, ita vt epilepſia magis fulgùri, alij duo affectus fulmini ſint comparandi. Fulguris, & fulminis eadē eſt materia, idem inuadendi modus, ſunt igitur hæc tria meteora in microcoſmo, idē quod fulmē, & fulgur in macrocoſmo. Hinc eſt quod ſic affecti, ſiderati appellantur, vnde Plautus *ſideratus eſt moueri non poteſt*, & paſſim ab Hipp. ſiderati, toto corpore impotentes, dicuntur: vnde Salius ſiderationem paruam apoplexiam vocat, ſcio Galenum lib. de tum. præter natu. & alibi ſiderationē pro gangræna accipere, Gorræus Galenum ſequitur, ſed parum intereſt; vulgaris eſt, & communis acceptio, ſideratos vocari eos, qui, quaſi a ſidere percuſſi repentinam motus, ſenſuſque deperditionem ſubeunt. Ita Anchiſes adeò paralyſi crura reſoluta habens,

A vt filius pietate ductus eum, humeris ab incendio ſeruauerit ſe a Cœlo percuſſum ait.

Iam pridem inuitus diuis & inutilis annos
Demoror, ex quo me diuum pater atque hominum rex
Fulminis afflauit ventis, & contigit igne.

Dicitur & morbus attonitus, præcipue apoplexia, in qua tamquam fulmine percuſſus homo attonitus manet.

Sed dubitabis, an ab igne obſtructiones poſſint fieri? cum potius ab igne, craſſitiem at-
B tenuante, meatus aperiantur. deinde, ſi ab igne, cur potius ſenibus quam iuuenibus morbus attonitus, eſt familiaris? cur magis hyeme quam æſtate? cur per loca niuoſa iter agentibus? cur ſuperueniente febre ſanatur? Hæc omnia oportet ſoluere, quæ lucem afferent ijs quæ de horum affectuum natura cognoſcere oportet, & in primis ſcito hos affectus guttam communiter, a vulgaribus hominibus, apud pleraſque nationes appellari: quia ad cadentis guttæ morem offenſio vno ictu in corpore ſentitur. vnde recurre ad magnum librum, & inuenies vnica
C tantum alteratione multas diuerſaſque res ſimul alterari, vt eodem tempore & pluuias, & ventos, & tonitrua, fulgura fulminaque contingant. hoc non aliter, niſi quia mundanus ſpiritus, cæleſti vi agitatus, prorumpit in affectus eius naturæ, cuius ſeminaria in ſe habet. Ita & microcoſmus a ſuo Cœlo agitatus, igneos, & accenſos ſpiritus hac illac diſpergit, qui iuxta materiam, quam corripiunt, varios effectus parturiunt, & ſic guttę cadunt variæ, quæ tum pro naturæ ſuæ varietate, tum pro diuerſitate locorum in quę decidunt, varios edunt effectus; nares exul-
D cerat, ſi corroſiua eſt, calchanti vim obtinētis, ſin magis corroſiua, & arſenicalis, deteriora efficit vlcera. Si autem nihil mordax coryzam efficit, ſic in faucibus, anginam, aut bronchon, in pectore cathartum, aut peripneumoniam, pleuritim, phtiſim. ſi vero in ventriculis cerebri, tunc potentias tectrices, quæ ibi reſident, a ſua ſede deturbans, vniuerſo corpori, mouendi, ſentiendique munus denegat, nec verò ſemper, Apoplexia obſtructionem cerebri ſequitur, ſed aliquando, ad ſphaſcellum, ſiue apoſtema, aliquando ad meatuum compreſſionem factam ab igne, nonnumquam propter incraſſationem ſpiri-

tuum

tuum ab igne ſe tuentium, & per antipariſtaſim ſe ſe incraſſantium multoties propter conſumptionem eorundem ſpirituum a magna flamma, quando autem ab obſtructione accidit id quomodo eueniat Hipp. in libro de flatibus luculenter explicat; ego tamen teſtor atque profiteor, me multorum qui Apoplectici perierunt caput diſſectum vidiſſe, nec reperiſſe iſtas a craſſolentoque humore obſtructiones, ſed audi Hippocratem cauſam epilepſiæ exponentem tu ad duos alios affectus eodem iure extende.

In primis in animum induco (inquit ille) *ex ijs quæ in corpore inſunt, nihil magis ad intelligentiam conferre quam ſanguinem.* Hoc Valeriola recipit ſiquidem pro ſanguinis bona malaue in corpore temperatura varios contingit in animo effingi mores. Illud tamen non admittit, quod mox ſubiungitur. *vbi conſiſtente habitu ſanguinis perſiſtit prudentiam etiam conſtare; permutato vero ſanguine ſimul quoque intelligentiam concidere,* inquit igitur Valeriola, eos qui probe temperatum in venis ſanguinem habent, mala educatione imprudentiſſimos euadere: alios vero quibus ſanguis vitioſior erit, multo prudentiores. vnde illud rectiſſime ab Ariſto. philoſophorũ ſummo in problematibus dictum eſt *eos omnes qui in ſtudijs floruerunt vel natura, vel ſtudio melancolicos eſſe effectos,* & illud etiam Gal. *in ſiccis maxime tẽperaturis prudentiam vigere.* Sic Valeriola, qui ſi tum Ariſtotelis, tum Galeni ſententias, quas citat, recte intelligeret vtique ab autoris libelli de flatibus ſententia, non diſcederet: neque enim Ariſtoteles vult ſtudioſos, ita eſſe melancolicos, vt in eis ater humor prædominetur, nam ſic mentis non acumen, ſed incoſtantiam euerſionemque a ſtudijs haberent; neque Galenus ſiccitatem optat, qualis menti nocet, ſed qualis proficua eſt; Sanguis igitur eſt, qui omnia hæc facit, ita ad melãcolicum, ita ad ſiccum temperamẽtum declinans, vt propriam non deſerat naturam ſed eam a ſuperflua humiditate immunem, tueatur, atque hic eſt ille ſanguis in habitu conſiſtente perſiſtentes, quem Hipp. *per ſomnum refrigerari* ait. Inſurgit Valeriola, & nihil ineptius dici, excogitari ve poſſe, exiſtimat quam *ſomno ſanguinem refrigerari, corporaque ob id grauata, reclinataque per ſomnum manere, quod refrigeratus ſit ſanguis, oculos per ſomnum arde-*

A *re prudentiamque tum permutari in ſomnia, que ob id fieri,* hæc omnia falſiſſima iudicat & in primis ſomno ſanguis non refrigeratur, ſed potius incaleſcit, ſiquidem per ſomnum calor ad interna recurrit, & tunc temporis meliores fiunt coctiones.

Cæterum dicat mihi aliquis pro Valeriola coctiones iſtæ, quæ in ſomno meliores fiunt vbi nam celebrantur? certe in ventriculo, nunquid in ventriculo eſt ſanguis? minime. iam ergo calor ad ventriculum, & primam corporis regionem confugiens deſerit ſecundam, hoc eſt venoſum genus, & hinc

B eſt quod ſomnus concoquit vigilia digerit quia per ſomnum calor in officinis coctionis (hoc eſt chylificationis, & ſanguificationis) augetur; per vigilias autem in venis vbi digeſtio, hoc eſt diſtributio fit, quod ſi calidior eſt in venis ſanguis dormientibus cur vel in ſomno, vel ſaltem in ipſa mox expergefactione, venam non ſecamus, ſed parum per expectamus, vt torpens a ſomno ſanguis ſpiritibus redeuntibus incaleſcat; & ne plura congeram conſideremus qui nam in ſomno, qui in vigilia fiant pulſus, dormiẽtibus enim fiunt tardi, & rari expergiſcentibus magni

C vehementes celeres crebri teſte Galeno lib. de pulſ. ad Tirones c. 9. & 10. Vnde nam hoc niſi quia in venas expergeſcentium, rurſus irruunt ſpiritus ignei, qui per ſomnum abierant.

Sed quorſum ſingulas Valeriolæ calumnias conuellam; vt quod ait nos non reddi imprudentes per ſomnum, rationem affert, quia ſi ſic eſſet toties redderemur imprudentes, quoties ſomno indulgemus? quid mirum? imo non ſolum imprudentes, ſed veluti plantæ, aut lapides, imo & emortui, vnde illud *ſtulte quid eſt ſomnus gelidæ niſi mortis*

D *imago.* cachinos etiam ſibi & Catoni, mouet, quod ab Hipp. dictum eſt *per ſomnum ardere oculos*, ſed deſinat cachinari: non eſt autoris vitium ſed temporis, à quo ſcripta Hippocratis corrupta eſſe lamentatur Galenus itaque hoc loco non Καὶ τὰ ὄμματα καίεται hoc eſt oculi ardent, ſed συγκλείεται hoc eſt clauduntur legi oportet ſic apud, exemplaria regia manuſcripta reperit diligẽs Foeſius.

Reuertor ad Hippocratem qui poſtquam ſanguinem ad prudentiam conferre dixit, adiungit *ſacrum morbum tunc fieri cum plurimus ſpiritus, per omne corpus, vniuerſo ſanguine fuerit permixtus, tunc enim multa op-*

pilationes fiunt multifariam per omnes venas, cumque in craſsiores & pleniores ſanguine venas aer prodierit, progreſſuſque diutius maneat prohibet ſanguinis curſum, atque alio quidem loco conſiſtit, alio lentius penetrat, alicubi autem citius. Qua ſane inæqualitate tranſitus ſanguinis per corpus facta, omnigena inæqualitates per corpus contingunt. Omne enim corpus vndequaque contrahitur, ac turbatur, nimirum corpore partes ſuas ad tumultum ac turbationem ſanguinis ſubminiſtrante: contingunt que ex ſanguinis peruerſione totius omnino corporis, ſubuerſiones. Eo enim corripiuntur a morbi tempore neque ſentiunt quicquam, neq; audiunt quæ dicuntur, neque vident quæ fiunt, neque vllos aliquos dolores percipiunt, ſic nanque aer conturbatus ſanguinem turbauit ac conſpurcauit.

Hæc omnia Valeriola reijcit: quia turbatio ſanguinis, in febribus, & conſpurcatio, in elephantiaſi, mentis turbationem non inducunt, non eſt igitur cur mentis turbatio, quæ in epilepſia fit, ad ſanguinis turbationem cōſpurcationemque referatur. profecto ſi Hippocratis, vel ſi mauis autori libri de flatibus, Minerua adeſſet ita craſſa, quemadmodum Valeriolæ, nec in libro de flatibus optimam haberemus doctrinam, nec in enarrationibus Valeriolæ, longum & prolixum huius libri repudium. Non eſt quidem omnis ſanguinis perturbatio, conſpurcatio vè eadem, ſed multipliciter accidit. In Epilepſia quidem eo modo contingit, quem autor illius libelli nobis eleganter deſcribit. nimirum per ingreſſum ſubſtantiæ ſpirituoſæ (aerem an ſpiritum dixeris non curo) quæ ſanguinē a ſuo curſu interpellat, vt cogat eum ad motiones omnino violentas, adeo vt (membra concutiantur) *nimirum corpore partes ſuas ad tumultum ac conturbationem ſanguinis ſubminiſtrante.* Feruet quidem ſanguis in febribus, ſed ita feruet, vt in vaſis contineatur, niſi maior ebullitio eum extra vaſa diffundat, & in cerebrum inq; alias partes exire ſinat, vnde phrenitides, anxietudines, deliquia, & hinc eſt quod multoties cum cadauera eorum, qui ex maligna & deurente febre perierunt diſſecantur nullus, intra vaſa, ſanguis reperitur, cuius rei fidem, medicinam facientes facere poſſunt.

Eſt igitur vehementiſſimus tumultus ſanguinis, ab ſpirituoſa ſubſtantia factus, adeo

A vt eius excitet particulas maligniores, quæ ſic excitatæ ſuam exerceant tyrannidem. Sed quoniam ſpirituoſa ſubſtantia facile diſcutitur, facile etiam paroxiſmus ceſſat, ni tanta ſit ſpirituum quantitas, quæ oppilationem omnimodam faciens, non præbeat locum membris, vt valde concutiantur, nec vaſorum tunicis, vt a ſe nocuum expellant. tunc enim ex epilepſia ad apoplexiam, vel paralyſim fit tranſitus. Quemadmodum enim ſi quis manum in ignem immittat, non eſt concuſſioni locus. ſi leuem carbonem accenſum manu accipiat digitos concutit. ita ac-
B cidit in epilepſia; dum enim praui ſpiritus multi quidem ſunt, nec tamen tanti, vt penitus naturam impediant nullus datur motus concuſſionis, Recte exemplum attuli ab ijs, qui ſi manu carbonem accenſum tangant manum concutiant, nam quemadmodum concuſſio illa partium licet ſit coacta, dicitur tamen voluntaria, quia fit a facultate, quæ voluntatis arbitrio ſubiacet. Ita etiam in Epilepſia motus fit ab ea facultate, quæ licet tempore paroxiſmi ab arbitrio non gubernetur, tamen voluntaria iure optimo dicitur, quia eſt eadem, quæ tempore ſanitatis
C voluntatis libertatem ſequitur, ſic & ſingultus, & ſternutatio epilepſiæ ſimilitudinem habentes, voluntariæ facultatis ſymptomata dicuntur a Gal. 2. de ſympt. cauſ. c. 4. non eſt tamen negandum, aliquid conuulſiuum ſimul in epileptica motione adeſſe verum hæc diffuſe, & ex mente Galeni in meis diſceptationibus pertracto.

Fulminat igitur aer, ſiue ſpiritus accenſus & vnam ex tribus malis apoplexiam, epilepſiam, paralyſinr, parturit in epilepſia verò ſi grauis eſt & in apoplexiæ principio, vt plurimum aer exitum quærens & ab ſpiritu agi-
D tatus ſpumeſcere facit quicquid liquidum in ore reperit, tamen cum iàm agitari ceſſat, ceſſat ſpuma, & epilepticus paroxiſmus, ſi ſoluendus eſt ſoluitur, ſin minus apoplexia firmatur, paralyſis longinquiores partes apprehendit, neque rectrices potentias in cerebro ſedentes occupat, niſi in principio, ſi contingat a leui quadam incipere apoplexia.

Sed iam breuiter problemata antea propoſita poſſumus ſoluere. primum erat ab igne attenuante potius obſtructiones curari quam fieri cum igitur iſtæ tres ægritudines in obſtructionibus fiant, non ab igneis ſpiritibus, ſed a craſſo humore prouenire dicen-

de

dę ſunt. At iſtas obſtructiones (ſi cerebrum eorum qui apoplectici perierunt diſſecabis) raro inuenies. Si quando inuenias dic (id quod a principio diximus) morbum hunc recte a vulgaribus hominibus guttam appellari, guttam autem ab igne prouenire docēt ſtillatoria vaſa. Alterum problema cur potius ſenibus accidant apoplexiæ & paralyſes quam iuuenibus, ſi enim ab igne fiunt, ignis magis in iuuentute micat, in ſenectute fere extinctus eſt. Dic in omnibus corruſcationes quaſdam fieri leues, ita iuuenes iracundi ſunt, & facili de cauſa præfurore corruſcāt, hi tamen affectus in robuſta iuuenum natura non imprimuntur, Senes quibus naturalis vis eſt admodum debilis ſuperantur a faciliore cauſa: non ne vides Senes à cathartis, & ſebribus perire, a quibus iuuenis nec in lecto quidem decūberet ita etiam, & corruſcationes, quæ iuuenem potius excitant per quamdam antiperiſtaſim, & violentiam ad quam natura excitatur, cędem Senes proſternunt, quæ ſi in capite accidunt, (accidunt autem ſępe quia ſenum caput debile eſt) apoplexiam efficiunt, ſi in reliquis membris immedicabilem paralyſim. Tertium problema cur magis hyeme quam æſtate? profecto hi fructus omni tempore producuntur, hyeme tamen magis quia omnis interior phlogoſis hyeme fit maior, ſic pleurides in bruma, quo magis aquilonaris eſt, & frigida frequentiores ſunt; Eodem iure ad quartum problema reſpondemus, nempe cur per loca niuoſa iter agentibus apoplexiæ eueniunt. Nec vero in magno mundo rarę ſunt in hyeme, & in regionibus frigidis corruſcationes imo frequentiſſimæ. Quintum cur ſi febris ſupueniat ſoluitur apoplexia, quod ab Hippocrate non ſemel eſt dictum, & videtur ex eo comprobari apoplexiam fieri ab humore craſſo, qui accedente febre attenuatur; Dic non ſemper accedente febre ſoluitur apoplexia, imo vero vt plurimum febris aduenit, neque quicquam iuuat. Verum id dictum, eſt ab Hipp. quaſi velis apoplexiam morbum eſſe deſperatæ ſanitatis, & febris in hoc malo expectatur, quæ corpus vniuerſum alterat, & ex alteratione forſitan poterit humoris tranſmutatio accidere. Cum igitur ex apoplexia certa mors eueniat, & febrili alteratione poterit aut mors, aut ſalus accidere febricitantibus enim vel caput vaporibus multis repletur, vel repletum in aliud mem-

A btum exoneratur non aliter ac per ſubitum timorem, qui mortis aliquādo ſolet eſſe cauſa, contingit etiam ſanitatem euenire.

Cū meteora vtriuſq; mundi ad vnā phiſicā rationē rediguntur, poſtularet hic locus, vt materiam corruſcationum, & tonitruum, quæ in magno mundo fiunt explicarem, vt inde & microcoſmici fulguris materia innoteſceret; Sed cum iam alibi id præſtiterim, non eſt cur recoctam crambem vobis offerā, memineritis in tormentis bellicis, ex nitro & ſulphure, ſuam vim habentibus artem, naturæ tonantis, & coruſcantis imitatricem B ſe præbere. Nunc ſimilitudinem apoplexię & aliorum cum coruſcationibus perſequar. Natura fulminis eſt, vt ea duntaxat ſuperet in quibus reſiſtentiam inuenit, reliqua vix offendit. conſpicietis ſimiliter eminentiores facultates, quas natura magis cuſtodit a fulgure microcoſmi corripi, & ita hominem cadere, ſi grauiter tangitur, apoplecticum, ſin leuiter, epilepticum, ſi in ea regione fulmen cadit, in qua potentiæ rectrices non habitant vt brachia crura, offenduntur in eo quod natura magis habet prætioſum, nempe in ſenſu tactus, & motu quæ duo tributa ſunt ho- C mini, vt & nocuum cognoſceret, & cognitum effugeret, ideo per omne corpus ſunt diſperſa, & ſine his Animal tamquam inutile truncum remanet, quod ſi grauius pars percutitur, non ſolum neruos ſed venas etiam ignis exurit, & aliam non minus neceſſariā facultatem perimit nempe nutritionem, ſine qua brachium aut crus prorſus areſcit.

Cadit aliquando fulmen in turrim cuius parietes recto itinere a ſummo ad imum pęrumpens fiſſuram ingentem in vno ſolo latere relinquit, ſic ex ſpinali medulla procedens fulmen, dextram aut ſiniſtram recto D tramite partem lædit; contingit aliquādo ſed rarius, vt fulmen in ſua origine diuidatur & vtramque partem arripiat fitquè malū quod paraplexia nominatur.

Fulmen in æquora loca cadens, aquam ebullire facit non conſumit, piſces autem innatantes pernecat, pernecantur a microcoſmi fulgure, ſpiritus in ſanguine natantes, ſanguinis ebullitione peracta perinde ac nullum perſenſerit malum illęſus remanet. Fulmina Turres & excelſa corripiunt loca, ſic & in microcoſmo, nam apoplexia, & epilepſia ad caput præcipue pertinent. paralyſis a capite ſolet accidere, & certe raro crura re-

ſo-

ſoluuntur, brachijs illæſis. ſi quis diſſimilem apoplecticum fulminato eſſe dixerit, quia fulmen de repente conſumit, apoplexia aliquando ad quartum extenditur diem. Dic nec omnes a fulmine ſubito dificere (nam vt Plinius eſt autor lib. 2. cap. 75. *vnum animal hominem non ſemper extinguit, cætera illico, hunc videlicet natura tribuente honorem, cũ tot belluа viribus præſtent*, nec omnes ab apoplexia per horas durare ſed aliquos ſubito perdi.

De curatione nihil adiungam, nam apoplexia ſi fortis eſt tamquam impoſſibilis ſanationis, ſolis prognoſticis eſt relinquenda, ſin debilis eſt, adhuc inducias non præbet quare vehementem, velocemque expoſtulat manum, non ſine prædictione de periculo facta. Epilepſia in pueris mutationem ætatis expectat, ita tamen vt officio ſuo medicus non omnino deſit. extra adoleſcentiam difficile curatur. paralyſis, ſi iuuenibus accidat, grauis eſt, quia improportionalis, & teſte Hipp. in morbis magis periclitantur ij quorum natura, aut ætas non conuenit naturæ morbi. ſi in ſenibus natura ſuccumbens ægre reſtauratur. poſtulat tamen humana miſericordia, vt quoad fieri poſſit ægros adiuuemus ijs ſaltem artis pręſidijs, quæ ſi non proſint ſaltem non noceant; vnum in tribus his malis commune auxilium eſt nempe, ſi vires & ætas tolerent ſanguinem mittere, vt ſanguis à ſuo tumultu quieſcat, & ſpiritus pauciores redditi facilius ad meliorem frugem reducantur. Remedia ſpecifica quæ ſpagyrica ars ſuppeditat Quercetanus in ſuo tetrade, Crolius in ſua baſilica & alij, nobis non inuident ſed candide communicant. Alia magis Vulgaria practici autores copioſe præſcribunt.

Ventorum, qui in magno mundo ſpirant Natura & cauſa.

C A P. IX.

QVID ventus portendat ſcrutantur Nautæ, aut Aſtrologi, quid ſint, aut a quo fiant, Philoſophi inquirunt, at quid Medicis iſtæc ſpeculatio? certe non inutilis, vt videat ſi forte ex ijs, qui in macrocoſmo ſpi-
A rant, venari poſſet eos, qui in microcoſmo agitantur, ſiquidem hæc inquirendi ratio tuta eſt, vt ſepius dixi. Ventorum Natura, & cauſa obſcura nimis eſt, idcirco pſ. 134. & Hierem. c. 10. Deus dicitur. *producere ventos de theſauris ſuis* hoc eſt de occultis Naturæ cauſis. Antiquorum vnuſquiſque (referente Plutar. lib. 3. de placitis Philoſ. c. 7.) ſuo modo ventos deſcripſit. *Anaximander ventum eſſe aerem fluidum dixit, ſubtiliſſimis eius, ac liquidiſſimis partibus impulſis, ac fuſis; Stoici omnem flatum aerem fluidum eſſe, viciſſitudine autem re-*
B *gionum, appellationes variari, puta a caligine, & occaſu, Zephirus: ab exortu, & Sole Subſolanus: in Septentrione ſpirans Boreas eſt: ex plaga Auſtrina Africus.* Suis ſtoicis adhæret Seneca, qui lib. 5. natur. quæſ. c. 5. Ventum definit eſſe *Aerem fluentem ad vnam partem*. Iſiodorus, & D. Damaſcenus non diſſimili via incedunt, ſiquidem ille aerem cõmotum; hic aeris fluxum ſiue agitationem appellat. *Metrodorus humida reſpiratione a Sole feruefacta flatus cieri, ethesias ſpirare aſtricto ad ſeptentriones aere, recidẽtem ſub ſolſtitialem reuocationem comi-*
C *tantes Solem*. Differt ab Ariſtotele, quia reſpirationem humidam dixit, Ariſtoteles vero exhalationem calidam, & ſiccam; quod probat primo quia vere, & Autumno, exhalationes abundant, abundant & venti; Secũdo quia matutino tempore, exoriente Sole, ſæpe ventorum flatus commouetur: Tertio quia accidit, cum nix liqueſcit: propterea quod ei permiſta erat ſicca expiratio, quæ reſoluta niue excernitur; quarto quia non ob aliam cauſam igneus calor in aere, ventos denuntiat, niſi quia is, ex fumida & torrida exhalatione conſtat, neque cometa vehe-
D mentes flatus portendit, niſi quia illius ignis multarum exhalationum cõcretione paſcitur; quinto quia conſtat ventos plurimum exſiccare, vtique non niſi quia calida & ſicca materia conſtant.

Hæc Ariſtotelis argumenta, vt ingenue loquar, proteruientis ſunt. nam maiori ex parte experimento aduerſantur. In primis non video cur vere magis exhalationes, quã vapores abundent, cum præceſſerit humida hyems: nec præterea admittendum eſt plures, & vehementiores eſſe verè, & autumno ventos, quam hyeme, imo hyemis proprij ſunt venti. vnde Dido apud Ouid.

Quo fugis obſtat hyems hyemis mihi gratia proſit
Aſpice vt aduerſas concitet Eurus aquas.

Deinde cur matutino tempore plures exhalationes, quam meridie eleuantur? prætereà cum & meridie, & veſpere, & nocturno tempore ſoleant venti oriri, non debuit orrui ventorum matutinum tempus aſſignare, tanquam id ſit perpetuum. Igneus color in aere ventos denuntiat, non quia conſtat ex ignea inflammatione. Nam etiam Luna rubeſcens ventos portendit vnde Virgilius,

At ſi virgineo ſuffuderit ore rubore.
Ventus erit vento ſemper rubet aurea phœbe

Idem aſſerunt Ptolomeus, Aratus, & alij non tamen Lunam dicemus ardere exhalationibus accenſis: quippe nubium color non verus eſt, ſed apparens ex refractione luminis, cum igitur aer denſus eſt, color redditur niger cœruleus, aut viridis, pro maiori minori ue denſitate, & ſignificat pluuiam, quæ ex condenſato aere fit, cum color fit albus ſerenitatem pollicetur, vtpote in nube puriore factus, cum rubeus, ventum ſiquidem talis color medioctitatem aeris expoſtulat, quæ ventis efficiendis eſt propria: nam aer admodum ratus impulſum vix ſubſtinet, admodum denſus non impelli ſinit, ſed in aquam, & in aquea meteora reſoluitur. mediocris agitari eſt aptus, Hinc eſt quod multiplex iridis color ſerenitatem futuram promittit: quia ex nigro, aut cæruleo per medios colores tenditur in album. Quod ſi calida & ſicca exhalatio rubeum colorem, ac proinde igneum præſeferret, non ventos ſed faces, & multas igneas impreſſiones efficeret. Cometa quem ventos portendere ait Ariſtoteles (& hinc conficit argumentum quo probet ventorum materiam exhalationem eſſe) contra eundem Ariſtotelem facit: nam non ſemper quidem ventos portendit, & tamen ſemper ex ignea conſtar materia. neque etiam ſempiternum eſt, quod idem Ariſtoteles air, ventos ſemper exſiccare. nam *humidus Auſter*. a Virgilio merito appellatur.

Ex niue ait Ariſtoteles, ventos fieri: quia in niue ſicca exhalatio continetur, quæ in niuis reſolutione excernitur, & vento materiam præſtat; Sed non ne maior pars niuis eſt humida? quid ergo ex tanto humido va-

A pore fit, profectò Hippocrates lib. de Dieta *neceſſe eſt*, inquit, *omnes ventos ſpirare a niue, a glacie, & gelu vehementi, & fluminibus, & ſtagnis, terraque humecta, & perfrigerata*. non tamen ita intelligendus eſt, vt dicat niuem, glaciem, & ſtagna materiam ventis præbere, ſed quia ibi pars aeris conglaciata & condenſata ſubtiliorem in anguſtias ducens, quodam modo premit, & expellit impellitue. Quemadmodum enim e nube vndequaq; aerem circumcludente, tonitru fit, ſic e nubibus non vndequaque circũſtantibus, fit aeris impulſus in aliquam par-
B tem, veluti ſiquis nucleum digitis comprimens expellat. neque mihi placet eorum ſententia, qui dicunt ex ſurſum tendente exhalatione & aere eamdem deorſum impellente fieri motum in obliquum. non inquam placet; quia his duabus contrarijs impulſionibus fiunt alterni motus nunc ſurſum nunc deorſum, non verò vnus obliquus qualis eſt ventorum.

Argumentatur præterea Ariſtoteles in hunc modum videmus annum quemdam humidum, & pluuijs abundantem, alium ſiccum, & flatuoſum, in quo continui ſpirãt
C venti: Hoc nos admittimus ſed non ex hoc ad exhalationes confugiendum arbitramur; verum quia in ſiccitatibus rareſcit aer, & fit maior quam in illo loco in quo erat poſſit concludi.

Ait præterea pluuiæ ſuccedunt venti, & ventis pluuiæ, eius rei ſi cauſam quærimus, nullam inuenire licet, niſi ſolas exhalationes. Nam cum terra largis imbribus eſt madefacta, & a calore tum externo, tum interno excalfacta, magnam exhalationum copiam emittit, quæ ſunt materia ventorum. Deinde exhalationes iſtæ calidæ delatæ re-
D linqunt terram frigidam, ex qua rurſus vapor humidus aſcendens pluuias gignit: Prætereà eſt alia ratio quare poſt ventos accidãt imbres? quia nempe ventorum vi nubes in vnum locum impelluntur, atque pluuiæ gignendæ occaſionem præbent. Sic ille, qui tamen dum rationes plures accumulat nullam, quæ recipi poſſit aſſignat; nam quamuis exhalationes calidę terram deſerant non adhuc terra frigida manet ſiquidem reflexio radiorum, & ignes ſubterranei poſſunt terræ calorem conſeruare; prætereà quomodo ex calidiore terrę parte ventos fieri dixit: qui ſec. 26. prob. 30. interrogat cur venti ſiccãt,

cum

rent: nimirum quia ſupernus aer eſt rariſſimus, & impulſum non recipit, nam ea quæ impulſu proijciuntur reſiſtentiam habere debent, hinc eſt quod facilius lapidem proijcis quam plumam: & vt obiter dicam hinc eſt quod bilis flaua per vomitum vltimo loco reijcitur, quamuis in ventriculo ſupernatet, refugit enim impulſũ ſua tenuitate, hinc etiam eſt quod in morbis pectoris tribuimus incraſſantia, quoniam nempe quæ tuſſi reijciuntur, impulſa exeunt.

Hippocrates, iuxta antiquorum ſententiam, qui (vti dixit) ventum nihil aliud eſſe dixerunt, quam aerem agitatum B eleganter in libello de flatibus ventum aeris fluctum & vndam appellat: multoties in hanc Hippocratis (à quo plurima celato autoris nomine accepit) ſententiam incidit, ſufficiet tamen pro exemplo locum producere ex 35. probl. ſec. 26. vbi quærit cur Sole ſe attollente Spiritus & attolluntur, & augentur. Reſpondet an quia ſpiritus vel aeris, vel redundantis humoris commotio eſt.

Similitudinem inter ventos & fluuios eleganter ſuis carminibus proſequitur Lucretius, ſed vide quid ex ea inferat Ariſtoteles, C nempe aerem, qui mouetur cum ruunt turres, aut cum Cymbala pulſantur non eſſe ventum, quia fontem vnde procedit nõ habet. Sed dicat mihi quæſo quæ nam differentia eſt inter torrentem, qui ex aquis per pluuias collectis fluit, & amnem, qui e fonte deſcendit? reſpondebit, arbitror, nullam aliam niſi quod torrens non durat, amnis durat, in reliquis motus eſt idem, impetus aliquando torrentis maior, quam fluuij; igitur ſi ventum fluuio ſimilem facit, torrenti aſſimilet eum aerem, qui ex cauſa aliqua accidentaria mouetur atque ita inter hunc vẽ- D tum, & illum ſolam durationis differentiam conſtituet. Si verò quærat a me cur iſte alius ventus duret, ſi ab exhalatione non fit, libẽter explicabo animaduertens corpuſcula inter ſe non bene cohærentia maius locum occupare, quam ea, quæ apptimè inuicem cohærent; atque ita aer, qui prius non erat multus, ſed tantus erat, quantus pro implendo loco ſufficeret, iam rarefactus multus eſt, & tantus vt illum non capiat locus ideo dictũ eſt ab Hyppocrate *Multus aer fortes fluctus facit*, Scito tamen dupliciter aerem multum dici, vel quia a cauſa rarefaciẽte, vt eſt ignis, qualis per æſtatem, maius occupat locũ cor-

A puſculis (vt dixi) a ſe inuicem diſtantibus, vel quia locus redditur minor, vt in hyeme a frigore concreſcente aeris parte fit, vt pars, quæ tenuis remanet in anguſto loco contineri non poſſit, & hinc eſt quod & in fine hyemis, & in Autunno fortiter ſpirant venti, in fine hyemis: quia tunc congelatio anguſtat ſpiritibus locum, in Autunno: quia æſtus rarefacit aerem & ita fit, vt etiam intra mare partes tenuiores rarefactę exitum quętant *Et mare* (inquit Hyppocrates) *vndis exaſtuat ſpirituum potentia ita cogente & naues onerarias etiam & ingentes deijciente*
B addit tandem Hippocrates *talem itaq; vim in iſta exercet etiam ſi oculis minime ſit conſpicuus & tantum conſideratione cognoſcatur* idcirco Lucretius ventorum *corpora cæca* appellat, & Democritus corpuſculis in ſpatio anguſto coaceruatis, exitumque ſibi quętentibus, ventos fieri dixit. etenim quemadmodum ſi pauci ſint homines in vico, aut foro, ſine tumultu ambulant, ſi autem multitudo concurrit, aliorum in alios incidendentium fiunt rixæ: ita etiam pauca corpuſcula aeris ſtatum quietum faciunt: cum verò in magna copia exiſtunt, ſe inuicem im-
C pellunt, & repelluntur, atque hic motus dicitur ventus, & poſtquam maior eorum pars victa ſuccubuit tunc ceſſant venti. hinc eſt quod Virgilius 1. Aeneid. ad exprimendam procellam, & procellæ finem appoſitiſſima comparatione vtitur deſumpta ab hominum tumultu.

Ac veluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt
Seditio, ſæuitq; animis ignobile vulgus:
Iamque faces, & ſaxa volant: furor arma miniſtrat.
Tum pietate grauem, ac meritis ſi forte virum quem D
Conſpexere, ſilent: arrectiſque auribus aſtant.
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, &c.

Qua vi cieantur venti occultum eſt vnde Plinius lib. 2. c 45. quaſi addubitans plures affert cauſas inquiens *qui ſiue aſsiduo mundi incitu, & contrario ſiderum occurſu naſcuntur, ſiue hic eſt ille generabilis rerum naturæ ſpiritus, huc illuc tamquam in vtero aliquo vagus, ſiue diſparile errantium ſiderum ictu, radiorumque multiformi iactu flagellatus,*

Digitized by Google

aer ſiue a ſuis ſideribus exeunt, his propriori-bus, ſiue ab illis cœlo affixis cadunt palam eſt illud quoque legem naturæ habere non igno-tam etiam ſi non dum per cognitum . præcla-re quidem multa percurrit præclarus tandẽ concludit hanc motionem e lege quidem naturæ licet nobis occulta fieri . & fortaſſis non vna eſt cauſa iſtius motus ſed plures . prima ſit (quam omnibus meteoris commu-nem facio) cœleſtis atque ita iure optimo dictum eſt a Plinio multiformi ſiderum ia-ctu aerem flagellari .

Hoc probatur quia aſtrologi prædicunt futuros ventos ac fieri non poſſet niſi vento-rum motiones a motionibus cœleſtibus pen-derent . Deinde nautæ & ventorum periti obſeruant ſtellas currentes , & vnde eas mo-ueri vident , inde ventos ſpiraturos præco-gnuſcunt. hoc quomodo fiat ſic accipe. Stel-læ currentes fiunt ab incenſis exhallationi-bus , quas diximus aſcendere ad ſupernam regionem vltra altiſſimos montes , currunt autem impulſæ ab aere illo ſuperiore, ille aer a motu ſiderum impellitur , impellit rurſus inferiorem , & ille alium magis infernum , donec iuxta terram fit ventus . motus autem ſuperioris aeris ventus non eſt: quia cum, præ tenuitate, impulſioni non reſiſtat, non habet vehementiam. igitur mouetur aer, quemad-modum , & aqua non ſolum ſuo motu ele-mentari, ſed inquieta quadam motione pro-pter nimiam tenuitatem . Vnde , quemad-modum licet mare ſit tranquillum, non om-nino ſilet, ita etiam , quamuis aer in ſumma ſit quiete, ſemper folia arborum , & fila ſub-tiliſſima , & corpuſcula ad ſolem videmus volitantia : iuxta hanc ſententiam ait Sene-ca lib. 5. nat. quæſt. c. 1. *ſic tranquillum ma-re dicitur cum leuiter mouetur , nec in vnam partem inclinatur . Itaque ſi legeris*

Cum placidum ventis ſtaret mare

ſcito illud non ſtare, ſed ſuccuti leniter, & di-ci tranquillum : quia nec huc nec illuc impe-tum capiat idem , & de aere iudicandum eſt, non eſſe vnquam immobilem, etiam ſi quietus ſit. facilitatem aeris ad motum addiſces, cum quis in domo ſaltat : mouetur enim paui-mentum , & parietes . ceſſat parietum mo-tus , non tamen ceſſat motus aeris, vt oſten-dunt ea, quæ pendula ſunt, & quieſcente pa-riete adhuc non quieſcunt. quapropter cum tantam habeat facilitatem ad motum , vt quaſi ſuapte natura ſit irriquietus (quod illi

A conceſſum videtur ne abſque diſlatione cor-rumpatur quippe non eſt omnino ſincerus) facile ob potentiores cauſas vehemẽtius ex-citabitur . etenim ſi pars vna aeris aliam non vehementer impellit, quod fiet quando a ſu-pernis corporibus , nulla , aut exigua ſit, in corpuſculis aerem componentibus, mutatio. tunc lenis fit motio, paucus, aut nullus ven-tus , aut ſaltem aura leuis . cum verò aer tu-mens, ſeu propter rarefactionem corpuſculo-rum, ſeu propter compreſſionem circunſtan-tis denſioris corporis , vna pars vehementer aliam impellit, & impulſus fit in eam partem

B in quam impreſſiones cœli inclinant .

Itaque aiunt aſtrologi *tunc ventorum por-tas aperiri, cum Iuppiter Solem, Lunam, Mer-curium ; aut cum Mercurium Mars ediame-tro aſpexerit . Vel cum Mercurius , & Mars in quadrato , coniunguntur . vel cum ſunt in ſignis aereis, vt geminis, & libra, vel cũ Iup-piter, cum Luna, eſt in Ariete, aut Scorpio, aut cum Luna , cum Mercurio æquabili ſocietate gaudent* .

Sit altera cauſa , a qua venti moueantur , peculiaris vis expultrix, quam dicimus datã rebus omnibus, vt ſe ſe expurgent : ſic mare

C cadauera, aliaque inquinamenta foras eijcit; terra verò fungos, & tuberes. hanc virtutem agnouit Seneca qui lib. 5 natural. quæſt. c. 6. ſic ſcriptum reliquit. *eſt ergo aliquid in aqua vitale. de aqua dico ? ignis , qui omnia conſu-mit, quædam etiam creat. & quod videri non poteſt ſimile veri, ſed tamen verum eſt , ani-malia igne generantur . Habet ergo vim ta-lem aer, & ideo modo ſpiſſat ſe, modo expan-dit ſe, & purgat , & alias contrahit diducit , ac differt . Hoc ergo intereſt inter aerem, & ventum , quod inter lacum , & flumen . ali-quando per ſe ipſe ſol cauſa ventorum eſt ,*

D *fundens rigentem aera & ex denſo, coactoque explicans.*

Aliquibus etiam in locis venti ſemper ij-dem ſpirant quia locus decliuis eſt, & in eam partem feruntur ſpiritus, in quam facilior eſt deſcenſus. hæc eſt cauſa iuxta aliquos cur ex ſeptentrione, & meridie plures, & vehemen-tiores ſpirent venti, nempe obliquitas regio-num . Atque ita non fortuita eſt ventorum motio, ſed ſtatutas habet leges, quas non prę-teribunt. Relinquo cauſam ſupranaturalem: nam hanc multoties ventos mouiſſe in ſa-cra pagina legimus .

De

De Ventis Microcoſmi.

CAPIT. X.

SPIRANT etiam venti in
microcoſmo, vt & in macro
coſmo *quemadmodum enim*
(inquit Hippocrates lib. 2.
de diæta) *animalibus ſpiri-
tus ineſt ſic etiam alijs om-
nibus, alijs verò iuxta magnitudinem.* loqui-
tur de ventis quapropter non eſt extra ra-
tionem, ex ventis magni mundi. ventorum
microcoſmi cauſas, & naturā indagare. quod
feciſſe video Galenum 3. de ſympt cauſ. c. 2.
nec verò prudens eſt iocus Senecę 5. natural.
quæſt. c. 4. hanc comparationem, tamquam
fatuam, in hunc modū, irridentis. *illud enim
nec vt credam, mihi perſuaderi poteſt, nec vt
taceam: quomodo in noſtris corporibus, ex ci-
bo fit inflatio, quæ, non ſine magna narium
iniuria emittitur, & ventrem interdum cum
ſono exonerat, interdum ſecretius: ſic putant
& hanc magnam rerum naturam alimenta
mutantem, emittere ſpiritum. bene nobiſcum
agitur, quod ſemper excoquit. Alioquin im-
mundius aliquid timeremus.* quid times Se-
neca? num fætorem at hunc etiam venti in
magno mundo aliquando inuehunt, ſi vide-
licet graueolentia corpuſcula ex baratris, &
immundis locis accipiunt, inuehunt & pe-
ſtem quod terrebilius eſt. Cauſam ventorū
putat eſſe Galenus caloris defectum non om
nimodum ſic 14. meth. c. 7. ſic 4. acut com.
42. ſec. 6. epid. ſect. 3. com. 12. ſic 3. de ſym-
pt. cauſ. c. 2. nam ſi omnino calor deficit, nō
poſſunt flatus atolli, ſi nimium exuperat cō-
ſumit eo dem prius quam ſpirent. ait itaque
in hunc modum *ficuti extrinſecus tum fri-
gidiſſimi ſtatus ſunt ſereni, ſolentque maxi-
me flante borea fieri: tum calidiſſimi, qui æ-
ſtatis tempore incidunt ambientem aera pu-
rum reddunt: qui verò inter hos ſunt nebu-
lam gignunt, ita in animalibus, neque in ca-
loris ſumma imbecillitate, nec cum idem ni-
mium eſt vehemens, ſed in ijs qui inter hos
ſunt ſtatibus flatuoſum excrementum gigni-
tur.* hæc Galeni ſententia examen quidem
non leue requirit.

Nam in primis cōtradictionem inuoluit,
dum ait ſerenitates fieri maxime flante bo-
rea. Nunquid boreas non eſt ventus? nun-
quid duntaxat, illi qui nebuloſi ſunt appel-
A lantur venti? At boream inter ventos vehe-
menter ſpirantes recenſeri certum eſt, quam-
uis nebuloſus non ſit, deinde ſi in ſtatu frigi-
diſſimo boreas ſpirat, quomodo verum eſt
quod ab eodem Galeno paulo ſupra eſt di-
ctum *quippe ſincera frigiditas prorſus habi-
tum non facit.* tandem frigiditatem omni-
modam in corpore viuentis animalis, maxi-
me in coctionum officinis, dari impoſſibile
eſt.

Obijcit quidam pro Galeno Hippocratē
qui 6. aph. 1. ſic ſcriptum reliquit. *in longis
læuitatibus inteſtinorum ſi ructus acidus fiat
B qui prius non erat, ſignum bonum:* quia nimi-
rum, priuſquam cibus ederetur, nullum erat
coctionis ciborum veſtigium, propter calo-
ris natiui quendam interitum; qui poſtquam
cæpit quaſi repullulaſcere, & reuiui ſcere ad
huc languidior, ob paruam, quam fecit, in
ſumptum cibum, operationem, ſpiritum ex-
citat, & per ructum reſoluit.

Excuſaretur quidem Galenus prædi-
cto aphoriſmo ſic expoſito, ſi vera eſſet
expoſitio, quam tamen non recipio: tum
quoniam abſque vlla prorſus ventriculi co-
ctione non poteſt animal in vita permanere,
C cum tamen diuturnæ lęuitates inteſtinorum
longitudinem temporis ſignificent, & inte-
ritus natiui caloris interitus totius animalis
eſt. tum etiam: quia ructus, qui magna vi,
per ſuperiora emittuntur, non ſignificant ca-
lorem, qui reuiuiſcere incipit, ſed eum, qui
magnitudinem habet. præterea cum Gale-
nus in eundem aphoriſmum ſic ſcriptum
reliquerit. *Nos verò didicimus fruſtrationes
coctionis ex frigiditate prouenientes ructus
acidos facere. in quibus autem cibi nullum
habent coctionis initium, neque vlla ab initio
fit in qualitate mutatio, quare neque ructus
D acidi, niſi pituita ac præſertim acida, in ven-
triculo abundet* vellem vt me doceret, quo-
modo poteſt ventriculus ex pituita ructus,
ac proinde flatus eleuare, ex cibis non poteſt.
profecto non facilius in pituitam, quam in
cibum calor agit, & ſi agit, at ſaltem iam ibi
calor adeſt, neque caloris interitum agnoſci-
mus.

Vera aphoriſmi expoſitio eſt, læuitates in-
teſtinorum fieri, ob retentricis debilitatem,
quod nomen ipſum ſignificat nam cibus læ-
uibus tunicis non adhęrens præſto dillabi-
tur, non tamen ita præſto vt non poſſit pars
aliqua ſubtilis in alimentum abſumi, ita vt

licet exiguum ſaltem aliquod corpori alimentum tribuatur, dum igitur cibi partes craſſiores præſto dillabuntur, vel nulli fiunt flatus, vel ſi fiunt tenues admodum ſunt, & qui ſolum paruos quoſdam borboriſmos excitent, quos quidem ij qui hoc malo laborant ſe ſentire ſæpiſſime fatentur, neque tales vt per ructus, quaſi ſclopetorum ictus, poſſint egredi: ex pituita autem poſſunt ructus fieri, (& hoc optime a Galeno eſt animaduerſum licet rationem non reddiderit) quia humor lentus ſua viſciditate tunicis, etiam læuiſſimis adhæret, atque adeo expectat, vt in flatus verti poſſit. Cum ergo ructus acidi eueniunt iam læuitatem inteſtinorum eſſe aliqua ex parte correctam intelligimus, & tunicas accipere ſolitam ac neceſſariam aſperitatem. Fiunt verò acidi quia non dum omnimoda eſt ſanatio ſed ab imperfecta retentione coctio ſimiliter imperfecta.

Addit Galenus in ſtatu calidiſſimo qualis eſt æſtatis tempore ſerenum reddi ambientem aerem ſic & in noſtro corpore ſed quare? quia nempe fortis eſt calor. *Fortis autem calor, cum longo interuallo nutrimentum ſuperet, amplius quam pro habitu generando, id attenuat, niſi tamen flatuoſum ſit natura: tunc enim gignitur quidem ſpiritus quiſpiā turbidus (vt ſic dicam) nebuloſus cæterum exiguus, & breuis temporis, ita vt vno vel altero ructu vacuetur.* Ita ne de repente ignis ligna comburit, vt ſine ſtrepitu id faciat, & nullos prius attollatur flatus? ſed video adhuc Galenum eidem, cui prius, lapidi in hærentem qui nebuloſum duntaxat aerem vēti nomine appellat. Vt cumque ſit, ſciat oportet gradatum eſſe naturæ motum, & non prius abſumere flatus, quam eoſdem excitet. ſunt (inquit ille) breuiſſimæ durationis ita vt vno vel altero ructu ſoluantur. Soluentur quidem pro ratione loci, quem occupant, & ſoluantur licet, mox denuo cibis ingeſtis ijdem rurſus reuertuntur, vt Diocles doctiſſimè animaduertit, & videre eſt apud eundē Galenum 3. de locis affectis, c. 7. Nihil profecto tam commune eſt quam a multo calido multos flatus excitari. In æſtate quidem ventos vehementer ſpirantes multoties experimur, & præcipue in æſtatis fine. ob præcedentes nimios æſtus. Globus ferreus aqua ſemiplenus, & foramen habens, ſi igneſcat aquam in ventum conuertit, ita vt ſi magnitudo globi magna eſſet natura ſubuerteret,

A quod mihi indicat vehementiam ventorum ex anguſtia loci per quē ſpirat maxime procedere, ij qui faciei rubore eximium iecoris calorem atteſtante ſunt præditi, maxime ſūt flatulenti, febricitantes flatibus vexantur. ex quibus non poſſum aſſentiri Galeno, qui ventos nequaquam à magno calore fieri ait, & cur aſſentiar Galeno ſi Galenum a ſe ipſo in hoc diſſentire video. quippe 12. meth. capit. 8. non perfuſionibus, & cataplaſmatis, quæ valenter excalfaciant, in doloribus vti non vult. *Lenti enim omnes, craſſique, & frigidi humores, ab ijs quæ calefaciunt, niſi etiam valenter digerant, liquantur, & in flatum mutantur.* huic ſententiæ Paulus ſubſcribit inquiens. *ab admodum calorificis præſidiorum materijs liquefactos fundi, magiſque in flatulentum ſpiritum, redigo humores.* Et re vera quamuis flamma in corpore magna dominetur numquam poteſt in viuente eſſe tanta, quæ flatus ſimul eleuet, & reſoluat: Hoc Diocles cognouit ſiquidem ait *flatuoſos vocatos plus caloris, quam deceat habere in ijs venis, quæ alimentum a ventriculo excipiunt.*

Præterea cum ventos ab exiguo calore dicat procedere nam *calor, qui in cibos agit quidem cæterum diminute, is eos quodam quidem modo diſſoluit, non tamen prorſus conficit, atque hinc oritur flatuoſus ſpiritus.* tenetur fateri ſemper in prima coctione flatus dari, & eos eſſe aliarum coctionum materiā. Quod in hunc modum oſtendo, calor in cibos gradatim agit, igitur primo diminute agit: nam quamuis ſemper idem ſit calor, tamen, in principio, dum adhuc cibi non ſunt admodum præparati magis eſt improportionatus, ac proinde agit diminute, ergo tunc ex cibis flatus fient, ex flatibus materia alterius coctionis. Cæterum neq; flatus vmquam in alimentum conuertuntur neque in prima, vt plurimum coctione, eleuantur.

Dicendum itaque eſt dupliciter ventos gigni vel enim gignuntur quoniam cibi aſſumpti exiguum glutinoſum habent, & in particulas reſoluuntur non bene, inter ſe, cohærentes. quæ proinde amplius, quam pars eſt ſpatium occupare nituntur. Vnde inflatio, & diſtentio, vel quia ignis, qui in cibus agit ita adurit, vt partes vnientes abſumat, alias verò quodammodo incineritas relinquat, quæ etiam non cohęrentes diſtendunt. Vtramque cauſam Diocles mihi videtur cō-

pre-

prehendiſſe inquiens, fieri affectum flatuoſum ſumptis cibis maxime coctu difficilibus, & cauſticis, & quoniam volitantia hæc corpuſcula multiplicis naturę ſunt multiplicem etiam ventos naturam habere experimento cognoſcimus alij, veluti Septentrionales, narcotici, frigidos effectus parturientes, alios calidiſſimos, & quos ventos vrentes poſſumus nominare. multos auſtrinos turbidos, prout ſe habet materia vnde fiunt; Mouentur autem quoniam in anguſto ſunt loco, ac proinde, ſi impediantur, diſrumpunt, grauiſſimoſque excitant dolores; ſi verò exitum habent tunc *qua data porta ruunt*. impulſi tum a ſe ipſis propria vi tum ab expultrice, quæ quidquid moleſtat proijcere ſatagit, ſic & lapides & fætus emortuus, qui ex ſe non expellerentur ab expellente illa natura, quam ventorum ſignaturam habere diximus expelluntur. A B

Nec verò vllus eſt a flatibus immunis. nã quamuis ciborum quidam flatulenti dicantur quia, vt dixi parum glutinoſitatis habent a qua particulæ cohærent, vt ſunt legumina, vt potiones, nempe aqua, vinum, ceruiſia, alij ſunt cibi qui fere nullas habent partes quæ in flatus conuertantur ſed tamen aliquãs habent vnde recte Hippocrates libello de flatibus. *omniaqua eduntur, & bibuntur ſpiritus in corpus inferunt, aliquando plures, aliquando etiam pauciores*. pauci tamen iſti ſi impeditam inueniunt viam non poſſunt non moleſtare. C

Tandem aduertendum eſt ſpiritus nomen omonimum eſſe, & plura habere ſignificata. Nam præterquam quod incorporeas ſubſtãtias ſignificet, etiam eodem nomine corpuſcula in conſpicua dicuntur, & hæc aut in cordis officina fabricantur vitaleſque ſpiritus dici ſolent quorum pars vna, cum ſemine innata, & ſucceſſiue nutrita habitualis dicitur, alia per vniuerſum corpus, faceſſens animæ mandata dicitur influens Alia ſunt corpuſcula ſpiritus appellata, quæ flatus etiam dicuntur. quare quod iam iterum dixi, nunc repetere cogor nempe recte a Ludouico Mercato dictum eſſe librum de flatibus hoc eſt de vitioſis ſpiritibus inſcribi, & Chriſtophorus a Vega cum flatibus anxius ægrotaret, interrogatus a diſcipulis, qui ad inuiſendum eum conuenerant, qui valeret? reſpondiſſe fertur *torqueor ab ſpiritibus malignis* cumq; diſcipulos obſtupefactos agnoſceret ſapienter occurrit *ne miremini ſpiritus flatus ſunt*. Porro flatus in genere ſpirituum reponit Galenus tum 1. epid. ſect. 3. com. 1. tum lib. 2. de att. cur. ad Glauc. c. 6. tum alibi ſæpe. D A

Affectus, & effectus ventorum microcoſmi.

CAPIT. XI.

NON minus in paruo, quam in magno mundo, multiplices ſpirant venti, multiplice præditi natura, ac proinde multiplices effect⁹ parturientes. Boreales, & frigidos, quos flatus ventoſos Galenus appellat, & ex pituita eleuari air, Hi narcoticam ſortiti naturam dolores efficiunt, non ſolum tenſiuos quales omnium ventorum, ſi tranſitum non habeant, ſunt proprij, vt Galenus teſtatur 3. de compoſit. medic. ſecund. loc. c. 1. ſed etiam, quia continuum ſoluunt, frigoris dolorem inferentes; imo & aliquando rigores, & horrores, vt iam ex Hippocrate manet explicatum, hi vt plurimum in inteſtinis collecti colicos efficiũt dolores, ad cor delati palpitationes, & aliquando adeo narcotici ſunt, vt ſua facultate opiata interitum afferat, ſi ad cerebrum aſcendunt, vel vt aura illa frigida, de qua Galenus 3. de loc. affect. epilepſias producunt. imo potius ſi multi ſunt in cerebri ventriculis iam non epilepſiam ſed apoplexiam quam Galenus ſecundum magis, ab epileſia differre, ait inducit ea propter ſternutantes ſalutamus, non cur Ariſtoteles inquit, quoniam aeris ex ſano rationis domicilio exeuntem, veneramur, ſed quia gratulamur homini qui periculum ſternutando euaſit *ſignum itaque* (docente Galeno 5. aph. 35.) *bonum exiſtit, quia naturã oſtendit, quæ prius obſtupuerat excitari, & reuiuiſcere, & propriarum meminiſſe motionum, quando aliquam eijcit ſuperfluitatem, cauſa autem ob quam iuuat eſt, quia vehemẽtiore concuſſu atque feruore partim quidem naturam excitat partim verò excernit, quæ partibus corporis firmiter infixa adhærebant: ſic enim & ſingultum ſanare ſolet*. Sic Galenus quam ſententiam repetit 2. de ſympt. cauſis c. 4. & alibi ſufficit tamen dicere ſpiritum, vt ſternutatione emitteretur fuiſſe

prius

Digitized by Google

prius attenuatum quod ſi non attenuaretur neque exiret periculum erat ne cerebri ventriculos obſtrueret.

Iidem venti, in ventre, collecti tympanitem affectum efficiunt ſic nominatum quia flatu venter tumens,ſi pulſetur tympani edit ſonitum hæc acerbiſſimos infert dolores, & ab inteſtinis,vt plurimum, ortum habet dicente Hippocrate 4.aph. 11. *quibus tormina,& circa vmbilicum dolores ,& lumborum dolor,qui neque a medicamento neque aliter, ſoluitur in aquam inter cutem ſiccam firmatur.* tormina autem,vt Galenus ait, ſunt dolores propter flatum in inteſtinorum inuolucris interceptum. Vocatur autem aqua intercutis ſicca, quoniam ab aqua, ad ventum facilius fit tranſitus, & ſic nulla eſt tympanias abſque aliqua mixtione aquæ, nulla ſine vento aſcites; quod ſi aliquando tympanitem, & aſcitem ſinceras audis intelligi non quod prorſus ſinceræ ſint ſed quoniam mixtionis notas euidentes non habent.

Difficiles nimis curatu ſunt hi venti, ac propterea multi, inter quos eſt Auerrous 3. collig. tympanitem, inter omnes tres hydropis ſpecies, difficiliorem iudicat. Nam in primis hæc maiores ſecum affert cruciatus vires ſoluentes. deinde minus flatulenti, quam alij nutriuntur,randem ſi curare velis flatus non niſi per calefactoria medicamenta, quæ carminatiua vocantur, id præſtabis ea autem eum magis rarefaciūt, efficiunt vt inflatio fiat maior, vnde maior diſtentio, vehementior dolor, quapropter, antequam flatus ſoluantur, vita finitur. adde quod medicamenta,quæ flatus iam factos reſoluunt, eadem futuros, ex materia parata, eleuant nempe attenuando.

Alij ſunt venti vrentes, quales æſtate ſubſolani. hos non videtur admittere Galenus ſiquidem 2. de comp. medic. per loca. capite de ijs qui ex ſtomacho caput dolent. referēs ex Archigene ſpongiam, aliquo refrigerante, imbutam vtilem eſſe ijs qui *aſtuoſe diſtenduntur.* adiungit *in hoc ſane ſermone videbitur forte quibuſdam negligentius legentibus vnam ſimplicem affectionem Archigenes curare, verum non ita habet. ex eo enim quod aſtuoſe dicis, calidam affectionem indicat: ex eo verò quod addit diſtenduntur affectionem,qua hoc modo a flatu ventoſo affligitur oſtendit.* Auicenna videtur Galenum exponere lib. 3. fen. 1. tract. 2. cap. 5. inquiens

A *acuti verò humores non excitant ventoſitates ſed vapores.* quapropter cum Archigenes coniunxerit diſtentionem,quæ fit a flatu, & æſtum cuius cauſa eſt calor duo diuerſa ſuppoſuiſſe dicendus eſt, ſed non ne idem Auicenna ventoſitates attrahi dicit naribus ab exterioribus? attrahatur ergo ventus calidus, quid prohibet? Deinde inter vapores, & ventos quæ nam eſt differentia? dices quia vapores ſunt calidi vēti verò frigidi, At hoc eſt principium petere. Siquidem vt mihi reddas rationem cur venti calidi non dentur reſpondes quicquid calidum eſt vaporem eſſe

B non ventum,quæram cur vapor eſt non ventus? reſpondeas: quia calidus eſt. præterea Archigenes ſpongias imburas oleo, aqua, & aceto roſaceis, aut poſca, aut ſucco ſolani, aut portulacę adhibet,in quibus eſt vna ſimplex indicatio nempe refrigeratio, cur ergo fingemus duo indicantia quorum vnum refrigerationem alterum calefactionem poſtulat. Tandem non ne in nobis ipſis ventos calidos experimur? quando edimus ructus nidoroſos, & alios qui prunæ accenſæ per æſophagum tranſeuntis ſenſationem referunt? Profectò multoties mihi contigit aliquos in-

C uiſere,qui torminibus vexabantur, a quibus liberati ſunt,ſuperueniente bilioſiſſimo alui fluxu; Vnde ſemper ſuſpectum habui imo exiſtimo eſſe addititium aphoriſmum vltimum quinti libri, *qui regio morbo laborant, non multum ventoſi ſunt* cuius falſitas apud omnes debet innoteſcere: nam qui à ſolo pituitoſo humore flatus eleuari dicunt, pituitam in regio morbo laborantibus inuenient, à quà porus felleus obſtruitur vnde bilis ſuū receptaculum non ingreſſa, per corpus ſpargitur. Alius verò qui ex bile flaua flatus fieri dicet ſed illa non admodum ſubtili intel-

D ligat morbum regium ex craſſiore bile fieri. Sed quicumque rerum euentui adhereſcit, inuenit ex bile quidem ſubtiliſſima flatus etiam eleuari,negabunt hoc forſan illi quos Galenus doctores ex libro appellat non verò ij,qui medicinam faciendo per plures annos ſe in artis operibus exercuerunt.

Venti alij ſunt auſtrini, turbidi, nebuloſi, quos ſolos Galenus, neſcio cur, flatus appellat. ij maxime ſpirant in affectibus melancholicis. Auſtrinos merito appellaui: nam quemadmodum ab Hippocrate 3. aph. 5. appellantur *Auſtri auditum hebetantes, caliginoſi, caput grauantes, pigri diſſoluentes*

Si

Si verò a flatuum quadam ſpecie qui intus gignuntur hæc eadem fieri videmus congruenter tales flatus auſtrinos dicimus. At ab intus genitis flatibus auditum hebetari, caput grauari ſegnitiemque, & laſſitudines fieri experimento patet; & quoniam homines ſic affecti implacidi ſunt, merito hos flatus melancholicos appellant, non quidem, quod a ſolo melancholico ſucco fiant, nam frequentius ex cruditatibus fiunt, ex Galeni ſententia 5. loc. affect. cap. 6. & paſſim alibi, ſed ab effectu nempe à mærore & metu, quo flatulenti corripiuntur. Horum ſymptomatum Galenus 3. loc. affect. c. 7 cauſam refert ad nigredinem inquiens *ſanè quemadmodum externæ tenebræ omnibus fere hominibus pauorem inducunt, niſi vel audaces admodum vel docti ſint, ſic atræ bilis color mentis ſedem tenebris ſimilem reddens timorem efficit*. nigrum melancholici humoris colorem cauſam eſſe timoris & mæſtitię ait ad quæ reducuntur ab Hipp. 6. aph. 23. omnia melancholicorum ſymptomata. Hoc non patitur Auerrous lib. 3. colliget. cap. 40. dum ait, *& qui dicunt quod anima terretur propter humorem melancholicum nigrum, ſicut terretur homo in obſcuro dicunt verba cantionum*. Auerroum ſequitur Fracaſtorius in dialogo de intellectione, vterque ſua cōgerit argumenta potius inſolubiles demōſtrationes. color enim non eſt qualitas actiua, quæ poſſet animæ functiones immutare, aut ſi poteſt, non id efficiet niſi ſenſu percipiatur nimirum alterando inſtrumentum ſenſus dolorem voluptatem vè inferendo. Si verò niger color intus latitans ſenſu perciperetur, poſſet vnuſquiſque eodem iure internam capitis ſtructuram videre; quod eſt impoſſibile, ſiquidem quidquid videmus debet ante cryſtallinum ſe ſe repreſentare, & vel in ipſis ſuffuſionibus humor a quo fiunt eſt inter corneam & cryſtallinum. Præterea ſi melancholici terrentur ob tenebras, cur libēter per ſolitudines, & loca tenebroſa noctu vagantur. His rationibus adiungunt, metum, & mæſtitiam eſſe ſymptomata quæ, ad morbum conſequntur, morbus autem eſt in intemperie (ſic enim Galenus interpetratur verba Hippocratis *melancholia vertitur ad animam* id eſt ad temperamentum) atque hinc colligunt non colorem ſed intemperamentum ſucci melancholici eſſe a quo iſthæc fiunt.

A Vide quomodo his rationibus reſpondeāt nonnulli, quibus ſtatutum eſt Galenum ab omni errore per fas, & per nefas vendicare. nigredinem, inquiunt, eſſe quæ efficit prædicta ſymptomata non quatenus color eſt ſed quatenus intemperamentum etenim temperies non ſolum vitiatur ex primarum qualitatum improportione verum etiam ex alijs quæ ad illas ſequntur, vt denſitas, raritas ſplendor, obſcuritas: exemplo Thomas a Vega rem in hunc modum declarat, opacitatem corneæ, morbum intemperamenti Galenus vocat, quoniam perſpicuitas ex elemē-
B torum mixtione, corneæ ineſt, & Galenus ideo ait colorem melancholiæ mores mutare, quoniam oſtenſum eſt mores animi tēperamentum ſequi. Ingenioſam profectò excuſationem pro Galeno excogitarunt quā tamen ipſe Galenus non reciperet: nam ſi huiuſmodi color tenebroſus etiam tanquam temperamenti vitium mæſtitiam inferet, cur ſplendores, qui a ſanguine fiunt, & qui hemorragiæ futuræ ſunt ſignum 3. criſ. c. vltimo, non efficiunt riſum? Deinde, difficultas eadem manet quę erat prima deberent enim declarare ad quas primas qualitates ſequatur
C color niger & cur illarum primarum qualitatum intemperies mæſtitiam metumque gignat.

Nec verò ad intemperamentum frigidū reducenda eſt timiditas, vt putat Fracaſtorius, ductus fœminarum eunuchorumque exemplo. nam frigidum inertiam parit velut igneum ferocitatem, ferocitas autem, & audacia diuerſa ſunt. ſic inertia & timiditas. deinde mulieres, & eunuchi, non cenſentur timidi: etenim, qui propriæ imbecillitatis conſcius, intra ſuarum virium capacitatem, ſe continet non dicitur timidus. quare mu-
D lieres, & eunuchi multa non aggrediuntur, non quia non audent ſed quia ſe his peragēdis ineptos eſſe agnoſcunt. Imo mulieres audaces, vt plurimum ſunt, & ſi qua eſt timida, illa eſt, quæ intra priuatos parietes ſe continens multa ignorat, metus autem ab ignotis fit, ideo timent pueri. Quod ſi audacia a calore proueniret, lepores, & cerui animalia calidiſſima, cur timida ſunt? profectò nec ad quatuor humores, nec ad quatuor humores, nec ad quatuor temperamenta hi & ſimiles affectus ſunt referendi.

Propterea nec Galeni ſententiam prædicta ſymptomata ad colorem referentis, neq; alte-

alteram opinionem, quę intemperamentum cauſam eorumdem ſymptomatum conſtituit aprobabo. Sed alia via incedam triplex igitur prædictæ difficultatis ſe ſe mihi offert ſolutio. prima, quemadmodum ſanguis nimium ſincerus non eſt laudabilis idcirco 3. epid. meti ſanguinis ſtilla damnatur: ſanguis enim nullo ſero perfuſus aduritur & ſplendet hinc fiunt decipientæ cum riſu quas Hippocrates 6. aph. 53. ſecuriores dixit: nempe quia ex ſecuriore materia, hoc eſt ſanguine fiunt. Sanguis deinde modice permixtus moderatam affert lætitiam quandoquidem permixtionem alterius materiei nimium ſplendorem obtundentis ſecum habet. Si tamen permixtio multa eſt ſanguis omnino a ſinceritate degenerat, & effectus fiunt effectibus ſinceri ſanguinis contrarij. Sincerus ſanguis profuſam lætitiam affert. & hinc videtur a Galeno dictum ſanguinē, nempe ſincerum, reddere homines ſtolidos, contrarius autem ſincero mærorem gignit. Hæc quæ de ſanguine dicta ſunt ſpiritibus accommoda, qui ſi vitrei ſunt volubiles, læues titillant & riſum exiſtant ſi moderate miſcentur alijs aſperioris figuræ & magis tardæ conditionis moderationem in gaudio efficiunt ſin multum eſt quod obnubilat & moleſtat tunc contrariantur prioribus & quemadmodum illi lætitiam vinoſā ſic iſti mærorem gignunt, & vt ait Seneca lib. 16. epiſtola 100. *imprudentiam vt gaudia ſic dolores inundauere* cum igitur mæror abundet, abundat & metus, nam inter metum, & triſtitiam nulla alia eſt diuerſitas niſi quod metus impendentis opinio, triſtitia preſentis mali eſt.

Altera ratio eſt quia ſpiritus, flatibus craſſioribus & humidioribus quales auſtrales ſunt, permixti non expanduntur, quare anima, quæ ijs tanquam inſtrumentis, imo tanquam vehiculis, vtitur, non poteſt expandi cumque lætitia expanſio quædam ſit, atque dilatatio (& hinc eſt quod dicitur pſalm. 4. *in tribulatione dilataſti mihi* (ſcilicet ſpiritum, & cor per gaudium) anima expanſione carens contriſtatur, & timet nam vterque affectus contractionem ſecum habet vnde triſtes & timidi omnibus artubus contrahuntur, & quaſi in circularem figurā rediguntur.

Tertia ratio eſt: quoniam a conſpurcatis ſpiritibus, anima quodammodo coercita cōuertitur ad ſe ipſam, & cogitabunda fit, vnde

A impotens, propter ſpirituum ineptitudinem, difficultatibus irretitur: quare angitur, & contriſtatur multa autem cogitatio. nō mærorem duntaxat, ſed & timorem etiam parturit. nam ſicut ij qui ad neceſſaria reſpiciūt, prudentes iudicantur, ſic etiam ad plura quā oportet reſpicientes fiunt timidi. prædictam rationem eleganter & ſapienter exprimit ſapientiſſimus Salomon in oratione pro habēda ſapientia lib. Sapient. cap. 9. his verbis *cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prudentia noſtra corpus enim quod corrumpitur agrauat animam & terrena cogi-*
B *tatio deprimit ſenſum multa cogitantem.*

Venti vorticoſi typhones appellati, & ſe, & ſecum omnia, in girum, vertunt. Hi pluuiarum non ſunt immunes, vnde Lucanus lib. 7. vocat. *auidos typhonas aquarum.* motum circularem acquirunt, quia obicibus impediuntur, quod eleganter deſcribit Seneca lib. 5. nat. quæſt c. 13. his verbis. *hoc loco ſi tibi videtur quæri poteſt cur turbo fiat, quē euenire in fluminibus ſolet, vt quandiu ſine impedimento feruntur, ſimplex, & rectum iter illis ſit, vbi incurrere in aliquod ſaxum, ad latus ripæ prominens, retorquantur, & in*
C *orbem aquas ſine exitu flectant, ita vt circumlatæ, in ſe, ſorbeantur, & verticem efficiant. ſic ventus quamdiu nihil obſiſtit, vires ſuas effundit, vbi aliquo promontorio repercuſſus eſt, aut velocorum coeuntium in canalem connexum, eundemque collectus ſæpius in ſe volutatur, ſimilemque illis, quas diximus conuerti aquis facit verticem.* Hæc ille, a quo etiam didicimus turbinem igneum aliquando fieri nimia agitatione, quod intellige dummodo particulis ſit præditus, quæ facile accendi queant.

Similes his in noſtro corpore contingunt
D ventorum motus, & ſæpe impediti flatus volutantur tum in inteſtinis, tum in præcordijs, tum vel maxime in capite, & in inteſtinis quidem dum per gyros feruntur, ſecum multoties excrementa ferunt. In capite vertiginoſos affectus: Sed maxima vis eſt, & agitatio, quæ illos ad caput ducit, ac propterea igneam aquirunt conditionem, & velociorem motum, hi ſi vellicant, acuitate ſua cerebrum epilepticas efficiunt conuulſiones, ſin multiplicantur, & cauitates implent interceptiones efficiunt, & aliquando apoplexias impedito ſcilicet inſtrumentorum animæ itinere.

Cum

Cum itaque flatus vel in capite geniti, vel (quod frequentius euenit) aliunde ſurſum eleuati, in gyrum voluuntur affectio vertiginoſa fit, quæ duplex eſt; prima proprie vertigo dicitur, & Græce ἴλιγγος vt 3. aph. 17. 23. 31. tum etiam δῖνος vt 4. acut. 42. & tunc dicitur cum ægro omnia circumuolui videntur. Altera tenebricoſa affectio. Græcè σκοτωμία tunc fit cum viſus hebeſcere videtur, & oculi obtenebrari. Cœlius Aurelianus vtrumque affectum confundit, nec neceſſarium eſſe ait, vnum ab altero ſeparari: ſiquidem ſedes affecta eſt eadem, cauſa verò ſimiliter. Sciendum tamen eſt vnum abſq; altero poſſe conſiſtere, cum verò vterq; ſimul adeſt tunc dicitur σκοτοδῖνος quaſi tenebricoſa vertigo. Altimarius in vtroq; affectu tenebras dari putat, ſed in ſcotomia maiores, hoc eſt omnimodam viſus priuationem; veruntamen quamuis dum res circumagi videntur, viſio non eſt omnino perfecta id non euenit propter obtenebrationē, ſed quia deeſt quies repræſentantis, vt repræſentatio perfecte fiat. Scotomia autem non omnimoda eſt priuatio viſionis, ſed in hoc affectu ſuffuſa quædam viſionem hebetant & aliqua ex parte obtenebrant.

In vertigine exiſtimant, plerique lęſam eſſe imaginatiuam, verūtamen obſtat quod vertiginoſi, ſe decipi agnoſcunt. Reſpondet Altimarius, nihil obſtare, imaginatiuam eſſe lęſam, ęgrumque cognoſcere verum, ſeu falſum illud quod imaginatur, cum hęc cognitio ratiocinatricis facultatis, ſeu cogitatricis, & non amplius imaginatiuę ſit munus; quę conſtare poteſt, imaginatiua lęſa exiſtente, vt in quibuſdam phrenitidibus apparet, & proinde quia falſū imaginatur imaginatiua oberrat, quia verò ęger dignoſcit ſe falſo imaginari, ratio ſeu cogitatiua illęſa erit: quemadmodum de ſe ipſo phrenitide laborante teſtatur Galenus 4. de loc. aff. c. 2. Rurſus ſi ad cerebrum prædicta affectio attinet, quomodo viſibilis duntaxat facultas oblæſa erit.

In his omnibus miſere decipitur Altimarius. Nam etſi verum ſit poſſe imaginatiuā lædi, illæſa cogitatiua non tamen verum eſt, cogitatiuam corrigere errores imaginatiuæ, imo verò poteſt, vice verſa, cogitatiua eſſe læſa, abſque imaginatiuæ errore. Exemplis hæc omnia fient manifeſta. Theophilus medicus de quo Galenus de different. ſympto.

A c. 3. cui reliqua quidem prudentia ſupererat & diſputandi, & præſentes exacte noſcendi, tibicines quoſdam angulum domus vbi decumbebat occupaſſe, aſſidueque ſonare, tum pulſare putabat, atque hos ſe intueri tebatur partim illic ſtantes, partim ſedentes, adeoque ſine intermiſſione ſonantes, vt neque noctu, neque die vſquam, vel minimum tempus, quieſcerent: exclamare igitur non ceſſabat, ac iubere vt domo eijcerentur. Hic profecto imaginatiuam vitiatam habebat, cogitatiuā non item: nam ſi adeſſent tibicenes optime, de eijciendis, cogitabat. Alius phreniticus

B fores ſibi intrinſecus occluſit ac ſingula, vaſa per feneſtram promens, accedentes rogabat num proijcere iuberent. Hic ſingula vaſa rectiſſime nominabat, in quo manifeſte declarabat imaginationem illæſam eſſe, læſam verò cogitatiuam: neque enim recte cogitabat de proijciendis vaſis, quæ agnoſcebat. Ecce his duobus exemplis habes, poſſe imaginatiuam lædi ſine cogitatiua, & rurſus cogitatiuam ſine imaginatiua.

Nunc perge vlterius, & conſidera, ſi Theophilus non deliraſſet, poterat quidem, veluti tibicinum ſonos audire, vt audiunt multi,

C tubarum, timpanorum, & vndarum ad ſcopulos allidentium, ſtrepitum, ſed tamen ſe decipi intelligere, vt iſti, quos dixi tinnitu aurium laborātes, errorem ſuum agnoſcunt. Igitur iam differētia eſt maxima inter duos, qui tibiarum ſonitu moleſtantur, quorum vnus delirans veras tibias ſe audire putat, alter ſolo auditu vitiato ſat bene agnoſcit non eſſe tibias, neque tibicines, ſed affectum præter naturam. Qua propter primus læſam habet imaginatiuam, ſecundus minime. Eodē modo ſi quis, paleas oberrantes, & floccos videat, & tamen errorem agnoſcat, ſcotomicus

D eſt. Si verò errorem non agnoſcat, ſed veros floccos, veras paleas eſſe iudicat, phrenitide laborat. Sic Galenus aliquando, incipiente phrenitide, ſeu potius diſpoſitus ad phrenitidem, floccos colligebat, & paleas euellere tentabat, ac proinde imaginatiuam habebat iam quodammodo viſiatam, Sed quoniam non omnino erat phrenitide correptus, propterea ab ijs qui aderant admonitus reſpondit, vera dicitis, ac proinde ne me phreneſis arripiat auxiliminiſtrate.

Iam verò, quod vltimo loco Altimarius, tamquam firmiſſimum argumentum adiungit, nempe, ſi affectus eſt in cerebro, quomo-

do viſibilis læſa erit? nullius eſt momenti: nam ſciat oportet, in cerebro eſſe ſenſum cõmunem, quem Galenus multoties primum ſenſorium appellat, ad hunc ſenſum pertinet de obiectis iudicare, & quemadmodum iudex, ſecundum allegata, & probata recte iudicat, licet alias dici poſſit deceptus ob teſtiũ falſitatem ita ſenſorium primum iudicat iuxta ſpeciei circum agitata motum rem cuius eſt ſpecies circum moueri, quia ſpecies de obiecto teſtimonium perhibet, verum tamen imaginatiua, quæ altioris eſt ordinis, melius ſe in cognitione habet.

Sed obijcit adhuc quidam ſi imaginatiua non eſt, quæ peccat cur clauſis etiam oculis circumuolutio repreſentatur? Reſpondeo nec quia claudantur oculi flatuum rotationem ceſſare. & quemadmodum ei qui e littore nauim ſoluit non nauis ſed littus moueri videtur vnde Virg.

Prouehimur portu terraq; vrbeſque recedunt.

Hoc eſt recedere videntur. ita ſi quis ſpiritus habet circumgyrantes non ſpiritus ſed corpus à quo ſpiritus continentur moueri videtur ita tamen, vt decipi ſe fateatur.

Non admittit Gentilis, propter motum ſpirituum, viſibilia tamquam in gyrum voluentia, repreſentari. Nam ſi cerebrum, vel oculi verterentur tunc ſtandum eſſet prædictæ rationi. Verumtamen non cerebrum, non oculi agitantur, ſed ſpiritus, qui viſionis eſt medium. quid enim ſi aer etiam agitetur? num propterea viſiſe, moueri cenſebitur? Reſponde in aere ſpeciem diffundi, (quod de illuminatione fatentur philoſophi) in inſtante, ac proinde acceſſus ſpeciei ad oculum anticipat motionem aeris. quod ſi numus, in aqua agitata, videtur moueri, cum non moueatur; id euenit, quia viſio non percipit numum, ſed imaginem numi, in ſuperficie aquę agitatam: cum enim duplex ſit mediũ aqua & aer viſus ad quam accedit in cuius ſuperficie radius viſualis rumpitur. Sic etiam per vitrum videntes ſpeciem a vitro accipiunt. in auditu & odoratu mutantur ſpecies agitatione medij, quia hæ ſpecies per motum accedunt, & ita poſſunt ab agitatione aeris diſrumpi.

Hoc autem quod per flatus vorticoſos accidit, poteſt etiam accidere, a cauſa externa, qua ceſſante, ceſſat damnum; vt ſi quis, attente, rotarum circumlationem inſpiciat, po-

A ſtea, per aliquod ſpatium vertiginoſus perſiſtit, cuius euentum Auicenna refert ad imaginationis rotationẽ, quam aſpectus rotæ excitat: imaginationi autẽ obſequntur naturales in corpore actiones, ita ſternutatio ad aſpectum ſternutantis accidit & mictio ad præſentiam mingentis. Facilius hunc modum ſoluit Aetius tetrab 2. ſerm. 2. cap. 7. *ſpiritus viſiuus* (inquit) *ad trochum, qui circumuolutatur allabens mouetur, & ſimul cum illo circumfertur, atque ſic inæqualem & turbulentum, ac inordinatum humorem, ac ſpiritus motum efficit*. Dicerem ego, ſpeciem rei

B circumuolutantis, ſecum etiam viſiuos ſpiritus trahere, qui cum ſemel circumuoluuntur, non ita facile quieſcunt; & hinc eſt quod etiam eius qui in gyrum ſe voluit, poſtea, (quamuis quieſcat) non quieſcit viſio ſed omnia circumuolui repreſentat. patet exemplo iam ſuperius in alia occaſione à nobis allato. Si quis enim ſaltet in domo poſtquam quieſcit pauimentum, quieſcunt & parietes tamen ea, quæ pendula ſunt adhuc moueri perſiſtunt. Exemplo etiam aquæ in vaſe contentæ hoc idem addiſces poſtquam enim ſemel vas fuit motum (licet moueri deſinat)

C non deſinit tamen moueri contentus liquor; hinc eſt quod mortuo animale, & corde non amplius pulſante, pulſant adhuc tenues cordis auriculæ, ita ſpiritus contenti, quantumuis perfecti, ſi ſemel, aut propter aſpectum rotarum, aut propter corporis rotationem, motum acceperunt, (& ſi cauſa mouens ceſſet) non ceſſant tamen moueri.

Quærunt aliqui cur poſt rotationes, & choreas ſuſtinere ſe homines nequeunt ſed cadunt. Reſpondent quia ſpiritu, etiam num moto in gyrum, impetus rectæ delationis, per neruos, in muſculos corpus ſubſtinentes

D impeditur. Cæterum cum non ſolum vertiginoſis, ſed etiam epilepticis apoplecticis, & ijs quibus grauiter caput dolet aut in capite fortiter percuſſi ſunt, accidat non poſſe ſubſtineri, communis omnibus reddenda eſt ratio, & dicendum capite, quomodocunque grauiter, affecto rectrices potentias, quæ ibi habitant, non poſſe munus ſuum recte obire munus autem rectricum eſt imperare membris, quapropter membra imperio deſtituta pondus ſuum ſequntur ac cadunt.

Porro ventorum omnium curatio ferè ſimilis eſt: nam & a cibis cauere oportet, quorum multa pars non coaleſcit in alimentum,

ſed

ſed in fumos abit. Deinde, & vaſa coctionis, A ad recte coquendum diſponere; quod fiet tũ corroboratione, tum impedimentorum ablatione impedimenta auferuntur, primo catharſi, poſtea abſterſione corroboratio fit, leuiter aſtringentibus. Catharſis fiat leuibus medicamentis, ſępius repetitis i. e. ex fortibus ſequatur partium dillaceratio: abſterſio & corroboratio nullo præſtantius medicamento fiunt, quam eo quod ex martis croco paratur, cuius inferius mentionem faciam. Nam tum ventis, tum aquis, generandis occaſionem præbent meatus impediti.

Animaduertendum eſt præterea in cura- B tione aliquando præſentis mali grauem moleſtiam inducere flatuum attenuationem, ita vt attenuati, facilius extrudi poſſint; hoc fit per calida medicamenta, ita tamen, vt nõ ſint nimis potentia nam ſic attenuatio pluſquam oportet, maiorem facit inflationem, & ſubinde grauiores dolores. contigit multoties, ab accepto enemate carminatiuo, colicos dolores exacerbati & ſumptis etiam per os carminantibus ſeminibus, ventriculi ſequi inflationes, exinde anxietudines, & grauiora mala. cum flatibus ventriculus obmutinurat confert coclearia ſumere huiuſmodi ſor- C bitionis recip. ſyrupi de cortice citri vnc. 4. aquæ naphæ, vnc. 1. aquæ cinamomi per deſtillationem extractæ, dram. 2. ſpiritus vini, dram. ſem. nunc grauiora effugito paulatim enim non confertim tempeſtas ſedanda eſt ne dum furit, ante quam ſedetur intetimat; Itaque enemata & in facultate carminante, & in quantitate debent eſſe mediocria. Denique Hippocrates 3. de morb. pręcipit *cliſterem inyciendum paratum non ex valde calefactorijs ſed ex ijs, quæ ſtercora diſſoluunt & colliquant* hoc idem in flatulentis inteſtinorum affectibus obſeruandum me- D minetis.

Scaturientium aquarum eadem origo in paruo, quæ in magno eſt mundo.

CAP. XII.

A NON diſſimilis etiam eſt (ſi attente conſideras) aquarũ origo in magno, ac in paruo mundo. Reſpice ad vniuerſi aquas, & vnde ſcaturiant, extra controuerſiam ſtatue, vt microcoſmi illuuiones, quæ in eo non paucæ contingere ſolent, recte poſſis cõprehendere. Ariſtoteles 1. meteor. c. 13. tenet aquam, intra cauitates terræ, non aliter generari, quam pluuiam in aere. Nam quemadmodum in aerea regione, aer, qui vaporum naturam obtinet, frigiditate condenſa- B tus, in pluuiam conuertitur, ſic in viſceribus terræ, a frigore, quod ibi eſt, vapor, & aer concretus, vertitur in pluuiam.

Hanc Ariſtotelis ſententiam ſectatores eius, non aliter melius, tueri poſſe arbitrantur, quam aliarum opinionum deſtructione. Eſt nonnullorum opinio, dari intra terram varias cauernas, in quibus aqua pluuia colligitur, quæ deinde in fontes & flumina erumpit, ita vt, ſi maximæ ſunt cauitates maximam aquæ quantitatem recipiunt, quæ vſq; ad ſequentem hyemem ſufficiat, & ſic fluuios, fonteſque perennes efficiunt. Cauitas C autem minor, ſi non admodum ſufficit, ſiccitatis tempore exareſcit. Hoc probant triplice ratione. Prima hyberno tempore vberiores redduntur fontes, vberiores putei, vberiora flumina; ſignum manifeſtum tales fontes, puteos, & flumina ab imbribus tunc temporis abundantibus. fieri. Altera in regionibus, in quibus raræ fiunt pluuiæ, vt in ſolitudinibus Aethiopiæ, & Arabiæ, & in Africa interiore, rari etiam fiunt fontes, rara flumina. in alijs verò locis, vt Gallia, Germania, Italia, in quibus frequenter pluit, frequentes aquarum reperiuntur ſcaturigines. Tertia D tempore ſicco, & lon[illegible]a æſtate, fontes, putei, & fluuij deficere incipiunt, non deficerent, ſi plueret, videtur ergo eorum origo eſſe a pluuia.

Hæc opinio, tribus argumentis fulcita, totidem ex aduerſo impugnatur. Primo quoniam nulla pluuia adeo magna eſt, quæ terram vltra decem pedes madefaciat, vt optime aduertit Seneca lib. 3. nat. quæſt. cap. 7. *omnis humor intra primam cruſtam conſumitur, nec in inferiora deſcendit*. Secundo dantur ſaxoſi admodum montes, & nudę rupes, quæ nullam aquam in ſe imbibunt, & tamen ex eis fontes, & flumina erumpunt.

Tertio loci aridi ſunt, in quibus puteos effuſſos videre licet, altitudinis ducentorum, trecentorumue pedum, & in eis vberes venas, at in tantam altitudinem aqua pluuia non penetrat.

Ad priores rationes reſpondetur, hyemis vberiores fontes eſſe: quia tunc terra nullam imbibit aquam, & plures ſunt vapores, qui poſſunt concreſcere. Eodem etiam modo eſt dicendum de regionibus aridis, & de tẽpore ſicco: nempe in his locis, & temporibus, & terram multam in ſe aquam conſumere, & paucos dari vapores, qui concreſcãt, nec etiam adeſſe frigus, quod condenſare poſſit.

Aliorum opinio eſt, mare, quicquid aquarum emiſerit, rurſus accipere, & ob id mare non creſcere, quia quod accipiunt, non in ſuum vertunt, ſed mari reſtituunt. Hæc opinio ſacræ paginæ verbis adiuuatur: inquit enim ſapiens Eccleſ. c. 1. *omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat. ad locum, unde exeunt, flumina reuertuntur, vt iterum fluant.*

Hæc etiam opinio, ab Ariſtotelicis, reijcitur, Primo quoniam ſi flumina orirentur a mari, nunquam deficerent, quemadmodum, & mare nunquam deficit. Deinde quia aquæ marinæ ſalſæ ſunt, fluuiales verò dulces. Nec verò quis dicat colari per tranſitum mare, & per multiplices terrarum tractus, verberatum, amaritudinem deponere, atque prauitatem ſaporis in tanta ſoli varietate exuere, in ſinceramque aquam tranſire. Nam potius per ſubterraneos meatus, deberet ſalſedinem aquirere: ſiquidem ſalſedo ex terreſtrium partium permixtione fit. Tãdem quomodo eadem aqua naturaliter & aſcendere, & deſcendere poterit? quod tamen fateri tenentur ij qui flumina eò reuerti dicunt vnde fuerunt exorta. Ad Salomonis autoritatem multipliciter reſpondent, ſed reſponſionum præcipua eſt, aquas in mare tamquam in locum natiuum intrare; exire autem e mari dicuntur: quoniam ex mari vapores eleuantur, ex quibus fiunt aquæ; Cur autem mare non redundet? cauſa eſt: tum quia radijs ſolaribus influentes aquæ exhauriuntur, & exſiccantur: tum etiam quoniam maris comparatione, veluti guttulę reputari debent, vnde Lucretius lib. 6.

Guttai vix inſtar erunt vnius ad augmen.

Has tamen Ariſtotelicorum rationes faci-

A le ſolues: nam quamquam mare non deficiat, deficiunt tamen flumina, propter aliquod obſtaculum quod enaſcitur. minuuntur etiam quia multoties terra aridior facta humorem ſibi proficuum ſugit. atque ita nõ eſt vera argumentatio ſi flumina orirentur a mari, nunquam deficerent quemadmodũ, & mare non deficit. Salſedinem autem amittunt aquæ dum per cuniculos terræ excolantur, neque autem poſſunt, tranſeundo celeriter, ita ſubito, a terreſtribus partibus in exhalationem verſis, ſalſedinem acquirere. Tãdem aqua, e mari, egrediens, & ad mare iterum

B rediens non dicitur ſimul aſcendere, & deſcendere: neque enim eadem aqua, quæ ab ab vno fluuio exit, ad eundem remittitur. quare merito dixit Plato, aquas ſurſum, deorſum ferri veluti vaſi penſile quoddam in terra poſito, atque ita librato, vt vtrinque viciſſim, & inclinet, & tollat. Expoſitio autem, quam afferunt ad verba Salomonis intolerabilis eſt: nam quantum mare euacuatur ſub zona torrida, vbi multi vapores eleuantur, tantum augetur ſub polis vbi nihil vaporis tranſmittit, & fluuios plurimos ſuſcipit. quare igitur non redundat, cum tot alios amnes

C in illud, per vniuerſas partes ingrediantur? Nunquid quia (vti ex Lucretio manet dictum) omnes proportione, ad maris immenſitatem, inſtar guttæ ſunt? At ſi hoc per viginti aut triginta, aut per centum, aut etiam per mille annos fieret, poſſet aliquantulum admitti. Sed cum, iuxta Ariſtotelem, Mundus principio careat, iuxta veram doctrinam iam excedat quinque mille annos, quis credet infinito, aut ſalte fere infinito temporis ſpatio, tot flumina continuo curſu, in mare intrantia non potuiſſe illius aquas augere.

Igitur ingentia flumina, perennes fontes,

D debent ſtabiliora & copioſiora principia habere, quam ea quę ab Ariſtotele ſtatuuntur. quapropter vera eſt Platonis in Phędone ſententia dicentis dari vaſtitatem quandam ſiue baratrum de quo ita cecinit Homerus.

Longe nimis baratrum ſtat ſub tellure profundum

neque vnum duntaxat, verum etiam plures ſubtus terram, relictos fuiſſe, a Mundi ex ortu, rationi conſentaneum eſt, & multis ſacrę paginę locis poteſt confirmari precipue pſal. 134. *in mari & in omnibus abyſſis.* Cęterum magnę hę voragines, & abyſſi ingentes, a mari, tamquam membra a ventriculo, con-

tinuo

tinuo fouentur. Hinc manent explicata pręￚ
dicta Salomonis verba. quandoquidem &
mare ſuppeditat aquas voraginibus, ex quib⁹
ſcaturiunt fontes, & fluuij a fontibus decur-
rentes, ad mare, tamquā ad gremium aqua-
rum, recurrunt.

Non eſt tamen negandum, generari aquā
eo modo, quem Ariſtoteles docuit, hoc eſt
per condenſationem vaporum, & hoc prin-
cipium habere minores ſcaturigines, a qui-
bus putei, fluuij, & fontes habent originem.
Et ſane rationes, quas Agricola & alij aduer-
ſus Ariſtotelem fabricarunt, in magnis dun-
taxat voraginibus veritatem habent, non ta-
men omnino Ariſtotelicam doctrinam de-
ſtruunt.

Sic in microcoſmo. a prima origine con-
gregantur aquæ nempe ſeroſitates, ſine qui-
bus nutritio fieri nequit; nam & vehicula sūt
alimenti, & actiunem ignis remorantur. Fæ-
tum in vtero ſeroſitates habere, oſtendunt,
ſudores, & vrinæ, quæ in ſecundinarum tu-
nicis colliguntur, quod ſi intra corpus aqua
retinetur nec exit tunc fętum naſci hydrope
infectum contingit, vt aliquando conſpexi
in nobili matrona Beatrice Theodoſij vxo-
re, quin & multoties aquoſum caput, aqua
plenos teſtium loculos, videre eſt. fit itaque
dupliciter in microcoſmo aquarum congre-
gatio, vel per continuam refectionem, con-
ſeruationemque earum quæ a principio fue-
runt, & hæc reſpondet abyſſis, quæ in ma-
gno mundo ſunt vel per cōdenſationem va-
porum qui non tranſpirant, & hæc ſimilis eſt
ei quam Ariſtoteles inuenit. Sed quoniam,
dum aquæ ſuperfluunt, inundationes maxi-
mæ in microcoſmo fiunt, de ijs agere erit op-
portunum.

In ſanguificatione magna pars aquæ gi-
gnitur, quæ vt iam dixi pluribus de cauſis vti-
lis eſt, atque ideo ſanguis nullo ſero perfu-
ſus, paruus eſſe cenſetur, & limo maris ſimi-
lis limum ſanguinis appellat Gal. 4 aph. 20.
eam partem, quæ a ſplene trahitur, & melan
colia dicitur. diceretur meliore iure melanco-
liæ fęx: nam propria melancolia, aceto ſimi-
lis, diluta eſt quod indicat ſubſtantia lienis,
ſiquidem lien ſpongioſam, leuem, & raram
ſubſtantiam obtinet, quam non haberet, ſi ex
limoſo nutrimento depaſceretur: ideo ab
Hippocrate lib 4. de murb. lien. aquæ locus
appellatur, & 6. epid. ſect. 2. melancholico-
rum ſanguinem ichoroſum eſſe dixit quod

A etiam eſt apud Ariſtotelem ſect. 9. prob. 5.
limus itaque dicitur ſanguis cum ſeroſitate
priuatur, & talis in aliquibus tumoribus re-
peritur, cum verò miſcetur ſuo ſero, tunc
mare eſt microcoſmi, & per venas, quaſi flu-
uios, ad fecundandas huius parui mundi vni
uerſas regiones diuiditur. ſi autem a venis
non attrahatur, ſed circa primas venas, & ca-
uam maneat, eius pars aquoſior reſudat in
peritonæum, & tunc contingit id quod Ga-
lenus ait 3. de ſymp. cauſ. c. 2. ſcilicet ex ſe-
roſis excrementis hydrops, quæ aſcites nun-
cupatur.

B Duo ex dictis conſideranda oriuntur. pri-
mum cur in hydrope a venis vlterioribus
ſanguis non attrahatur? ſecundo an citra
vitium hepatis fiat hydrops. Quod attinet
ad primum. Iacchinus, & alij putant non
trahi ſanguinem a membris, & ab vlteriori-
bus venis quia vitioſus eſt. Verum hoc pręￚ
ter rationem eſt dictum, nam potentiæ natu-
rales (inter quas eſt tractrix ſiue magnetica)
non ducuntur intellectu, ſed ſemper operan-
tur, aliter enim numquam in venis daretur
prauus ſuccus quoniam numquam trahere-
tur: dices fortaſſe tractricem, vt Galenus mil
C le locis ſcriptum reliquit, familiarem dum-
taxat, & idoneum ſuccum trahere, hoc non
ſic admittam, trahit quidē præcipue id quod
familiare eſt, ſed nō trahit illum dumtaxat,
verum etiam & alienum, ſic magnes non ſo-
lum ferrum trahit ſed pleraque alia, vnde
(vt obiter id dicam) in affectibus matricis
fæmori alligatum ſummopere prodeſſe non
ſemel comperij. Itaque trahi deſinit ſanguis
ab vlterioribus membris; quoniam contin-
git membra tractrice facultate non vti, non
vtuntur autem tractrice, ſi ſatiata ſunt, eiunt
autem ſatiata tam propter nimiam, & im-
D portunam eſitationem, tum propter tranſpi-
rationis defectum. propter primum accidit
ſæpe vt helluones, & gulæ monſtra in hy-
dropem incidant, non (vt multi putant) quia
iecur plurimo alimento, quemadmodum
ignis multa lignorum congerie, ſuffocatur:
nam meſeraicæ, iecur, & alia non trahunt
niſi quantum ſatis eſt, quare non eſt hydro-
pis cauſa multitudo alimenti a iecore attra-
cti, ſed multitudo eiuſdem, a venis vlterio-
ribus, & membris non attracti, ac ſubinde
circa venam cauam permanentis. Propter
ſecundum accidere etiam ſolet, vt qui ſeden-
tariam vitam agant hydropici fiant: ſiquidē
propter

Digitized by Google

propter tranſpirationis defectum, membra
non fameſcunt, hinc eſt quod labor debet ci-
bum præcedere.

Quod attinet ad alterum dubium num
videlicet abſque iecoris vitio poſſit fieri hy-
drops communis opinio tenet, a ſanguifica-
tione imperfecta, hydropem oriri. vnde aſci-
tes, in diminuta actione conſiſtit, quippe ie-
cur ob imbecillitatem pro ſanguine aquam
conficit *itaque cuius vis aqua inter cutem*
(inquit Galenus 2. prognoſt. 1.) *communis
genitura eſt vbi ſanguificationis officium in-
tercidat*, & lib. 2. de nat. facult. *eſt enim ea
prima generanda hydropis cauſa ex ſangui-
ficationis defectu proueniens*, & lib. 6. de loc.
affect. c. 1. *hallucinantur* (inquit) *qui indu-
rato liene aquam inter cutem fieri credunt
nullam affectionem patiente iecore*. Qua-
propter teſte eodem Galeno 5. de loc. affec.
c. 7. *niſi hepar afficiatur haudquaquam aqua
intercus fieri poteſt*. afficitur verò hoc vi-
ſcus, vel primario, vel per conſenſum aliarũ
partium, ſiue li[e]nis cauſa, vel ventriculi, vel
inteſtinorum vniuerſorum, maximè ieiuni,
vel meſentericarum venarum, quæ ſi intem-
perie frigida afficiantur, eamdem quoq; in-
temp[er]iem iecur pati neceſſe eſt.

Hæc a Galeno edocti tenent communiter
ſcribentes. ego tamen teſtor atque profiteor
me non paucos reperijſſe, qui nullo iecoris
vitio, aquam inter cutem patiebantur inter
quos proferam nobilem matronam Floren-
tinam, quæ licet multis annis vẽtrem in mo-
lem immenſam eleuatum geſtarat, tamen
optimum corporis habitum, & laudabilem
faciei colorem præſeferebat. Huic, cum ali-
quando febre admodum maligna laboraret,
venam ſecari iuſſi, & ſanguis, qui exijt, me-
diocrem habebat conſiſtentiam, nec vltra
quam par eſt erat dillutus. Deinde poſt ali-
quot annos, me abſente, febre rurſus corre-
pta interijt, diſſectoq; cadauere magna aquæ
inundatio, intra abdomen, collecta apparuit.
hanc par eſt iecur optime affectum & ſan-
guificandi vim illæſam habuiſſe: Miror ta-
men Galenum qui pertinaciter tenet, non
niſi affecto iecore aquam inter cutem fieri
poſſe, cum tamen Hippocrates cuius ſe di-
ſcipulum iactat. 2. prognoſ. t. non omnes
hydropes, ſed quaſdam a iecore incipere ſcri-
ptum reliquerat. Itaque tripliciter aſcites
accidere ſolet, primo aquoſo liquore, per pe-
ritonæum, reſudante, & ventris molem at-
A tollente, abſque vlla iecoris offenſa, & hæc
poteſt, per multos annos, ſine eo quod interi-
mat, perdurare. Nam nutritio, & reliquę
actiones rectè peraguntur. Secundo, per eã-
dem reſudationem, intra peritonæum, & re-
gurgitationem in iecur, ita vt iecoris ſpiritus
in aquis ſuffocati parenchyma illud, quaſi
morticinium, relinquant, atque ita ſangui-
ficandi munus perit. Hanc aſcitem atrophia
comitatur, atque hi ſunt hydropici, qui om-
nium membrorum macie conſumpti, vix ſe
in vita ſubſtinere queunt: priores illos iuuat
paracenteſis: nam ſi aqua ſemel extrahatur,
B alterius aquæ generatio poterit impediri. hos
poſteriores vel paracenteſi, vel hydrogogo
medicamento, quale eſt elaterium, ſuccus
radicis iridis, ſuccus radicis ebuli, videbenis
iuuare. Sed fallax eſt iſta ſanatio nam ſta-
tim redeunt, quæ enim poteſt operari ſana-
tio vbi iecoris parenchyma ſanguificandi fa-
cultate magna ex parte caret.

Fernelius lib. 6. pathol. cap. 8. falſum eſſe
exiſtimat aquam, in aſcite, per tenues mea-
tus, tranſcolari in abdominis capacitatem:
Nam cum vnuſquiſque huiuſmodi meatus
in ſtatu naturali conſtitutus habeat, æquum
C erit omnes hoc malum æque inuadere, con-
firmatur hæc opinio quoniam ijs qui ex vri-
na per viginti dies ſuppreſſa perierunt, nihil
deprehenſum eſt per cæcos iſtos ductus in
abdominis ſpatium refluxiſſe. Putat igitur,
non ſimpliciter, per venarum poros, liquorẽ
permeare in ſpatium quod eſt inter perito-
næum, & partes ei ſubiacentes, ſed ſolutam
quamdam continuitatem, aut partium ieco-
ris, aut vaſorum, quibus humores continen-
tur neceſſario reperiri. per quam ſenſim qua-
ſi ex fiſſa olla in iam dictum ſpatium humor
ſtillat. Hanc cauſam (inquit ille) Hippo-
D crates innuit 7. aphor. 55. inquiens. *quibus
hepar aqua plenum eruperit his venter aqua
repletur*. addit præterea aſcitem ijs fere ſu-
peruenire ſolitam, qui rupta vel exeſa viſce-
rum vena cruentis vomitionibus, aut deie-
ctionibus opportuni ſunt. Nam licet tunc
ſuppreſſus ſit ſanguis, ſeroſus tamen humor
per derelictam fiſſuram præterfluit, exciditq;
in ſpatium abdominis.

Ita Fernelius, qui damnandus eſt: quoniã
cauſam raro euenientem, tamquam perpe-
tuam conſtituit, etenim, licet a iam dicta ſo-
lutione continui, aliquando aſcites, contin-
gere poſſe, non ſit negandum. tamen ſine
vlla

Digitized by Google

vlla fiſſura, aut continuitate ſoluta multo-
ties aqua inter peritonæum & inteſtina ag-
gregatur. Neque verò eſt impoſſibilis tran-
ſcolatio aquæ per venarum meatus: ſiquidē,
in pleuritide ſuppurata, longe craſſior mate-
ria, per denſiorem ſuccingentem coſtas mē-
branam, in thoracis capacitatem tranſit: ijs
verò, qui in ſtatu naturali ſunt conſtituti, nō
fit iſta ſeroſitatis tranſmiſſio: quia, in ſanita-
te, gubernantur omnia a Natura recte ſe ha-
bente, atque ideo liquor exiguam in venis
contrahit moram. Et quamuis aliquando
immoretur, (vt in illis qui vrinæ ſuppreſſio-
ne laborant;) Vaſa quæ ſerum continent, va-
lida, ſolida, craſſaque ſunt. At in hydrope
vaſa ob nutritionis defectum marceſcunt, &
extenuantur, imo verò ante hunc marcorem
igneus vigor qui exuperat rarefacit, & hinc
eſt quod per febres rarefactis tunicis aqua-
rum fit collectio, & hydrops.

Tertio fit aſcites, per condenſationem va-
porum, de qua nunc dicam. Memineris Ari-
ſtotelem velle in terræ concauitatibus, vel
vapores, vel aerem detentum condenſari in
aquas, & hanc eſſe ſcaturiginū cauſam. hanc
ita iam recipimus, vt aliam nempe abyſſos
in terræ viſceribus ab origine mundi exiſten-
tes non excluderemus. Accede ad microcoſ-
mum, in quo plurimas contemplaberis ca-
uitates, & in ijs vapores, & corpuſcula diſcre-
ta, quæ (quoniam parietes cauitatum mea-
tus clauſos habent) detinentur, & ſubinde
in aquam condenſantur, & guttulatim cadē-
tes alueum efficiunt. neque hoc tibi mirum
videbitur, cum inferius agnoſcas, ex vapo-
ribus in cute condenſatis fieri ſudores: nam
ſi exterius aquæ concreſcunt, cur non inte-
rius. fiunt itaque interni, quemadmodum ex-
terni, ſudores, ſed externi abſterguntur, &
extra corpus remanent, interni autē, in con-
cauitatibus, colliguntur. quod autem ex va-
poribus condenſatis, & in concauitatibus col
lectis aquæ fiant in corpore humano colli-
ges ex hiſtoria relata à Cardano lib. 8. de va-
rietat. c. 44. de puella quæ 18. annorum cum
eſſet mingebat ſingulis diebus vrinæ libras
circiter 36. aſſumebat autem ex potu & ci-
bo non plus 7. libris, cumque ita 60. diebus
perſeueraret emiſit vltra cibi & potus ſub-
ſtantiam libras 1740. hoc autem eſt longe
maius pondere puellę etiam ſi tota fuiſſet in
vrinam reſoluta neque enim illa poterat ex-
cedere pondus 250. librarum. cum nequeat at-

A tingeret 150. itaq; quæſitum fuit a Ioanne
Marliano vnde hoc contingere poſſet re-
ſpondit aerem qui in arterijs vbique conti-
netur in ſubſtantiam aqueam conuerti eaque
eiecta alium ſuccedentem ſimiliter conuerti
in aquam, atque ita multiplicari. Vapores
igitur in cauitatibus in aqueam ſubſtantiam
condenſantur. Hinc eſt quod hydropes pe-
culiares fiunt: nempe hydrocephalun, hoc
eſt capitis aquoſus tumor, nec non hydrops
pulmonis, & herniæ aquoſæ. quod ſi iecur
etiam, obſtructione vel ſchyrro laboret, eū-
dem etiam vaporem, eamdem exhalationē
B efficit, & aquas congregat, quas per venas
traſmittens intra peritonæum, quæ eſt ma-
gna vorago cadere permittit. ac propterea fit
aſcites, vitio indurati iecoris. hæc curatur, &
hydrogogis, & paracenteſi, ſi ſimul iecori
de obſtruentia adhibeas. Si enim, poſt aqua-
rum extractionem, meatus iecoris aperian-
tur, non iterum noua ſcaturigo reſurget. Itā-
que tibi innoteſcet cur tumores ſchyrroſi, &
partium obſtructiones aquarum congrega-
tiones efficiunt, & quamuis multoties non
appareant, quia non ſunt tantæ magnitudi-
nis, vt ſe prodant, tamen in diſſectionibus,
C multoties collectas aquas, quas medici non
putabant, videre contingit quare obiter ad-
uerte, ſemper in medicandis obſtructionibus
medicamenta purgantia eo artificio eſſe cō-
ponenda, vt aliquid hydragogum ſecum ha-
beant. Hinc etiam eſt quod in hoc caſu ra-
dix, quæ ex Inſula Mexuaçam, & ea quæ ex
Ialappa aduehitur (& a locis in quibus vna-
quæque naſcitur nomen eſt adepta) maxi-
mum affert iuuamentum.

Atque hæ ſunt hydropis cauſæ potiores,
quam ea quę vulgo circumfertur, iam ſupe-
rius ex Galeno relata ſcilicet, quod ex refri-
D geratione iecoris ſanguifica vis deperditur,
quod omnes, in autoris verba iurantes, abſq;
contradictione recipiunt. Cęterum ſi ſan-
guifica vis adeo eſſet deperdita, vt aquam
pro ſanguine gigneret, ſine dubio aſcites acu
tiſſimus eſſet morbus, & qui non vltra quar-
tum diem extenderetur. Nam ex aqua nul-
la fit nutritio, & abſque vlla nutritione bre-
uiter vita finitur. Deinde Chylus, ab igne
conficitur, nec conuertitur in aquam a frigi-
ditate: imo verò cum tranſmutatio ex Chy-
lo in aquam, ſit liquatio quędam, ab igne fie-
ri debet. Serum nanque a calido fit, hinc
eſt quod Captę, quę continuo febrire idcir-

eo dicuntur, quia herbas quas mordent adurunt, lac habent omnino ſeroſum. quod ſi ſerum ob defectum calidi fit, pars ſeroſa in ſanguine pituitæ reſpondebit quod falſum eſſe nemo non fatebitur. Tandem ſi aqua ſerumue fit propter defectum caloris, accedente calore ex aqua non aliter quam ex pituita fiet ſanguis quod item eſt erroneum.

Porrò ſitis aſciticens comitatur, non omnes, verum eos duntaxat, quorum aqua multis ſcatet ſalium fæcibus; neque hoc viris in arte medica exercitatis, eſt nouum: ſiquidem ventroſos aſciticos non ſitientes aliquando reperiunt. ij tamen qui ſitiunt, fruſtra potādo ſitim extinguere conantur: cum ſemper cauſa ſitiendi intus remaneat, quod eleganter expreſſit Horatius lib. 2. od. 2.

Creſcit indulgens ſibi dirus hydrops,
Nec ſitim pellit, niſi cauſa morbi
Fugerit venis, & aquoſus albo
Corpore languor.

Auicenna 14. 3. hydropicorum ſitim ineſtinguibilem appellat & Ouid. 1. faſtorum hydropicorum ſiti auaritiem comparans ait.

Quò plus ſunt potæ plus ſitiuntur aquæ

Hinc euenit vt ægroti, præcipue delicatiores, a potu abſtinere nequeant, & ſibi met præ impatientia interitum procurantes, vſq; ad vitalis ignis extinctionem, bibant. quapropter Cor. Celſ. lib. 3. cap. 21 de hydrope in hunc modum ſcriptum reliquit. *facilius in ſeruis, quam in liberis tollitur, quia cum deſideret famem, ſitim mille alia tædia, longamque patientiam, promptius his ſuccurritur qui facile coguntur, quam quibus inutilis libertas eſt. Sed ne hi quidem, qui ſub alio ſunt, ſi ex toto ſibi temperare non poſſunt, ad ſalutem perducuntur; ideoque non ignobilis Medicus, Chryſippi diſcipulus, apud Antigonum regem, amicum quemdam eius notæ intemperantiæ, mediocriter eo morbo implicitū negauit poſſe ſanari. Cumque alter Medicus Epirotes Philippus ſe ſanaturum polliceretur, reſpondit illum ad morbum ægri reſpicere, ſe ad animum. neque eum res fefellit. ille enim cum ſumma diligentia non medici tantummodo ſed etiam regis cuſtodiretur tamen malagmata ſua deuorando, bibendoque ſuam vrinam in exitium ſe precipitauit.*

Tuſſis a principio comitatur eos quibus a iecore aqua intercus incipit, vt Hippocrates eſt autor 2. prog. 3. & magis inanis tuſſiendi cupiditas, quam vera tuſſicula, tuſſis vt ap-

A pellatur, cauſam huius propenſionis ad tuſſim hanc reddit Galenus *iecoris moles incidens præcordijs facit anguſtiam in pulmone. Cum ergo ſimilis reddatur affectio vera illius anguſtia, ob quam inflammatione laborans decumbente ex capite materia afficitur: cupiunt tuſſire ſperantes nocuam euacuando materiam eſſe anguſtiam curaturos. Sed incipientes ſtatim deſinunt ob experientiam ipſam deducti in notitiam diſpoſitionis exquiſitiorem, ſentientes, quam temere ſperauerint.* Sic ille qui tamen ſi anguſtiam in pulmone factam à præcordijs decumbentibus diffi-

B cultatis reſpirandi cauſam eſſe dixiſſet vtiq; tolerandus foret. ſed tusſiendi voluntas non niſi ex cauſa irritante efficitur, alioquin ſemper difficultatem anhelitus tuſſis comitaretur. hoc in ijs quæ Galenus ſtatim ſubiungit declarat inquit enim. *quin etiam natura ipſa per ſe infert tusſim infarctiones expurgādo pulmones, quamquam ipſi nequaquam tuſſire cogitemus ita vt difficile ſit ſæpe numero obſiſtere, inhibereque accidens.* Dicendum arbitror iecore primario affecto, ſi hydrops accidat tuſſim ſtatim comitari, non quia eadem eſt ratio, vt in inflammatione iecoris, nā

C iecore inflammato ſcintillæ elleuantur, quas eodem iecore prorſus imbecillo eleuari nemo ſanæ mentis dicet, verum quoniam aliqua portio aquæ, e iecore in ventriculum, cadens, veluti nubes ad caput aſcendit & inde rurſus in pulmones defluit, vel ſaltem ſalſuginoſæ fuliginis aſcendentes aſperam arteriam irritant vtroque autem modo propter ſubtilitatem materiæ nihil effatu dignum excreatur.

In alia aſcite tuſſis non a principio comitatur ſed ſignum eſt ſuperueniens, & tunc damnatur ab Hippoc. 6. aph. 35. quoniam

D ſignificat adeò creuiſſe malum, vt iam reſpirationi inſeruientia membra, quæ prius non infeſtabat, infeſtet. Vnde Corn. Celſ. lib. 2. cap. 8. de hydrope *tuſſis* (inquit) *ſpem tollit.* intellige de tuſſi ſuperueniente.

Aluus renitens eſt, cuius rei alij alias excogitent cauſas, ego ad talem ſymptoma referam, ſale hydropicos abundare ſitis (vt diximus) indicat, quod ſi aqua ſalſa ebibita ventrem aſtringit (vt expreſſis verbis Hippocrates in lib. de Aere, Aquis, & locis, nos docet) eundem effectum, & ſalſa aqua intra nos genita parturiet: Cum verò aqua tertuceiana ſalſedinis particeps per aluum exeat id

non

non aliter fieri credendum eſt, quam multitudine, ac proinde pondere: Ita fieri contingit aliquando in hydrope dicente Hippocrate 6. apho. 14. *ab aqua inter cutem habito ſi aqua peruenſens in ventrem defluxerit morbus ſoluitur.*

Vidiſti aſcitem ſic nominatam, quia inter peritonęum, & in inteſtina tamquam in vtre colliguntur aquæ. hanc illuuionem numquam ſine ventis euenire experimentum docet vſus tamen obtinet, & medicandi ratio, vt ſi præualeant venti, dicatur Tympanites ſi, aqua aſcites, nomina a ſonitu, quem venter pulſatus efficit fuere impoſita. Nam in ventoſo affectu venter ſonat, vt tympanum, in aquoſo in modum vtris, qui Græce ἀσκὸς appellatur. Itaque corpuſcula diſperſa, ſunt venti: aliquantulum condenſata, aqua ſi verò naturæ tartareæ participent mucilago alba. Nos ſuperius, cum de ventis ageremus, tympanites meminimus nunc de aquis agentes aſcitem in medium attulimus, capite ſequenti de foſſilibus dicemus ac ibidem hanc mucilaginoſam ſpeciem, quæ leucophlegmatia Anaſarca ve aut ſarcites nuncupatur.

De inundatione externa Microcoſmi.

CAP. XIII.

FIT etiam aquarum illuuies nō intra corpus collecta ſed foras extra microcoſmi ambitum eiecta, quæ ſudor appellatur. Porrho in ſudore etiam duplex generationis modus conſpicitur, vnus per tranſcolationē, verſionemque ſanguinis in aquam, & hoc Galenus non negaret ſiquidem lib. aduerſ. Eraſiſtrat. c. 7. per ſudorem ſanguinem exhauriri, atque hac euacuatione quemadmodum & inedia, & frictionibus ſanguinis miſſionem ſuppleri ait. Alter guttantis ſudoris modus, eſt per vaporum cōdenſationem. nam ſi inſenſilis tranſpiratio, vt eſt apud Galenum lib. de atra bile, & ſæpe alibi, ſubtilitate dumtaxat a ſudore differt ſane ab eò, quod per inſenſilem tranſpirationem educitur, ſi incraſſetur, fiet ſudor, ideo tam ſudorum, quam vaporum euacuatio diaphoreſis dicitur. Itaque ſudoris, & vrinæ communis

A eſt naturæ 10. ſimpl. medic. facult. ſal enim diſſolutum vtrobique repetitur, & de vrina quidem ſuo loco dicemus de ſudore eſt manifeſtum; ſiquidem eius ſalſedo guſtu percipitur. *nam ſæpe numero nolentibus in os defluens dictam qualitatem indicat.* 10. ſimpl. medi. facul. & lib. de ſympt. diff. c. 5. quapropter ægrotus præcipimus ſuum ſudorem deguſtare ex conſilio eiuſdem Galeni 4. ſanit. tuend. c. 4. ſudores hi per alituum condēſationem præcipue fiunt in febribus, quod eleganter in libello de flatibus in hunc modum ſcriptum reperies. *ſpiritus compactus*
B *in aquam tranſmutatur, & per meatus penetrans extra prorumpit, eodem plane modo, quo a ferventibus aquis vapor eleuatus, ſi obſtaculum habeat, ad quod impingere oportet, pingue fit, ac condenſatur, guttaq; deſtilant ab his corporibus quibus vapor ipſe fuit impactus.*

An ſudor ſit euacuatio naturalis in controuerſiam vocatur Galen. diff. ſympt. c. 6. Dioclem, qui a naturalium euacuationum numero ſudorem reiecit, non recipit, inquitque *fortaſſe vere dubitaueris quiſpiam, & de ſudore cum nec ipſe natura lege incitat quippe*
C *quod Diocles etiam docere tentauit. Videtur autem dura eſſe opinio, & præter veram euidentiam, tamet ſi eam maxime probabiliter confirmat:* Item 10. ſimpl. medic. facul. ca. 15. poſtquam dixit ſudores & vrinas inter ſe differre addit. *Sicut vrina naturalis modice eſt pallida ſic & ſudor.* indicans ſudorem modice pallidum eſſe naturalem, & lib. de ſect. ad eos qui introducuntur cap. 9. ſic ait. *Sudoris autem vrina, & eius quod per aluum aut per vomitum ruit, genus non præter naturam eſt multitudo tamen nonumquam.* pro hac Galeni Sententia non deſunt rationes.
D nam ſerum quod materia ſudoris conſtituitur in ſingulis partibus ſecundum naturam colligitur, etiam in homine optime ſano, deinde ſi ſudoris & vrinæ eadem eſt materia, vt 10. ſimpl. ſuperius diximus & differentia eſt dūtaxat quod vrina e venis, ſudor ex vniuerſo corpore aduehitur. cum vrina excrementum ſit e numero eorum, quæ ſecūdum naturam aggregantur, in eodem etiam reponendus erit ſudor; præterea ſudor exit per loca conuenientia, & a natura expulſioni huius excrementi, & aliorum ſimilium deſtinata, nempe per meatus totius corporis, ad totius corporis expurgationem factos, vt no-

rat Gal. lib. 2. de temperamentis. cap. 5. tandem ſudor, vt reliqua excrementa, excernitur a naturali expultrice.

Cæterum quamuis Gal. lib. de diff. ſymp. citato duram appellet Dioclis ſententiam eã tamen nullis rationibus oppugnat, imo verò 1. aph. 15. eamdem Dioclis opinionem, & euidem fundamentum, referens acquieſcere videtur, ſiquidem nihil in contrarium affert, neque afferre debuiſſet; quandoquidem quicquid illic probare contendit, Dioclis ſermone probat, erat mens Galeni oſtendere ſuperfluitatum diffiationem eſſe opus naturæ, id nullo modo melius confirmare poterat, quam ſi doceret, id quod Diocles voluit, corpus in ſuo naturali ſtatu ſola euacuatione, per inſenſibilem tranſpirationem eſſe cõtentum, cum vero vlterius pergitur iam naturæ violentia infertur. *ob hanc cauſam Diocles inquit, ſudores eſſe præter naturam, quoniam omnibus, quæ ad corpus attinent, rectè adminiſtratis, & alimento a natura ſubacto, nunquam ſenſibilis humor per cutem excerneretur; Quæcunque enim in balneis, aut vehementibus exercitijs, vel propter æſtiuum calorem exudant homines, ex violentis cauſis originem habent: bene igitur omnia tempore hyberno in corpore animalis adminiſtrantur, quando hyems mediocritatem ſeruauerit: Nam immoderatas temperaturas, & ipſe Hippocrates in ſequentibus damnat: quod autẽ bene omnia hyberno tempore in corpore animalis adminiſtrentur; indicio non paruo ſunt naturæ opera fortiora. nam cibi in ventriculo bene concoquuntur, quoniam calor innatus plurimus eſt, & vna a ſuperfluitatibus ſomnis longioribus expurgantur, quæ quidem exquiſite extenuata ſunt, per cutem: quæ verò in vaporem conuerſa ſunt, per expirationem; quę verò ſufficientem habent craſsitudinem per vrinas. In his enim plus eſt ſedimenti, quam per æſtatem, præter id quod etiam tota vrinarum multitudo hyeme ſufficienter augetur.* Itaque Galenus, vbi Diocle opus habuit, recepit; vbi non habuit reiecit.

Valleſius vero lib. 5. contro. c. 2. quaſi negligentiæ Galenum arguens eo quod Diocli non reſponderit, ſuſcipit ipſe munus reſpondendi aitque, *quod ſi in hyeme minus ſudamus, non id fit ex caloris copia, ſed ex ambientis frigore, quod effluxus qui per cutem fiunt cohibet, eoque augetur per hyemem vrina copia ceſſante euacuatione, altera earum, quæ*

A *ſero euacuando deſtinatæ ſunt.*

Hæc tamen Valleſij reſponſio duplicem continet errorem, vtrumque manifeſtum; primum quia cohiberi ait per hyemem effluxum, qui fit per cutem, alterum quoniam duas ſeri euacuationes conſtituit. Et quod attinet ad primum, effluxus qui fiunt per cutem nec hyeme, nec alio quouis tempore, ſine maxima animalis noxa cohibẽtur: quod mille in locis teſtatum reliquerunt Hippocrates & Galenus, & notius eſt quam vt hic referre queam; neque verò diuites, quibus veſtes & tegumenta ſuperſunt in ambitu B corpus frigora meatus conniuere facientia patiuntur. Secundus etiam error intollerabilis eſt; nam in primis fruſtra natura bene ſe habens, vni & eidem exeremento duo deſtinaſſet loca, quod in nulla alia excretione feciſſe videmus, niſi quando præter naturaliter ſe gerit, vt in cholera morbo, aut in ſanguinis eruptionibus, cum aliquando fœminę ſimul & menſtrua, & hemoragias per nares habeant. Deinde ſi non ſudante homine copioſiores vrinæ redduntur, idque ſine noxa quorſum per plura facere oportuit, quod per pauciora recte præſtatur.

C Igitur ſudor vti diximus, vel eſt pars ſeri, vel eſt vapor condenſatus, vterque autẽ prę ter naturam educitur ſerum quidem: quia violenter a venis euocatur vapor condenſatus quoniam a præter naturali cauſa condenſatur, niſi enim cauſa condenſans adeſſet vtique ſola tranſpiratio pro euacuatione ſufficeret. Neque quicquam efficit Valleſius dũ ſic ait, *vt natura in duas partes diſtribuit potionem maiorem copiam in renes, quæ vſa eſt ad deductionem chyli in hepar, alia ab hepate in reliquas venas ad deductionem in totum corpus, ita duplicem expurgationis modum ſe-* D *ro præparauit mictum & ſudorem*. nihil inquam efficit primo quoniam copioſum ſerũ in chylificationem fieri falſum eſt, deinde quoniam ſerum, quod ab hepate per venas demandatur a venis ad emulgentes remeat, & deinde ad renes, aliter nihil vrinæ in morbis, quorum cauſa eſt intra vaſa ſignificarent.

Non ergo dura, neque temere prolata eſt Dioclis ſententia, quin potius durius videtur aſſerere euacuationem illius excrementi, quod aliam deſtinatam habet viam, quodq; poteſt ſine animalis detrimento non excerni, quod præterea non certas habet nec ſtatutas horas naturalem appellari.

Iam

Iam vero rationibus in contrarium adductis facillime reſpondetur. Neque enim verum eſt ſerum in ſingulis corporis partibus ſecundum naturam colligi, ſed in ſolis vaſorum capacitatibus: ſudoris verò & vrinæ, & ſi eadem ſit materia, non inde ſequitur eamdem euacuationem eſſe ſecundum naturam, imo verò quia ſerum & vrina idem ſunt, eũdem poſtulant euacuandi modum, hoc eſt per vrinarios meatus. Exit quidem ſudor per loca conuenientia non verò per loca a natura tali euacuationi deſtinata, nam meatus corporis deſtinauit natura ad fuliginoſa excrementa expellenda, quod ſi per ea ſudor exit id fit: quia cauſæ præternaturales dantur ſudoris prouocatiuæ; nec quia euacuatio per loca conuenientia fit ideo naturalis eſt nam ſanguis hemorroidalis per conuenientem regionem expellitur non tamen ſecundum naturam, ſic etiam omnia quæcunque moleſtant, expultrice vi expelluntur nec inde argues eſſe expulſiones naturales ſiquidẽ fiunt a natura irritata, quod de ſudore veriſſimum eſt: nunquam enim ſudamus niſi naturam aut balneo, aut moderato exercitio; aut acris calore adiuuemus. Ad hoc tamen reſpondet Manardus. non quia ſudor nunquam ſine externo irritamento profluit violentus eſt, ſicut nec concoctio, quam natura à moderato calore aduſta conficit violenta eſt. Sed dicat mihi Manardus, poterit ne natura rectè ſe habens ſine externo adiumẽto coquere? reſpondebit poſſe, ni velit abſurda loqui. At eadem natura non poteſt ſine externo adiumento ſudare, atque ita diſpar eſt in vtroque ratio.

Quæres autem ſi euacuatio eſt præter naturam, ad quem nam morbum ſequitur? Reſpondeo non omnem ſymptomaticam expulſionem ſequi ad morbum, ſed ſatis eſt vt ſequatur ad alterationem quamlibet, quæ morbi permanentiam non dum habeat, vt ſternutatio, ſequitur igitur ſudor ad ſuſcitatam corporis igneitatem per exercitia, aut ambientis intemperiem, vel aliquid ſimile.

De ſudoribus qui in morbis fiunt, multa ab Hippocrate habemus tum. 4. aph. tum etiam 1. prognoſ. ſed quoniam ſudores ſcaturientium aquarũ illuuiones eſſe diximus, & has contingit eſſe nunc calidas, nunc frigidas, vt in ſcaturiginibus fontium videmus nunc etiam copioſas, nunc in minori quantitate, & reliquas habere conditiones, præſtat

A aliquarum cauſas breui ſermone percenſere.

Sudoris in primis accidit, aut vt ſit multus, aut vt ſit paucus, multus in corpore ſano per ſomnum factus, in homine multo cibo vtente fit ex alimenti vaporibus; cæterum (vt ſapienter a Galeno 4. aph. com. 41. conſideratur) *ipſius multitudo altera duarum cauſarum fit, vel propter ciborum, qui ſunt recenter aſſumpti immoderantiam, vel illorum qui antea. Quod ſi propter recenter aſſumptos, prohibere oportet ne pluries aſſumant. quod ſi propter prius aſſumptos euacuare.* Sudor verò paucus eſt in homine ſa-

B no, nam de ſano loquitur Hippocrates in aphor. præcitato, vt indicat illud additum [*abſque cauſa manifeſta*] tunc conſiderare oportet an ſudor ſit perpetuus, & in eo caſu raræ corporis texturæ tribuendus eſt, vel eſt aliquando ſuperueniens, & ſaltem laſſitudinis eſt comes; tunc conſidera in qua parte corporis fiat, quia, cum laſſitudines ſpontaneæ morbos prænuntient, ex ſudore in hac vel illa parte intelliges cauſam morbum pariturum in hac, aut illa parte ſubeſſe; etenim cum. 4. aph. 31. dicitur, *qua parte corporis ſudor ibi ſignificat morbum.* intellige ibi cau-

C ſam morbi latere.

Sudor verò multus in corpore ægroto ſi in die decretorio fiat, & præcedentibus coctionis ſignis bonus eſt adeo, vt eum cohibere noluerit Galenus, quod ſi cum hoc habeat etiam quod perfecte ſoluat morbum non ſolum bonus, ſed optimus appellatur ab Hippocrate 1. progn. 26. ſi verò non perfecte febres & ſymptomata ſedet, fiat tamen in die decretoria, & ſit vniuerſalis totius corporis, ab optimis degenerat, bonus tamen nuncupatur. non finit autem perfectè morbum, quia licet ſit multus non tamen tantus, vt

D ſufficiat cauſam morbi vniuerſam euacuare; idque vel propter conſtipationem meatuũ, vel propter materiæ non perfectam præcedentem coctionem, vel propter aliquantulam debilitatem.

Exiguus ſudor in ægrotantibus fit: vel quia extreme ſunt debiles, vel quia alimentũ partium colliquatur, & dicitur ſudor diaphoreticus, vel fit per expreſſionem, vt in doloribus, & angoribus, in quibus, præ anxietudinis vehementia, poteſt ſimul cũ ſudore exire ſanguis, vt in Chriſto Domino; hi omnes vt ſigna, magnitudinem affectus denotant, vt cauſæ vires debilitant.

Alius eſt ſudor calidus, alius frigidus, de A calido nulla eſt dubitatio, quippe in corpore viuente ſcaturiens in morem aquarum thermalium per loca igne abundantia tranſeuntium, calidi etiam ſunt. frigidus maius faceſſit negotium. Thomas à Vega cauſam exiſtimat eſſe: quia natura contumaciæ humoris ita ſuccumbit, vt pugnare non audeat, ſed calidum, quo inſtrumẽto vtitur ad alias functiones, diuertat retrahatque. Verum, vt ingenue loquar, nunquam mihi hæc reſponſio arriſit. natura enim non ducitur intellectu, neque cum libertate operatur, vt poſſit eligere quo ſe inclinet libentius, ſed potius ſi B propter aliqua impedimenta nonnumquam non agit quantum oportet, at ſaltem ſemper agit quantum poteſt. Melius fortaſſe alij, quos ipſe non recipit, inquiunt fieri ſudorem frigidum per antiperiſtaſim. quid ni? ſi aquarum ſcaturigines in vniuerſo propter hanc antiperiſtaſim ſunt æſtate frigidæ, hyeme verò calidæ, profecto idem in microcoſmo contingere nulla ratio diſſuadet. Verum tamen præſtat hanc rem magis ad viuum reſecare.

Frigeſcente exterius corpore ſudorem, ſi exit, ſimiliter frigeſcere rationi conſentaneũ C eſt, idque Galenus fatetur 4. aph. 37. & tunc cum acuta febre mortem ſignificat, quia talis eſt lypiria in qua externa frigent interna comburuntur; quare ſi frigiditas externa prauum eſt ſignum in febribus 4. aph. 48. magis prauum erit cum frigiditate frigidus etiam ſudor. cum febre autem mitiore longitudinem denotat ægritudinis; non (vt Galenus vult) quia ſignificat tantam humores habere frigiditatem, vt neque a calore natiuo, neque a febrili calefiant, non quidem ob hanc cauſam, nam & glacies, & nix a calore vincuntur, neque vlla poteſt eſſe materia D ita contumax in ſua frigiditate, quæ non calefiat, non igitur quærenda eſt ratio ex parte materiæ ſed aliunde, nempe vel a debilitate naturæ, ob quam morbus producitur, manente ſcilicet materia diu abſque vlla elaboratione, vel quia conglaciata in meatibus materia, eos obſtruit, & ſic longiori morbo per obſtructiones occaſio præſtatur.

Sed febre exterius calidiſſima hominem detinente, quomodo poſſit ſudor exire frigidus maximam habet dubitationem, quam effugeret Auicenna, & ſectatores eius, qui lypitiam inducunt, in qua interna frigent, externa calent, quapropter ſudor ab internis partibus gelidis erumpens non niſi gelidus eſſe poteſt, nec verò in externis calentibus adeo dimoratur, vt poſſit calefieri, cęterum hæc febris in ſchola duntaxat Auicennę recipitur, quæ fortaſſis diligenter, & libere ſpeculanti non eſt impoſſibilis quando narcoticam materiam interius gigni vel ipſi met Galeno innotuit, & pulſus ſimiles ſanorum in febribus a materia frigida, in corde & arterijs exiſtente fieri admiſit.

At ne iſtam Arabum lypiriam admittere cogamur aliam ſudoris frigidi in corpore rationem oportet excogitare. Ea eſt extinctio ignis viuifici, cũ qua extinctione poteſt ignis febrilis adhuc vigere, & tunc quicquid educitur, nullo viuifico ſpiritu ſt patum, frigidũ eſt, atque ita magis in frigiditate ſua augetur, ob præſentiam febrilis incendij, non aliter atque aquæ, quas æſtate frigidas ſcaturire ſcimus. Hæc autem viuifici ignis inopia cũ febre acuta vlterius abſumente mortem pręſto adeſſe ſignificat, iam febre mitiore; & quæ non ita vorax eſt, pugnam efficit diuturnam ſiquidem vterque ignis eſt imbecilius.

Alij ſunt ſudores graueolentes, alij minimè, ita tamen vt qui grauem nõ ſpirant odorem dum refrigerantur, prauum ſtatim odorem acquirunt, quia dum calidi ſunt aliquantulum reguntur a natura, poſtea ab eadem deſtituti putredinis ſeminaria, quæ in ſe habent, non difficulter produnt ſudor ſuauiter olens vix vmquam reperitur, & certe nunquam in ſenibus, aliquando autem, ſed raro in iunioribus: talis tamen magnus ille Alexander fuiſſe perhibetur vt eſt apud Plutarchum in eius vita cuius verba placet adſcribere *ſuauiſſimum odorem ab ore & vniuerſa eius carne exhalaſſe, ita vt & tunica fragantia, repleta inde ſint, in Ariſtoxeni legimus comentarijs, cauſa fortaſsis fuit calidum, & igneum corporis temperamentũ. Bonus enim odor ſi Theophraſto credimus, exiſtit, cum humores a calore coquuntur, itaque ſicca & torrida orbis terrarum partes plurima & optima gignunt aromata, quod Sol humorem, qui in ſummis corporibus veluti materia putredinis innatat, attollit. Et conſentaneum eſt Alexandrum ob calorem corporis bibacem, iracundumque fuiſſe*. ſic Plutarchus verum aliquid aliud præter calorem huius rei cauſam agnoſcere libet, aliter non ita rara res eſſet.

ſet. erat igitur felix partium compoſitio, & optimi balſami a prima origine abundantia ſic non ſola caliditas orientales tales plantas odoriferas edit, ſed melioris ſoli educatio ſiderumque, & præcipue Solis præſtantiores influxus: haud iniucunda hiſtoria de ſudoris odore huncad locum accommodari poteſt. Rex Aracam, ſic experitur vxoris futuræ temperamentum. Duodecim Virgines lectas annos totidem natas, quot illæ ſunt, lotas Goſſypino indui iubet panno; tum ad meridiem vſque ſub Sole morari in ſumma ædium area incruſtata. vbi deſudarunt, quod cum facile, tum vehementer fit, odor cuiuſq; indumenti exploratur.

E contrario, qui earundem particularum vitio laborant, vt elephantiaci, atque etiam venerea labe infecti maleolentem emittunt ſudorem. Ex axillis vtpote emunctorijs ſudor fere omnibus fœtidus emanat, præcipue adoleſcentibus, qui venere vti incipiunt, ſunt quibus pedes grauiolente ſudore, vt plurimũ ſcatent, ſunt hæc indecora. naturæ expurgamenta: Sapores etiam varios in ſudoribus reperiuntur licet ſalſus ſecundum naturam ſe habentibus ad eſt reliqui præternaturalium rerum mixtionem atteſtantur.

De pluuia Microcoſmi.

C A P. XIIII.

HOMINES (inquit Plato in lib. de rep.) Lacunarum inſtar, aqua, flatuque exuberantium, coegerunt peritos Aeſculapij ſucceſſores morbos quoſdam nouo numine deſtillationes, inflationeſque appellare; aſcẽdentes igitur nubes ex lacunis in altum condenſantur, & pluuiam efficiunt, quæ catharrus appellatur. Itaque proprie defluxiones a capite, ſunt catharri. licet peculiariter hoc nomen deſtillationi ad pectus conueniat. Nõ placet Fernelio lib. 5. pathologiæ cap. 4. catharrum fieri more pluuiæ per aſcenſum vaporum *recentiorum* (inquit ille) *turba non ſatis probabili Auicennæ dogmate omnem deſtillationis materiam ſtatuit e iecore calidiore ſuſcitari: multos inde vapores in caput efferri, qui deinde cerebri frigore in aquã verſi protinus relabantur, perinde atque terrarum expirationes, quæ in nubes concreſcentes mox*

A *diſſoluuntur in imbrem*. Rationes quibus hanc ſententiam reijcit. ſunt tum quia minimum excrementi, hac ratione congeri poteſt, tum quia ijs qui vel temperato, vel frigido ſunt iecore, deſtillationes plerumque fiunt; & hæ quidem, quemadmodum & reliquę fere omnes, a capitis imbecillitate, & frigida intemperie, quæ omnium ſunt cauſarum creberrimæ ac validiſſimæ.

Cęterum, quicquid ille, ſuo more, ſuperbiat, inania ſunt, quæcunq; proijcit. poteſt quidem per aſcenſum vaporum nõ minima, ſed maxima excrementorum quantitas, in B capite congeri, nunquid non ille, in ſua patria vidit ebrios? ſunt tamen, & caput habent plenum vaporibus aſcendentibus, adeo vt oculos attollere nequeant. Vidit forſan fluxiones a capite durare per menſes, imo per annos, & exiſtimauit, totum id quod deſtillatur, fuiſſe prius ſimul congeſtum. At non ita eſt neque etiam qui diarrhæa laborant (Diarrhæam Galenus lib 3. cap. 4. de ſymp. cauſ. catharro comparat) ſimul habent congeſtum totum id quod poſtea innumeris excretionibus per aluum emittunt, ſed in catharro cerebrum, in diarrhæa ventriculus C peccant in craſia, ac ſucceſſiuè materiam excrementoſam gignunt: præterea reliquiæ huius materiæ alimentum denuo aduenìens corrumpunt, & iccirco ſapienter ab Hippocrate 2. aph. 10. dictum eſt *impura corpora quo magis nutries eo magis lædes*. Itaq; imbecillitatem cerebri, & diſcraſiam eiuſdem catharros efficere non nego, aliquando verò improportionatam materiã illuc aſcendere, quam coquere non poteſt, non eſt negandũ.

Quod verò ijs, qui temperato vel frigido ſunt iecore contingant catharri, nemo quidem negat, ſed dupliciter reſpondetur, pri- D mo iecur, & inferiora quamtumuis temperata, aut frigida poſſe qualibet de cauſa incaleſcere, & ſic occaſionem præbere aſcenſui vaporum, neque enim catharri nec aliæ ægritudines fiunt in homine naturaliter ſe habente, ſed in præternaturaliter affecto. Secundo quamquam ij qui frigido ſunt iecore in catharros incidunt ex materia in cerebro genita nec aliunde tranſmiſſa, hoc tamen nõ prohibet eſſe alios in quibus vapores ob calidum iecur tranſmittantur, atque ita iam opinio Auicennæ tenet, & Fernelij ſententia a ſua illa altitudine cadit. Nam ijs, qui Auicennam ſequuntur ſatis eſt quod fiat catharrus,

rus, vel ex genita in cerebro materia, vel ex vaporibus aſcendentibus. Fernelius verò qui omnino vaporum aſcenſum ad catharri materiam non admittit nihil probaſſe conuincitur. Denique fieri catharrum nonnunquam per idiopathiam hoc eſt, generationē cruditatum in capite aliquando etiam per ſympathiam ſiue per conſenſum aliarum partium non eſt negandum; pręcipuum autem membrum excitans catharrum ventriculus eſt in quo tamquam in palude aqueus exundat liquor, hinc eſt, quod vnuſquiſque etiam in optima ſanitate conſtitutus ſi vomitum prouocet aquam educet, neque deeſt calor fumos eleuans. Eſt etiam & iecur: nam teſte Galeno 3. loc. affe. c. 7. *qui calido ſunt iecore plurimo halituoſoque ſanguine abundant.* vbi ſanguis eſt halituoſus facile caput halitibus repletur, hi cum plures ſint quam concoqui poſſunt excernuntur. *ergo qualis in ventre diarrhæa paſſio ex mala coctione fit, tale eſt in cerebro, prædictorum vtrumque catharrum ſcilicet nominantibus cum quod ſuperuacaneum eſt, in os defluit; coriZam cum in nares: branchos autem ſiue raucitas catharris ſuperuenit, faucibus ſcilicet humore imbutis. quod ſi in gargareonem fluxio procumbat, aut in ea gignit, quam ex ſimilitudine græci ſtaphylen, id eſt acinum vocant: aut alias eam in tumore attollit at ſi in glandulas. quod ſibi ex aduerſo in oris termino vtrinque iacent antiadas, ſi autem in ea, quæ ijs proxima ſunt pariſthmia: defertur capitis fluxio, & in ventriculum, & in aſperam arteriam, vtrumque magnopere lædens.* lib. 3. de ſympt. cauſ. c. 4.

Neque verò immorabor in refellendis rationibus, quas Bottalus, Fernelij quaſi aſſecla, adducit: nam res eſſet tædioſa & inutilis, præcipue cum vnaquæq; ratio manifeſtā habeat reſponſionem ſciat tamen Bottalus, & maxime Fernelius, ſe non medicorum turbæ contradicere; ſed primoribus medicinę proceribus, ac in primis ſapiētiſſimo Hippocrati, qui in libro de hominis ſtructura, *cerebrum* (inquit) *a ſtomacho humectatur* & lib. de glandulis *caput ſupra ſitum eſt ſurſum cauum, & rotundum exiſtens, humiditatem ex reliquo corpore amplectens, & corpus ſimul vapores omnis generis ſurſum in caput demittit.* lib. 2. de morb. *caput autem ex corpore trahit, trahit autem vbi fuerit calfactum: percaleſcit autem a cibis, & ſole, &*

A *frigore, & laboribus, & febrili calore, cum verò calefactum fuerit tenuiſſimum ex corpore ad ſe ipſum trahit, vbi verò traxerit rurſus id ad corpus deſcendit.* Et in Epiſtola ad Demetrium Regem. *Radix humanorū morborum caput, & maximi morbi ex hoc accedunt. cum enim veluti cucurbita medica incumbat, contingit vt ipſum omnium eorum, quæ ingeruntur ſuperfluitates attrahat, & tenues humores*; plura ſunt loca, in quibus idem teſtatum magnus ſenex reliquit. Denique tam facile eſt caput ab inferiore regione fuligines ſuſcipere, vt dicat Galenus 4. de

B cauſ. pulſ. c. 8. *nunquam in pleuritide, & peripneumonia fieri, vt caput non lædatur, quod humorum excipiat in inflammationibus putrium fuliginem. Verum cum putris humor ſit biliosus vaporem habet in modum fuliginis aerem; qui mordicat, & erodit, irritatque cerebrum, itaque ad delirium perducit, ſi pituitoſus ſit nec fumo acri ſimilis, ſed caligini craſſa, turbulenta, quaſi nubem quamdam ad caput attollens humectat id, grauatque cerebrum, cogitque in grauem ſomnum deferri, ac ſopiri hominem.* ab eodem Galeno 1. de loc. aff. c. 3. dictum eſt, *affici caput quando ven-*

C *triculo conſentit, ægrotare verò, cum proprio affectu laborat.* Non deſunt ex alijs multi qui eodem modo loquuntur ita, vt iam non medicorum turbam ſed medicinæ coryphæos hanc viam tenuiſſe dicendum ſit.

Stultū verò eſt interrogare per quas vias fuligines iſtæ aſcendant? Videmus in febribus linguam tetris fuliginibus conſpurcatā, at non ita recto itinere ad linguam quemadmodum ad cerebrū fit progreſſus. in catharris autem quis eſt qui linguæ candorem non conſideret. Sunt vaſa, ſunt meatus, ſunt maiores inanitates, quas natura agnoſcit, & li-

D cet vaporum magna quantitas deperdatur, & parietibus vaſorum maneat adhęrens, alia per tranſpirationem egrediatur, tamen magna pars accedit ad cerebrum. Grauitas capitis quæ catharrum comitatur, id oſtendit.

Dubitabis nunc quomodo. caput calidū, & calore trahendi vim potentiſſimam habens poteſt vapores condenſare eadem dubitatio occurrebat cum de ſudore per cutem calidam exeunte loqueremur ſed placuit in hunc locum ſeruare. Videtur dubitationem augere quod aquæ in ſubterraneis meatibus (ex Ariſtotelis ſententia) fiunt vaporibus à frigore condenſatis, & ſimiliter pluuia in ae-

re. ſi igitur ſudores inundationibus aquarũ, ſi catharros pluuijs comparamus, & eos ex vaporibus condenſatis fieri, dicimus quomodo in corpore præternaturaliter calido id admittimus. Reſpondendum vapores, cum detinentur, & conglobantur, abſque frigore, ſe ipſis condenſari, id vides in ollarum coperculis id norunt ſpagyrici qui vapores in ſtillatorio vaſe admodum calido aſcendentes in aquã verti experiuntur: hinc eſt quod non in hyeme duntaxat fiunt pluuiæ, ſed multoties in æſtate dummodo vapores abundent.

Communis opinio ſumpta ex Hippoc. libello de locis in homine, tenet pluuiam a capite deorſum detrudi vel a frigido, vel calido, a frigido comprimente, a calido autem attenuante. Vtranque fluxionis cauſam examinare libet quandoquidem expreſſio facta a frigido adeo diſplicuit Ioanni Langio, & poſtea Ludouico Mercato, vt nihil apud eos magna magni autoritas Hippocratis valuerit quin eam teiecerint. Cęterum non poſſum non mirari hominum arrogantiam, ne dicam impudentiam, qui cęteros per contẽptum nominantes, rem ſuam agere exiſtimant, ſic ſuperius Fernelius turbã medicorũ dixit deceptam Auicennæ dictis, ſic etiam nunc Mercatus vulgus medicorum deceptum ſententijs Hippocratis libello de locis in homine, & Galeno 3. aph. 12. tenere ait defluxiones fieri per compreſſionem. At heus tu medice non vulgaris, qui te altum ſapere arbitraris, & Hippocratem nunquam. vulgaria ſed ſemper recondita proferentem ne precario quidem recipis, affer tuas non vulgares rationes quibus niteris.

Capere intellectus nequit (ait ille) *qui poſſit cerebrum tantam viuente animali ſuſtinere frigiditatem, quantam par eſt, vt partes præ congelatione condenſatæ intra craneum expellant.* ò pulchram rationem: nos loquimur de externo frigore, tu talem in viuẽte animali dari non poſſe ais. exémplum à Galeno allatum poterat te manu ducere inquit enim. *Caput enim prius émpletum eſt in calida atque humida conſtitutione, frigus autem ſuperueniens, veluti manus quædam extrinſeca, comprehendens, ac premens cerebrum veluti ſpongiam quamdam exprimit illam, quæ in ipſo continetur, humiditatem.* enarrat ibi Galenus ea, quæ eueniunt in conſtitutione aquilonari, quando auſtralis præ-

A ceſſit exprimitur igitur cerebrum humido ſucco ſcatens, tamquam ſi ſpongia manu exprimeretur. Spongiam autem exprimi ſcimus externa ſuperficie compreſſa, ita vt ſucceſſiue interiores meatus comprimãtur: iam igitur non internum frigus, ſed externum comprimens interiora magis cõprimi cogit.

Addit ille *ex minore frigiditate lethargum, & melancholiam & ſomnum profundũ, & huius cenſus alia ſuperuenire, quare non fieri poſſe exiſtimat, vt cerebrum maiorem frigiditatem, maioremque compreſſionem ex congelatione ſubſtineat, quin inſitus calor*
B *extinguatur aut graue malum fiat.* ſic ille cui neſcio quomodo in mentem venit fieri compreſſionem ex congelatione certè ſibi fingit hoſtem, quem oppugnet, nunquid ſpongia congelatur, vt liquorem ex ſe exprimat. accipe ſpongiam aqua plenam relinque illam aeri hyberno ſuppoſito vaſe ad excipiendum humorem, & inuenies humidum a frigore expreſſum. Deus bone nunquam ne veſtes madentes aeri aquilonari, vt exſiccarentur expoſuiſti? Sed quomodo exſiccantur? nempe per compreſſionem, quid ergo dubitas? dubitas fortaſſe, quia cerebrum ſic
C compreſſum, quod congelatum appellas, multo facilius apoplexiam quam catharrum efficiet. Et hoc ita eſt ſi compreſſio ſit totalis aut ſaltem magna vnde ſi quis nudo capite aeri frigidiſſimo, & niuali ſe exponat apoplecticus cadet, non per congelationem cerebri, aut humoris in cerebro contenti, neque enim ita facile congelantur viuentia, ſed ob omnimodam compreſſionem, propter quam ſpirituum facultatumque ſedes recluditur, & tranſitus impeditur, ſi quis vero aeri hyberno incautus caput ita exponat, vt lenem aut mediocrem ſentiat frigiditatem is
D catharrizabit.

Imaginatur ergo iſte non vulgaris homo cerebrum quemadmodum ventriculũ hyeme calidius eſſe, ac proinde apertis a calore vijs, & liquatis humoribus defluxiones fieri, atque ita ex duabus deſtillationis cauſis caliditatem & frigiditatem ab Hippocrate ſtatutis priorem duntaxat admittit. Sed libet quærere ab illo, num ab iſto maiore calore, quo ventres hyeme abundant fiant feliciores coctiones? hoc vt arbitror non negabit ſiquidem ideo Hippocrates tunc temporis copioſiora exhiberi alimenta iubet quæram vlterius, num coctiones procedant incraſſando?

do? & hoc quidem admittet. iam ergo ex iſto maiore calore non attenuabitur humor ſed craſſeſcet; Reſpondebit ille in hunc modum, cum Hippocrate de locis in homine; *omnis humor calefactus tenuior fit*. Sed ſi Hippocratem in hoc recipit, cur in alio non recipit?

Concoctio igitur fit ab igne, & per concoctionem omnia incraſſari dixit Ariſtoteles 4. meteo. c. 2. & Galenus 4. acut. c. 4. & 2. progn. cap. 33. tamen coctio, & eliquatio diuerſæ res ſunt nam coctionem accipere, ſeu perfectam ſeu imperfectam apta ſunt omnia, liquari non omnia poſſunt, aut ſaltem non ab eodem. ignis aliqua indurat, quædam etiã eliquat vnde Virg. Eclog. 8.

Limus vt hic dureſcit, & hæc vt cera liqueſcit
Vno eodemque igni.

Cerebrum ab igne induratur, medulla liqueſcit; Zaccharum, & nitrum omnia igne dureſcunt. in loco humido diſſoluuntur, e contrario metalla, igne liqueſcunt, ſi aquam admiſceas non liquantur; plura alia ſunt, quæ diuerſimode ſe habent, quorum aliqua Lucretius lib. 6. his verſibus percurſit.

Principio, terram ſol excoquit: & facit are:
At glaciem diſſoluit, & altis montibus alte
Extructas ningues radijs tabeſcere cogit.
Denique cera liqueſcit in eius poſita vapore.
Ignis item liquidũ facit æs aurumq; reſoluit:
At coria, & carnẽ trahit, & conducit in vnũ.

Longum eſſet, & præter præſens inſtitutum horum omnium rationes reddere; Ariſtoteles 4. meteo. quicquid a calido condenſatur diſſolui ait ab humido, quicquid dureſcit a frigido, liqueſcere a calido. hoc tamẽ ſic vniuerſaliter prolatum innumeris ſcatet difficultatibus quandoquidem pinguedo a calido fit facta, & a calido liqueſcit, nix verò, & glacies quæ a frigido fiunt non ſolum a calido ſed etiam humido liquantur. metalla nõ concreſcunt a frigido, & tamen diſſoluuntur a calido. Qua propter melius videtur dicendum compactam ſubſtantiam & optime fermentatam, qualem habent metalla non niſi a potentiſſimo agente, qualis eſt validiſſimus ignis diſſolui adeo, vt ſi parum aquæ inijcias diſſolutionem impedies, ſi metalla liquentia ab igne extrahas, quamuis in loco calido relinquantur condenſari incipiunt. Quæ verò leuiter ſunt compacta, vt nix & glacies, tum a quolibet leui calefaciente, tum etiam

A ab humido, quod intra ſuos meatus recipiũt, diſſoluuntur, & in humidi intus recepti ſubſtantiam abeunt, coria nimium poroſa, & facile ab igne exſiccante contrahuntur, & facile etiam ab humido meatus occupante diſtenduntur. Lutum verò ab igne ſeu a ſole induratur: quia mollitiem, habet a corpuſculis facile in vaporem abeuntibus, quod ſi actio ignis diutius duret omnia ex tenuia corpuſcula a quibus reliqua compaginantur prorſus euaneſcunt atque ita e luto fit puluis. cera verò liqueſcit: quia pingue in ſe habet, pingue verò difficile euaneſcit experimento,
B id agnoſcis; nam ſi olei & aquæ ſeu vini partes æquales ad ignem ebullire facias, aqua ſeu vinum euaneſcunt oleum relinquitur, hæc tamen obiter dicta. Vt ſcias non vnam ſimplicem eſſe cauſam cur ad ignem hæc liqueſcant, illa dureſcant.

Quod ad rem noſtram facit, eſt cognoſcere cur ſi ignis proprium eſt rarefacere, ac proinde attenuare, etiam eiuſdem eſt proprium incraſſare tum coquendo, tum partes tenues euaporando. Dicendum omnem ignem, ſua ui, partes omnes ſeparare, atque ita rarefacere, quæ autem rarefiunt liquefieri dicuntur,
C quandoquidem tenue a craſſo ſeparatur, cũque tenue ſit in maiore quantitate, id verò quod craſſum remanet in minima videtur totum liqueſcere, maximè ſi non datur ſequeſtratio per quam craſſum & tenue vnum ab alio in diuerſis locis ſeparatur: Sed vtroq; manente eodem loco tenues partes deſinunt ſimul cum craſſioribus eſſe compactæ. Quod autem hæc ſit vera liquatio colliges ex Galeno 5. ſimpl. med. facul. c. 13. vbi loquens de medicamentis vrinam cientibus ſic ait. *eius generis ſunt ſemen apij, petroſelini, fœniculi, dauci, agrioſelini, ſemyrnij, & ſane ipſum*
D *quoque ſe ſoli, & ammi, & phu, & meon, & aſaron, & acoron a quibus ſanguis non extenuatur duntaxat, ſed & funditur, ac ſecernitur non ſecus, atque lac, quod coagulatur ſeroſo videlicet & tenui ſeroſum ſegregato, craſſo verò in ſe coeunte. ſiquidem ad id quod facillime ad ſe trahunt renes quod in ſanguine aqueum tenueque ac ſeroſum eſt, vtraque hæc conferunt nempe totius ſanguinis primũ fuſio deinde congregatio* ex vltimis verbis intelligis liquationem, ſeu fuſionem diuerſam, eſſe a ſegregatione.

Hæc liquatio ſi fiat ab igne dum naturæ eſt inſtrumentum optima eſt quia inutile relinqui-

linquitur vtile verò vtpote quod partibus inter ſe ſympathiam habentibus conſtat, coaleſcit, atque ita coctum dicitur, & coctio incraſſatio cenſetur. ſi verò ab igne extraneo ſubſtantia funditur, & liqueſcit, partes quæ remanent diſſolutæ vel habent inter ſe antipathiam & putredo appellatur, vel non habent quidem partes ſibi inuicem contrariantes, deſunt tamen aliquæ ex glutinãtibus ſeu condenſantibus, & ſic liquidum manet id quod ſemel liquefactum eſt.

Hæc cum rationi, & rerum naturæ ſint conſona immerito Mercatus dixit calorem hyeme intus auctum humores fundere talis enim calor cum naturalis ſit coctiones non liquefactiones operatur. Sed obijcies medicamenta quibus materia catharri incraſſatur ne fluat eſſe diacodion, diapapauer, & ſimilia quæ frigiditate condenſant, hæc ego ſic admitto, & calorem cum Hippocrate materiam quæ in cerebro detinetur fudendo deſtillationes efficere. Sed non is eſt calor, qui intus colligitur propter ambientis frigiditatem, verum alius maioris efficaciæ, tùm a cibis & potu, tum à ſolis ardore introductus quapropter ignis iſte præternaturalis tripliciter catharris gignendis eſt accomodatus, primò quia ex vniuerſo corpore ebullitione in eo facta, vapores eleuat, ſecundu quia caput inflammatum trahit pluſquam concoqui poſſit, tertio quia liquat id quod in capite continetur. his autem catharris factis ab immoderaro ardore cum liquefactione materiæ iure optimo ſuccurritur papauere, & alijs quæ materiam conglaciare poſſunt, aliæ verò deſtillationes, quæ fiunt a frigore vel exprimente, vel coctiones impediente, medicamentis indigent coquentibus, & moderatum naturæ ignem fouentibus atque iuuantibus.

Cæterum ſicut venti antecedunt pluuias, ita & flatus antecedere ſolẽt catharros, quomodo autem ex flatibus defluxiones fiant explicatur elegantiſſime libello de flat. *Quum igitur venæ circa caput aere repletæ ſunt, primum quidem caput ipſum propter flatus incluſos aggrauatur, deinde conuoluitur ſpiritus cum ſanguine propter anguſtiam viarum, tenuiſsimum autem ipſius ſanguinis per venas excluditur, atque id ipſum tenuiſſimum liquidum cum coaceruatur, per alios meatus fluit: & vbi tandem cumulatim progrediens conſtiterit, ibi conſtituitur & mor-* A *bus. Si itaque ad oculos peruenerit, ſequitur eorum dolor: ſi ad aures, morbus & illas occupat, ſi ad nares grauedinem generat: Si ad pectus raucedinem. Pituita enim ipſa acribus humoribus permixta, quocunque prorupetit, maxime in non conſueſos locos, eos exulcerat. Quod ſi fauces teneras aliàs fluxus petinerit, eas exaſperat, ſpiritus enim qui fauces ingreditur, ad pectus vſque procedit, ac rurſus effertur per eamdem viam. Qum autem ſpiritus ingrediens in fluxum qui intus eſt inciderit, tuſſis gignitur, & repetitur rurſus pituita. Quæ cum ſic habeant, fauces* B *exulcerantur, exaſperantur, & inflammantur, atrahuntque calefactæ humorem de capite, caput autem rurſus ab alijs corporis partibus atrahens, his tranſmittit.* Hactenus diuinus Hippocrates, Itaque ſiue a frigido ſiue a calido, ſiue a flatibus catharrum fieri dicas, ſemper cruditates ei materiam præſtare fatearis neceſſe eſt: ideo Galenus 2. de tempet. c. vlt. 1. de ſan. tuend. c. 5. lib. 3. aph. vlt. inter vitia frigida catharrum numerauit reſpiciens fortaſſis magis ad materialem quam ad efficientem cauſam, per quas autem vias deſtillatio fiat ſic accipe.

C Cerebrum multo humido perfunditur, quod ſapienter a natura ſtatutum eſt (vt notauit Auicenna lib. de Anima vlt.) nè continua cogitatione facile inflammaretur. habet etiam præter humidum naturale multũ excrementitium, tum quia cerebri ampla copioſaq; medulla multo eget alimento, a quò neceſſe eſt multum quoque excrementum gigni, tum etiam quia & ratione ſitus, & ratione laxitatis ſubſtantiæ concipit in ſe vapores plurimos, qui tanquam in foueis concreſcunt. nec homo aliunde habet, vt præ cæteris animantibus ſit deſtillationibus ob- D noxius, quam a magnitudine cerebri, & ab erecti capitis poſitione. vbi ergo tanta ſuperfluitas, impuritaſque accumulatur impedirentur vacuitates, & quotidie apoplecticus euaderet ni apertos haberet canales, per quos excrementa deriuantur. præcipue cum cerebrum neque coquendi munere plurimum valeat neque retinendi; vtpote quod imbecille eſt, ac propterea inter glandulas ab Hippocrate numeratur (glandulæ autem teſte Galeno lib. de cat. cur. per ſang. miſſ. c. 8 & alibi excipiendis recrementis idoneæ ſunt, tũ ob ſubſtantiæ laxitatem, tum quia omnium partium minimè robuſtas habent naturales

virtutes) Duo ſunt expurgatorij meatus a
cerebro late patentes. in primis canales duo,
qui cerebri, a prioribus ventriculis initium
ducentes primo quidem ad peluim, mox ad
cuneum, & ſpongoides os perueniunt, per
eos enim ad palatum, & os excrementa edu-
cuntur. Prædicti autem canales ſoli expur-
gando ſufficiunt cerebro, dum animal recte
ſe habet alimentumque optime concoquit.
Deinde ſunt alij duo canales, qui, ex ante-
rioribus ventriculis, ad nares perueniunt pri-
mum & præcipue facti reſpirationis ergo,
deinde propter olfactum, tertio ad expurgã-
da cerebri excrementa, cum aliquantulum
non tamen extra terminos ſanitatis ſuper-
fluunt. Cum verò nimia accumulatur ſu-
perfluitas tunc magna copia ad prædictas
duas vias, non ſine noxa, concurrit; nares a
conglaciata materia obturantur, & nil niſi
aqueum, emungendo per hanc viam expri-
mitur donec concoctione, mediocritatem
materia obtineat. Ductus iſte impeditus
cauſa eſt, vt per peluim, ſiue infundilulum,
longe maior materię quantitas dimittatur:
hæc non ſatis eſt, vt ſolo ptylianiſmo educi
poſſit, verum cadens per aſperam ad pectus
tuſſim excitat, tuſſi nihil expuens dum te-
nue eſt, nam impulſum effugit nihil etiam
educens dum nimis denſum, nam adhæret
adhuc mediocritas expurgationi aptiſſima
eſt.

Sunt aliæ viæ per quas materia ſi quando
nimium exundat deferri ſolet, venæ ſcilicet
caput ambientes, quæ quamuis nutrimento
deferendo inſeruiant, poſſunt etiam materiæ
fluenti eſſe viæ; Fernelius lib. 6. path c. 18.
fluxiones in articulos non aliunde, quam ex
capite fieri ſtatuit, non a cerebro aut maiori-
bus cerebri ventriculis, in quibus pituitoſum
excrementum coaceruari cumulari ve ſolet
(hoc enim vel foras per nares, vel per pala-
tum in aſperam arteriam, aut in pulmones,
aut in ventriculum interioreſque ſedes illa-
bitur) ſed ab exterioribus capitis partibus
extra caluam poſitis, e quibus ſuperuacaneus
humor per ſumma corporis ſub cute deorsũ
decurrit: Cumque capitis craſſa denſaque
ſit cutis e qua capilli ſic creſcunt, non quem-
admodum e reliqua corporis cute illinc hu-
mor expiratur, fluit igitur non per ſpinalem
medullam (paralyſis enim fiet) non per ner-
uos, & muſculos ſed facile ſub cute, vbi laxę
& amplæ ſunt viæ, ſic attritidem fieri dicit

A non a varijs humoribus ſed ſemper a pitui-
toſo & ſeroſo. locus autem in quem talis hu-
mor recipitur nunquam, aut admodum ra-
ro (quod præter multorum opinionem aſſe-
rit) in id cauum ac ſpatium penetrat, quod
inter oſſium extrema interuenit, ſed in vin-
cula dumtaxat, atque in eas membranas, quę
extrinſecus oſſium extrema nectunt, & am-
biunt, ac etiã in tendones eò directos id pro-
bat argumento: quia in nodoſa tophaceaque
podagra, aut chyragra humor concretus a-
perta ruptaue cute plerumque eruitur e di-
gitorum articulis, vinculo illæſo permanen-
B te, præterea in coxendico dolore, ſi humor
in cauitate conditus eſſet, nec tam vehemẽ-
tem, nec tam late diffuſum dolorem inuehe-
ret, quippe vinculum obtuſi eſt ſenſus; ſic ſe
habet Fernelij paradoxum, ex quo non leuẽ
ſibi gloriam aucupatur. cæterum vt eſt hu-
manum ingenium fallax vnde gloriam quę-
ſiuit, vituperium reportauit: Nam iure opti-
mo a pleriſque reprehenditur tamquam rei,
quæ omni rationi, & experimento aduerſa-
tur inuentor.

Nam quamuis a capite poſſit aliquando
oriri fluxio non tamen (vt Fernelius exiſti-
C mat) id perpetuum eſt, ſed vel per modum
pluuiæ. a capite, vel per inundationem a re-
liquis partibus poteſt contingere. Et a capite
quidem ſi quando fluit, non per externas, &
ſubcutaneas partes fieri Fernelio conceden-
dum eſt: cum enim partes illæ ſint ſenſu
præditæ neceſſario materia illa diffluens de-
beret dolores, horrores, aut ſaltem algoris
ſenſum inferre, & tamen hoc non ita accidit
in articularibus doloribus, accidit autem in
deſtillationibus alijs quæ ad articulos non
perueniunt: aliquando verò, neque id nega-
bo ante defluxiones ad articulos ſolet aliquis
D horror ſentiri, verum id per quam rarum eſt
poteſtque fieri quia materia tanta eſt, quæ
poſſit & interius ad articulos, & exterius ad
alias partes defluere.

Quod verò fluat aliunde quam a capitẽ
ratio in promptu eſt, mulier ex menſtruorũ
defectu ſolet podagra laborare, quod Hipp.
6. aph. 29. non ſiluit, non eſt autem creden-
dum ſanguinem, qui per menſtruas purga-
tiones fluxurus erat, ad caput recurriſſe, &
inde per ſubcutaneas vias deſcendiſſe. con-
ſpicuus eſt tumor venarum in articulis do-
lentibus, vt ex hoc poſſis cognoſcere per ve-
nas materiam fluxiſſe, hoc agnouit Ferne-
lius,

lius,& fugam excogitauit, inquiens. *quod ſi rubor aut calor interdum maximeque in chyragra,& podagra cernitur, is non ex morbi eſſentia, ſed ex vehementia doloris, qui ruborẽ, caloremque nonnunquam,& febrem accerſit.* Sed dicat mihi Fernelius, cum rubor & calor,& venarũ tumor dolores antecedit, nunquid a dolore fieri dicet? at aliquando hæc accidunt nullo adhuc infeſtante dolore, e contrario etiam multoties inflantur venæ,& inflammatur pars, cum dolor ceſſat, ſignum quidem manifeſtum materiam, quæ internas partes affligebat ad externas eſſe tranſmutatam. Denique iure optimo autores B arthitidem inter inflammationes reponũt, non quidem inflammationes proprie dictas hoc eſt a ſolo ſanguine, ſed ab aliq quocunque humore, qui flammeam diſpoſitionem ſubiuit, qui loquendi mos ab antiquis fuit receptus, vt affirmat Galenus 2. ad Glauconẽ atque adeo nullo promptius remedio huic malo ſuccurritur, quam ſanguinis miſſione, quod mihi non ſemel contigit, & præcipue in nobiliſſimo viro Andrea Caietano, per quinquaginta dies atrociſſimis doloribus iactato præcipue in coxendice,& miſſo ſanguine repente fuit libertus.

Et quoniam vulgares Medici deriuatorio cauterio (fonticulum appellant) in hoc morbo vtuntur, cumq; ſæpe numero a promiſſæ ſanitatis ſpè fruſtentur, aliquando tamen aliquid vtilitatis percipi videant, vnde hoc accidat breuiter explicare libet; Quemadmodum inuſtiones factæ in parte affecta frequenti in vſu fuerunt apud antiquos, ita etiã deriuatorijs Fontanellis raro vſos fuiſſe cõperimus. neque enim Galenus alioquin ſuorum remediorum maximus celebrator huius auxilij mentionem facit, neq; apud Hippocratem reperitur, nam in coxendico partem affectam inurit, in doloribus proximũ ventrem igne aperiri iubet 6. epid. proximũ inquam ventrem (interprete Galeno) vt malignitatem vlcerum exedentium reprimeret. Demum 7. aph. *quæcumque medicamentis non curantur ferrum curat, quæ ferro non curantur ignis curat; quæ igne non curantur, incurabilia exiſtimare oportet.* quę ſententia non (vt vulgus medicorum exiſtimat) ad Fontanellas trahi poteſt ſed tantũmodo locum habet in ijs malis quæ adiutricem Chyrurgi manum expoſtulant. Aetius fateor arthide non ſolum affectam partem

A adurit ſed & crura varijs vlceribus ignefactus perforat. Addit tamen vltimis verbis, *appoſuimus autem de vſtione, ne videlicet eius vſus ignoretur*; quaſi dixiſſet, vt ſapienter notat Mercatus, eam raro eſſe in corpus dirigendam: nam aut inutilem, aut grauem exiſtimabat eſſe. Cornelius Celſus etiam in capite de Epilepſia deriuationem per cauteria molitur, cæterum rara ſunt hæc,& tamen hodierno ſeculo adeò frequenter in vſum reuocata, vt pro miraculo reputetur, ſi quis abſque fonticulis vitam tranſigat. Ita ſit, videbis tamen plurimos abſque vlla vtilitate B has plagas gerere, nonnullos etiam reperies, quibus ob alias ægritudines facti fuerũt fonticuli, & poſt eorum apertionem arthritidem patiuntur quaſi indicante Natura nõ ex huiuſmodi auxilio ſanitatem quęrendam eſſe. Quod ſi quando profuiſſe videmus id rariſſimum eſt, & non in arthitide vera ſed in fluxione catarrhali, quam per externas partes fieri poſſe non negamus. Cæterum fluxio hæc quæ per venarum ſpatia fit, ſanguinis miſſione, a Galeno, tam in præſeruatione, quam in curatione, celebrata tollitur. Qua propter laudandi ſunt Scythę ab Hipp. C lib. de Aere, aquis,& locis, memorati, qui larga ſanguinis profuſione a venis, quæ ſunt retro aures facta arthitidem cui propter equitationem erant obnoxij effugiebant. At dices fortaſſis ſi venarum, poſt aures, inciſio confert articulorum doloribus, iam manifeſtum eſt fluxionem hanc a capite fieri. Hoc ita admittendum eſt tamquam frequens, nõ tamquam perpetuum. ita tamen vt per venas fiat quod Hipp. docet lib. de glandulis vbi inquit *alius morbus oritur ex deſtillatione capitis per venas in ſpinalem medullam*, cum verò Fernelius non per venas, ſed per ſubcu- D taneos meatus fieri dicat non eſt cur Mercatus dicat Fernelium locutum fuiſſe iuxta Hipp. mentem imò verò Fernelius ipſe ſuũ inuentum tamquam nouum & inauditum iactat, quod quàm ſit a ratione alienum ſatis iam ſuperius eſt dictum, ſatiſque a Trincauellio viro doctiſſimo inculcatum.

De foſſilium natura,& cauſis, deq; niuis roris,& pruinæ exortu.

CAPIT. XV.

Dd 2 NVL-

NVLLAM potiorem inuenio rationem cur Ariſtoteles agens de meteoris, hoc eſt de ſublimibus, miſcuerit ibidẽ tractationem de ijs, quæ e terra fodiũtur, niſi quia materia quæ per ſublimationem eleuatur meteoris efformandis inſeruit, atque ita agens de foſſilibus videtur quodadmodo meteororum materiã pertractare. ſunt foſſilium genera duo: (vt Ariſtoteles, & eius diſcipulus Theophraſtus dixerunt,) nam, apud Ariſtotelem, quæ ex terra extrahuntur diuiduntur in ea quę proprie foſſilia, & in ea quæ metalla nuncupantur. Theophraſtus ait alia ſequi naturam terræ, alia aquæ, quæ diuiſio cum diuiſione Ariſtotelica coincidit, Galenus 9. med. facul cap. de terræ differentijs, ea quæ e terra effodiuntur, ait, aut ſunt terræ variæ, aut metalla varia. Quartum genus addit Agricola Germanus nempe varios ſuccos concretos. Varietas tamen hæc parũ ad rem noſtram facit, dummodo intelligamus terram, varijs ſeminijs, grauidam varia parturire corpora, quædam duriora, vt ſunt metalla, quæ adhuc inter ſe maiore vel minore duritie differunt, alia concreta quidem, ſed magis pellucida, vt criſtallus. & lapides pretioſos, alia minus coagmentata, vt bolus, & alia huius cenſus plura. Ex his ſeminijs nondum in ſua corpora mutatis pars, quæ in aerem extollitur, varias efficit rerum formas: varia meteora, nempe grandines niues. pruinas & diuerſas roris ſpecies.

Hæc omnia in microcoſmo ratione identitatis reperiri fas eſt, ſiquidem quicquid e terra germinat, terrę ſecum fert conditiones. cumque homo ex cibis e terra germinantibus nutriatur, terræ varias ſpecies in ſe tranſmutat. Hinc eſt quod in microcoſmo, tam exterius, quam interius, tumores enaſcuntur, obſtructiones fiunt, nec non etiam concreſcunt tophi, non in articulis ſolum ſed in alijs etiam partibus, in articulis verò frequẽtius ob rationes inferius dicendas. Verum gypſum in microcoſmo reperiri experimento comprobauit Antonius Muſa Braſauolus, qui 4. aph. 79. in hunc modum rem narrat. *Et nos vidimus verum gypſum iuncturis exire, quod in tanta copia abundabat, vt quidã experiri voluerit an gypſi officio fungeretur: nam omnes gypſi qualitates, quæ ſenſu præſtantur habebat. Collegimus fere huius gy-*
A *pſi vnciam, & in puluerem redegimus poſtea addita aqua ſubegimus, & lapidem delinentes parietique aplicantes lapidem tenaciſſime ſubſtinebat, vt etiã verum gypſum in hac proprietate excederet.*

Galenus cauſam nodorum qui in articulis concreſcunt, & lapidum qui in corpore generantur eamdem eſſe dixit, & vtramque pituitam appellat, adductus coniectura, quod nephritici fere ſemper euadunt calculoſi, & ex calculoſis, nephritici fiunt. verum tamen ab vna, & eadem materia proxima, res diuerſam habentes naturam fieri haud qua-
B quam poſſunt, diuerſitas autem inter lapidẽ & tophum agnoſcitur quoniam tophacea ſubſtantia nunquam ad lapidis duritiem accedit; lapidoſa materia non fit prius tophus deinde lapis.

Itaque de materia lapidis paulo inferius dicetur de alia verò concretione nunc dicam eius materia gypſea appellatur a Galeno, quamuis pituitam gypſeam dicat, ſed ſiue pituita, ſiue mucilago dicatur parum intereſt, illud ſolum cognoſcere oportet, quicquid gypſeum ex terra ſuxerunt plantæ in hominis ventriculum ingreſſum, nunquam
C in nutrimentum abire, hoc eſt nunquam in ſubſtantiam, nutrito ſimilem mutari, ſed ſemper ſuam retinere nobis extraneam naturam. Hæc mucilago gypſea parietibus vaſorum noſtri corporis non aliter adhæret, quam tartarum in dolijs, non quidem quia nimis glutinoſa eſt, vt vulgus putat, ſed quia facile ſua humiditate apud aridam ſubſtantiam retinetur. Non ne vinum exiguum, aut parum lentoris habet? ita vt ducatur. *putreſcens vitis ſub cortice lympha*. Et hinc eſt quod Mercurialis conſiderans vino nullum in eſſe lentorem exiſtimauit nullum no-
D bis afferre nutrimentum, & tamen vini fœx dolijs adhæret; Quin etiam aqua cui lentorem nemo conceſſerit, ea quam poſſidet fęce vaſis, & tubis ductuum adhæret. poſſumus igitur ſubſtantiam iſtam, quæ ſimul cum cibo corpus noſtrum ingreditur appellari gypſeam, quia ex terra, quaſi gypſum quoddam ſeparatur, appellamus & tartarum, ſiquidem fęx eſt, quæ in ſimilitudinem tartari vaſis adhęret, non deſunt qui vſneam dicant, quia non aliter exterius, & interius corpori adiungitur quam vſnea plantis. quando etiam hęc vſnea in parietibus domuum tamquam lepra in parietibus microcoſmi iubetur mundari,

dari,Leuitic.c.14.
Sciendum igitur vnamquamque rem ſuã
habere imputitatem, vt vinum ſuam, quam
dolijs,aqua ſuam,quam vaſis apponit, & ni-
hil tam perfecte homogeneũ eſt, quod ſuas
etiam partes diſſimilares non habeat,in quas
diuidi,ſepararique poſſit. videlicet alias pu-
ras,alias impuras. Hoc norunt chymici, qui
poſt multas cohobationes ſemper aliquid
reperiunt quod ſeparent.
Cur autem omnia ſuas habeant impuri-
tates ſic accipito:omnia (vt in principio hu-
ius operis diximus) ſuã habent vitam, quæ-
dam manifeſtam,alia occultam,& cum om-
nia viuant, omnia nutriuntur; ſi igitur nu-
tritio in eis ſit. oportet vt fiat per tranſmuta-
tionem alimenti in ſubſtantiam aliti, qua
tranſmutatione ſemper vtile ab inutili ſepa-
ratur. Viuentia perfecta ventriculum ha-
bent in quo prima celebratur coctio, habent
& emunctoria ad quæ fæces mandantur;Im-
perfecta neque coctioni neque excrementis
deſtinata habent loca,ſed vtrumque vbique
fit ita vt vtilis pars nutrimenti conuertatur
in ſubſtantiam nutriti inutilis remaneat in-
concocta.
Cum itaque viuentia omnia habeant ſuas
fæces,& rurſus viuentia, viuẽtium cibus ſint.
& alimentum, conſequens eſt vt in cibo ſi-
mul cum vtili inutile etiam aſſumatur. Sic
Homo impurum ſimul cum puro, in omni
cibo accipit acceptum ſequeſtrat in ventri-
culo vbi Archæus, ſeu naturalis chymicus,
prout magis, aut minus eſt impeditus, hanc
ſequeſtrationem perfectius aut imperfectius
molitur. cuius tamen defectus in ſecunda
cohobatione,quæ fit in iecore,ſuppletur; &
vt defœcatius nutrimentum euadat adhuc
remanet tertia in venis & particulis totius
corporis, cumque tres fiant coctiones, & in
vnaquaque coctione, ſequeſtractio puri ab
impuro, tres dantur impuritates. prima ad
inteſtina tendit, ſecunda varia habet conce-
ptacula,tertia tranſpiratione euacuatur.
Aduertendum tamen eſt duplex ex cibo
extrahi excrementum, vnum quod eidem
rei, quæ cibus eſt excrementum erat, alterũ
quod illi erat alimentum nobis tamen im-
proportionatum. Vtrumque reijcitur a na-
tura:quia vtrumque ſuperare nequit.hæc ta-
men duo ita conſiderantur in vno quoq; ex-
cremento, vt in illis & fæces ſint & tartarũ,
fæces ſunt illæ quæ ſulphuream & ſalſugi-
A noſam habent naturam, ideo & fætent, &
ſalſæ ſunt. Tartarum verò contumacius in-
hæret ac proinde in ſequeſtrationibus opus
naturæ effugit,& ſemper cibum comitatur,
quo verò cibus aliquis magis difficile ſepa-
ratum habet tartarum, eo pernicioſior iudi-
catur. hinc cucumer prauum alimentum iu-
dicatur a Galeno 2. de alim. fac c.6.dicente.
*cæterum illud perpetuo memoria teneto, quod
& ſi quis eorum quiduis quæ alijs concocta
ſunt difficilia concoxerit, ſuccus tamen qui
exeo in corpus diſtribuitur eamdem retinet
naturam.* illud autem quod in prima ſtatim
B coctione ſeparatur leuiter inhærebat, quod
verò ad ſecundam reſeruatur contumax eſt,
quod ad tertiam contumaciſſimum; & hinc
colliges morbos quo diſtantius a primæ co-
ctionis vaſis fiunt eo eſſe difficiliores. cęterũ
fæces putreſcunt magis non verò ſoluuntur,
at tartarum magis ſoluitur putredine verò
non niſi difficulter corripitur,quod ſi aliquã-
do putreſcit grauiora infert damna quoniam
ſolutum cum ſit & ſubſtantiæ noſtræ infar-
ctum,illam in extremam perniciem ducit.
Sunt autem quædam vaſa alijs magis ac-
commodata ad recipiendum, & condenſan-
C dum tartarum. Articulos dixi eſſe accomo-
datiſſimos,propter multum gluten,quod ibi
ineſt, condenſatur verò propter continuam
motionem a qua maxima fit reſolutio, vbi
verò reſolutio fit, reſiduum manet conden-
ſatum. In inteſtinis etiam magna quantitas
mucilaginis ſimul cum fæcibus abundat, ſed
tamen in inteſtinis,vt plurimum, non tanta
datur mora,quanta ſufficiat ad condenſatio-
nem, ſiquidem expultrice valida, illam re-
gionem natura muniuit, quod ſi ibi conden-
ſatur tunc iuxta naturam ſuam ſuos etiam
promit effectus. Si acida eſt vitrioli naturam
D referens acutiſſimos infert dolores colicos,
aut iliacos appellatos,pro diuerſitate loci,in
quo ſunt,hoc eſt in inteſtino colo, aut ileo;
& quoniam quicpiam ponticum & adſtrin-
gens habet,inteſtina cõuellit ex quibus mul-
toties furijs agitata in muſculos conuertitur,
& eaſdem efficit conuulſiones. quemadmo-
dum e contrario e neruis etiam ſimile tarta-
rum ponticum, & aſtringens conuulſiones
efficiens ad inteſtina confugit eaq;conuellit.
Sed mirum eſt quod cum prius eſſet in
muſculis cum conuulſione ſola ſine dolore,
ad inteſtina delapſa dolorem inteſtinorum
efficit. prætereà cum prius in inteſtinis do-
lorem

lorem effeciſſet ad muſculos conuerſus eos conuellit non tamen cum doloie. Hæc difficultas tam noſtram doctrinam, quam vulgarem medicorum conuellit ſiquidem illi etiam hanc materiæ tranſmutationem admittunt, nec negare poſſent, cum experientia oſtendat colicos dolores multoties tranſire in conuulſiones. & conuulſiones etiam in dolores colicos. eadem eſt difficultas de colica in paralyſim, quandoquidem aliqui viderunt, & Paulus refert, colicis doloribus ceſſantibus ſuperuenire paralyſim. cur igitur materia quæ in inteſtinis ſenſum doloris inferebat eadem in ligamentis, muſculis, aut neruis nimium ſenſibilibus ſenſum aufert?

De ſua pituita dicant autores medici quicquid velint, de tartarea mucilagine dico eam innumerabiles habere ſpecies. Quapropter quando pontica eſt, & ſubaſtringens inteſtinum conuellit illi adhæreſcens ac icciro fęcum exitum prohibet, dolorem præterea ſua acuitate affert. Quod ſi inde expellitur ad muſculuſam aliquam partem, ex qua pluribus muſculis ſympatice communicatur conulſionem efficit, conuulſio autem non eſt ſine dolore nam teſte Gal. 1. prorrhet. part. 2. com. 20. *conuulſio doloris eſt plena affectio*. cæterum ſi tartarum naturam habet mixtã ex nitroſa & narcotica, ex vitriolo mordacitatem habet, ſi verò perſeuerauerit, vis narcotica obſtupefaciet, hinc eſt quod inteſtinis vel dolentibus vis vitriolata, vel nihil dolẽtibus vis narcotica facit, vt aluus non irritetur, & iccirco communiter dici ſolet a medicis pituitam inteſtinorum ſenſum hebetare, & hæc reddi ſolet ratio cur pituitoſi & catharsis obnoxij difficulter deijciant. Hæc mucilago vitriolata multoties ad neruos circum fertur, ammiſſa prius mordacitate, & cum narcotica facultas remaneat paralyſim facit. Et hæc eſt cauſa tranſmutationis, colicæ in conuulſiones & in paralyſim a nullo medicorum hactenus tradita.

Peripatetici cum Ariſtotele grandinem, pruinam, rorem, & niuem in hunc modum deſcribunt. Grando in primis eſt pluuia in aere conglaciata, vnde Ariſtoteles 1. meteor. c. 12. generari, inquit, grandinem, cum aqua pluuia, prius quam terram pertingat, in gelu cogitur. Roris, & pruinæ materia dicitur eſſe vapor exiguus, & ſubtilis nix non aliter, quam grando fit, quando nubes prius quam in aquam ſoluatur gelaſcit.

A Verum ſi hæc omnia eodem fere modo, & ab eadem re fiunt, cur diuerſæ res ſunt, cur diuerſis accidunt temporibus? cur diuerſis in regionibus? aliqua eſt regio in qua nunquam, vel raro nix videtur; alia, quæ perpetuis albeſcit, & algeſcit niuibus. Nix brumali tempore fit, grandini nullum eſt anni tempus deſtinatum; Pruina hyeme cadit; ros vere; pruina herbas adurit, ros fouet; Ros ſoluendi vim obtinet, præcipue ſpecies illa roris ſaccharini quæ mel aereum ſeu manna appellatur.

Eſt ergo varietas horum meteororum orta ex diuerſitate ſpirituum, qui e terra eleuãtur, & in aere conglobantur cumque dictũ ſit præcedente capite varias eſſe foſſilium ſpecies, fit vt ex illis varia corpuſcula extollantur, quæ in diuerſas concreſcunt ſubſtantias præcipue cum a diuerſis efficientibus vniantur nempe a diuerſis aſtrorum congreſſibus ſine quibus meteora nullo modo fieri poſſe, ſæpius inculcauimus: cumq; terra vniuerſa ſale ſit imbuta ex eo ſpiritus extolluntur qui condenſationi inſeruiunt experimẽto id agnoſcimus nam nix ſale circumpoſito non ſoluitur.

C Iam ad Microcoſmum libet accedere; in quo mucilagines ſumptæ cum cibo, ſi nõ recte ad emunctoria ſeparentur, meatus obſtruunt. Et præterea vario modo condenſantur, adeo vt niuem, pruinam roremque emulentur: Multa videbis glanduloſa, in varijs microcoſmi regionibus, vidi ego in Matrona honeſtiſſima vxore Antonij Brunelli, quæ diſſecta fuit, pulmones vniuerſos quaſi grandine reſperſos, frequenter hoc etiã in iecore, tum hominum, tum animalium conſpicitur, vidi nobilem monialem, quæ tuſſi eijciebat granuloſa quædam grandinis D inſtar. Galenus 4. de loc. affect. cap. 8. narrat hiſtoriam ægroti qui cum laboraſſet diuturna tuſſi tandem tuſſiendo lapillos, quaſi grandinem eijciebat.

Roris ſpeciem conſidera tum in nutritura ſubſtantia, tum etiam quando inteſtina conſperguntur liquore, qui corpus non aliter ſoluit, quam ſi mannam ſumpſiſſet. Pruinam autem imitatur ſubtiliſſima quædam, & albicans materia, quæ in plicis ventriculi infarcta nauſeam, & ſtomachicham cardialgiam, anxietudineſque excitat, & aduſtiones efficit, vnde ſitis oritur talis etiam per vrinas effluit albicantis arenæ inſtar.

Niuis

Niuis floccos referunt tumores maiores hac illac cadentes, ſed nunquid in viuente animale tantum frigus dari poteſt quantũ congelationi inſeruiat? Sciendum ex Ariſtotele. concretionem fieri in materia aliquantulum excalfacta, vt melius refrigerationem in ſe recipiat. nec igitur ijs qui qualitates primas agnoſcunt impoſſibile videri debet frigiditatem actualem ſiue ea ſit per antiparistaſim ſiue quomodocunque aliter, poſſe in corpore generari. Neque hoc negatur a Galeno, qui ex ſuo met corpore exire ſentijt, criſtallum fuſum tangentibus frigidum, vocat ille pituitam ſuo more. Sed quid mirum? non ne ſudores frigidos e viuente adhuc corpore exire certiſſimum eſt? non ne in capite, & alijs membris actualis ſentitur frigiditas? maxime ex defluxione materiæ catarrhalis, nõ ne fœminæ hiſterica ſymptomata patiuntur qualia ij qui frigidum venenum hauſerunt pati ſolent? multos profecto videmus ſomnolentia & pigritia non minus oppreſſos quam ſi opium, aut altercum ſumpſiſſent, & tamen hoc accidit a cauſa interius genita.

Plane a tartaro, vel in prima, vel in ſecunda, vel in alia ſeparatione innumerabilia mala accidunt. Tartarum autem, vel eſt forinſecus adueniens, vel etiam congenitum nẽpe cum ſemine parentum, vel cum ſanguine materno in matris vtero acceptum proximum huic eſt, quod cum lacte nutricis ſugitur. Omnia iſta tartarorum genera habent aut tardum, aut feſtinum incrementum, velut etiam res ex quibus ſumuntur alia velociter, alia lento gradu augentur & quemadmodum *quæ ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem teſta diu*, ita quædam labes in generatione impreſſa ſeruatur ſemper, & quoniam ſimile ſuum ſimile trahit, ſic illa labes tartarea, trahit & accumulat nouum tartarum, quo fit vt iuxta ſentẽtiam Hipp. 2. aph. 10. *impura corpora quanto magis nutries tãto magis lædes*. quoniam videlicet præexiſtens impurum quadam ſui ſimilis familiaritate gaudet, cuius aduentu intumeſcit, atq; adeo nitroſa microcoſmi primordia vitroſũ progreſſum pollicentur.

Itaque in iecore, mucilago facillime retinetur, præcipue vbi iecur particulas liquoroſas amiſit, & aridum remanſit: nam quæ arida ſunt faciliùs ad ſe mucilaginem tartareã trahunt & retinent, exemplum eſt dolium

A ligneum, quod quo ex ſicciore ligno eſt factum eo plus tartari recipit, nec ſolum in iecore, ſed in ventriculo ſumma ariditas, facit, vt his membris plus tartari agglutinetur, vnde ſolent medici dicere ſenes, & eos qui ſenilem obtinent conſtitutionem eſſe ſiccos a temperamento, humidos ab excrementis, quod nihil aliud eſt quam habere quidem exhauſtas particulas balſamicas, & remanſiſſe alias aluminoſas aridas, quæ ſua ariditate valenter attrahunt, & pertinaciter retinẽt mucilaginem tartaream. In iecore autem mucilago iſta adhæreſcens facillime oppi-
B lat; quare vt inquit Galenus de conſt. art. c. 17. *obſtructio affectus quidam eſt partium inſtrumentalium, qui in primis iecori ob eius tum ſtructuram, tum verò actionem ſolet eſſe moleſtus: nam venæ, quæ a portis deriuantur, per vniuerſam huius viſceris partem cauam diſpertitæ tandem illis, quæ in gibba ſunt per quædam oſcula ſenſum effugientia committuntur*. Hæc obſtructio hepatis, & aliarum cauitatum facit (vt ſuperius dictum manet) ad aquarum generationem, Vnde hydropes fere ſemper cum euidente fiunt obſtructione aliquarum partium.

C Fiunt ex his ſpiritibus tartareis gypſeis, aluminoſis, diuerſæ obſtructiones, & propter obſtrũctiones, putredines, hinc lien indureſcit, pancreas, meſentereon, & reliquæ corporis Sentinæ horum ſpirituum ſuſcipiunt illuuionem, quam in ſe concreſcere ſinunt. Multoties enim tanta eſt horum ſpirituum copia, vt Natura moleſtata id quod poteſt, expellat, ac proinde quaſi furibunda viam non inueniat quare cogitur ſe ſe exonerare non in propria duntaxat emunctoria, ſed in reliquas etiam cloacas, & aliquando in partes nobiles. Contingit namque in noſtro
D corpore quemadmodum in rep. quam Ariſtoteles ὀλιγαρχικὴν vocat in qua minus potentes a potentioribus opprimuntur. Accidunt etiam in rep. rebelliones plebis ſic etiã in corpore ex infimis partibus tartarei ſpiritus quaſi ſopiti furijs agitantur & in principes inſurgunt.

De Lapidibus Microcoſmi.

CAP. XVI.

QVE.

QVEMADMODVM in magno mundo, ſic etiam in paruo lapides generantur non ſolum in renibus, & veſica, licet in his duobus locis propter lapidoſæ ſubſtantiæ tranſitum frequentet coaleſcant, verum etiam in alijs partibus. Galenus 6. de loc. aff. cap. 2. ingenue fatetur ſe nunquam lapidem in inteſtinis vidiſſe, attamen non hoc impoſſibile iudicare videtur etenim lib. 1. ca. 5. eiuſdem operis ſic inquit. *lapis in renibus, & veſica duntaxat naſcitur atque (vt nonnullis placet) etiam in inteſtino colo*. Quod Aetius confirmat tetrab. 3. ſerm. 1. c. 35. Herculanus in 9. ad Almanſorem cap. 104. refert ſe vidiſſe Ferrariæ anno 1457. lapides eiectos per anū a quadam muliere quaſi 50 & erant magnitudinis auellanæ, quod etiam vidit Bartholomæus Falconenſis. Ex pulmone etiam vidit Paulus, vt refert lib. 3. cap 31. ſub lingua natos lapides vidit Zoar, & in poro Felleo Gentilis & in iuncturis, & ſtumacho Gilbertus. in vtero, vt habetur apud Hippocratem lib. 5. epid. in famula Dyſeridis huius curationem ſcribit Aetius tetrab. 4. ſerm. 4. c 98. Alexander Maſſaria refert ſe vidiſſe plures lapides magnitudinis iuglandis ex vtero cuiuſdam monialis eiectos. Ioannes comnanus in libello de lapidibus in humano corpore repertis ſcribit in cerebro pauperis cuiuſdam ex diuturno, & contumace capitis dolore extincto & diſſecto repertum fuiſſe lapidem mori imaginem referentem, Cornelius gem. lib. 1. coſmocrit. c. 6. ſcribit inuentum fuiſſe lapidem in cerebro illi non abſimilem quem dreſdenſis medicus, Ioannes Kentmannus inter Geſneri monumenta deſcripſit. Holerius in ſcol. 45. obſeruat lapides in capite generatos. Itaque in omnibus corporis partib⁹ lapides gigni poſſe multorum monumenta tradiderunt. Et quod omnem fidem ſuperat eſt quod hoc anno 1619. in publico theatro repertum fuit in cadauere nempe lapides criſtallini ciceris magnitudinem habentes in vaſis ſeminarijs, concreſcunt in lapidem membra (vt iam nō mireris ſi in varijs cauitatibus lapides reperias concretos) reperies apud. Schenchium hiſtorias non paucas ex probatiſſimis autoribus deprompras mulierum, quibus mammæ & aliarum quibus vterus lapideſcere fuit viſus.

A Fernelius in veſica lapidem gigni poſſe omnino negat lib. 6. pathol. c. 13. & medicos arguit putantes cauſam materialem calculi veſicæ, eſſe craſſum, viſcidumque ſuccū qui per venas ſimul cum vrina in veſicæ capacitatem percolatur, in qua tamquam fœx ſubſidens calore loci exareſactus ſenſim in lapidem concreſcit. Ait igitur Fernelius impoſſibile eſſe limum iſtum in veſica remorari, niſi obſtructa, aut nimis anguſta fuerit veſicæ ceruix, cum etiam ſanguinis grumus, & pus, & mucoſa, lentaque pituita facile illinc cum vrina profluant; Quapropter experi-
B mentum ſe feciſſe profitetur, & reperiſſe calculum in veſica concluſum rudimentum e renibus traxiſſe, ex quibus per nephriticum dolorem excidens ſi grandiuſculus eſt in veſica aliquandiu inhæret, & adhæſu ſuperuenientium ſordium coagmentatum donec lapis fiat: Et neminem ſe offendiſſe perhibet in veſica calculum habere qui nephriticis doloribus diu vexatus non fuiſſet; & quoſcunque exemptos veſicæ calculos obtriuit (obtriuiſſe ait experiundi gratia permultos) in eorum medio quaſi nucleum repertum verum rudimentum a renibus exturbatum
C diuerſi quam reliquum tegumentum, ac inuolucrum, & coloris & ſubſtantiæ.

Attamen licet Fernelius, ita ſuam ſtatuat ſententiam à nullo poſteriorum recipitur quare ſuus Rondoletius illum arguit quoniā id quod aliquando & aliquibus contingit, omnibus, & ſemper fieri exiſtimauit, quod enim lapilli in veſicam e renibus deriuari ibidemque retenti coagmentari ſenſim poſſint, non eſt negandum, ſed quod poſſint etiā in veſica paulatim concreſcere, fatendum eſt ſi namque pueri, communi omnium decreto, veſicę lapidi ſunt obnoxij, raroque admo-
D dum nephritico dolore vexantur quomodo Fernelius nullum vidit lapidem in veſica habentem qui non fuiſſet prius nephriticis doloribus oppreſſus? Hieronymus Cardanus 3. aph. 26. tamquam rem rariſſime contingentem, adnotauit puerum quemdam de Gothis filium mercatoris renum calculo laboraſſe, neminemque alium vnquam eodē morbo affectum ſe vidiſſe teſtatur. Braſauolus lib. 4. aph. 79. reliquit in pueris lapidem renum, adeo rarum eſſe ait vt albam cornicem: calor enim puerorum veges in renibus materiam liquat, vt ad veſicam propellatur; Hippo. 4. de morb. in lactentibus quidem

puer-

puerculis veſicę calculum generari poſſe docuit, Vitio lactis nutricis, & quod in renibus generetur ne verbum quidem protulit. Qua propter concludendum eſt Fernelij ſententiam non eſſe recipiendam, neque illius dictum tamquam perpetuum obſeruandum, quod in hoc viro frequenter animaduerto, non enim falſa dogmata profert, ſed in eo duntaxat decipitur, quod quæ aliquando cõtingunt, tanquam aliter contingere non poſſint, nobis inculcat. Cęterum, in preſente cũ augmentum lapidis admittat cur eiuſdem generationem non admittet? Neque eſt cur miretur ſi per vrinam aliquando materiam viſcoſam grumos & reliqua exire videat, & tamen aliquando materia lapidoſa retineatur nam non ſemper veſica in eadem eſt diſpoſitione & ſtatu: virtus enim expultrix validior quandoq; & quandoq; debilior exiſtit, & materię aliquando cum vrina miſcentur, aliquando non, ſed ſua grauitate veſicæ fundum petunt. Ad hæc veſicæ collum patentiorem habere aditum nonnunquam etiã anguſtiorem eſſe contingit ex quibus fieri poteſt, vt materia lapidis quandoq; expellatur, quandoque retineatur.

Cauſa materialis communiter a medicis ſtatuitur omnis materia craſſa ac lenta, quæ ad renes & veſicam feratur, quapropter omnis humor præter ichores, omnia excrementa, quæ lentorem & viſciditatem habent, generationi calculi ſunt accomodata. & quoniam pituita craſſa lentaque præ omnibus humoribus eſt, præ omnibus etiam humoribus lapidi materiam præſtare creditur. Ex quemadmodum non omnis terra lateribus conficiendis eſt apta, ſed illa ſolum, quæ tenax eſt & viſcida, ita non omnis humor calculi materia eſt, ſed ille qui ratione viſciditatis facit, vt partes ſimul vniantur. Hinc eſt quod ex alia materia licet calore areſcat, non concreſcunt lapides, ſed ſabuloſa quædam eum vrina excernuntur. Viſciditatem materiæ requiri dicit Gale. 6 epid. ſec. 1. com. 6. quare 6. eiuſdem ſect. 3. com. 15. ideo pueros calculoſis affectibus obnoxios eſſe ait, quia materia in ijs magis ab inſito calore eſt elaborata, & quæ cumcunque a calore elaborantur, temporis diuturnitate lentorem acquirunt etiam ſi ab initio nullum habuerint quo circa magis in vnum coeunt & denſantur: nam inter craſſa, quod tenacius eſt ad vnionem, ſpiſſitatem, & concretionem

A aptius habetur. Tandem materiam calculi craſſam, & viſcoſam debere eſſe confirmat Aet. tetrab. 3. ſerm. 3. c. 4. Paul. lib. 3. c 45. Alex. tral. lib. 9. c. 4. & c. 7. Auicenna 18. 3. tract. 2. c. 16.

Materia remota, ſeu materia materiæ, vt loquitur Auicenna, ſunt omnia quæ prædictos humores craſſos, ac lentos poſſunt gignere, vt aues quæ in paludibus degunt, carnes ſuillæ, aut bubulæ, caſeus præſertim recens, & lacticinia omnia, vt teſtatur Galenus 3. de alimentorum facultatibus, cap. 5. & 6. epid. ſect. 1. com. 6. præterea oriza, omnes
B cibi ex paſta parati, panis non bene coctus, nec bene fermentatus. piſces magni, & qui craſſo viſcidoque ſucco ſunt pleni veluti bulbi anguillæ, oſtreæ, cancri; limacos teſtudines, teſtaceaque omnia; Vina etiam nigra craſſa recentia, aquæ nimis frigidæ lutulentæ, & limoſæ, vt admonet Galenus 6. epid. ſect. 4. com. 10. aquæ ſtagnantes, & ingentiũ fluuiorum ad quos multiplices aquæ confluunt, ſic docente Hipp. lib. de Aere, aquis, & locis, eſt etiam valde potens cauſa, ſolita euacuatio ſuppreſſa, & exercitium demiſsũ.

Cauſam efficientem dicunt eſſe calorem
C nam corpora quæcunque indurantur id patiuntur vel a calido exſiccante humidum, vel a frigido exprimente illud, vt docet Ariſtot. 4. meteor. 3. capit. 2. calculus igitur cum ſit ſubſtantia concreta; aut debet fieri a calore, aut a frigiditate, frigiditatem tantam, quæ materiam valeat indurare in corpore viuente non admittunt, vnde Gal. 6. epid. ſect. 5. com. 2. ait nunquam fæces in inteſtinis a frigore indurari. quare relinquitur a ſolo calore, poſſe lapidem concreſcere & indurari, & eodem 6. epid. ſect. 3. com. 15. non aliter calculos generari affirmat, a calo-
D re in veſica, quam in ſponte naſcentibus calidis aquis, & in vaſe in quo aqua caleſit vbi vi caloris lapis condenſatur. reſolutis enim a calore tenuibus partibus craſſiores & terreſtriores remanent, quæ dum propter viſciditatem vniuntur, & compinguntur formam lapidis aquirunt, & lib. 14. meth. capit. 4. ad eumdem modum ait. *generantur in renibus calculi aſſo eo humore qui in eis eſt.*

Lapidum differentiæ multipliciter conſtituuntur nempe a figura a colore ab ætate, a coniunctis. v. g. ſi cum febre, aut ſine ea eueniunt a magnitudine a loco. vt ſi generantur in renibus, gigni poſſunt in renum

ſubſtantia, vel in eorundem ſinubus, vt ad-
uertit Galenus 6. epid. citato: præterea mo-
do producuntur in rene dextro modo in ſi-
niſtro raro in vtroque ſimul, ſi verò fiunt in
veſica, vel ſunt in eius cauitate, vel in fundo
quaſi propendentes & ad nati interius inhæ-
rent, vel reperiuntur in veſicæ colo vel deni-
que moram trahunt inter tunicas eiuſdem
veſicæ in ea parte qua vreteres veſicæ inſe-
runtur, quod tamen eo ſolum contingit tem-
pore, quando calculus a renibus per vreteres
tranſmiſſus per eoſdem illos ſenſibiles mea-
tus, aliquantulum tamen a duritie calculi di-
latatos in veſicam tranſit, per quos meatus
vrinam ab vreteribus ad veſicam mandari
contra Aſclepiadis ſectatores longa oratione
probat Galenus lib. 1. de facult. nat. c. 13.

Vt tamen ommiſſis aliorum ſententijs
quid ſentiam exponam, ad librum magnum,
hoc eſt ad vniuerſi cõtemplationem, de mo-
re, libet recurrere. Terra in ſe humidum
cõtinet, ſine quo vegetabilia producere haud
quaquam poteſt. Hoc humidum prouenit
ex illa aqua, quæ per terræ meatus penetrat,
nec non ex ea quam ex pluuia, & rore, in ſua
ſuperficie accipit. Habet præterea ſalem, &
hic eſt balſamus quo eadem vegetabilia con-
ſeruat, vt quoties ſal iſte foras ſuum excre-
mentum pellit, fit ſal petræ. Salis ſpiritum
iam ſuperius non ſemel diximus habere fa-
cultatem condenſandi, ita vt omnia reducat
in ſubſtantiam ſolidam iuxta ſeminia ibidē
præexiſtentia, ſiue ſit lignum, ſiue herba ſiue
lapis. Veruntamen antequam huiuſmodi
condenſatio peragatur oportet, vt natura om-
nium rerum diſpenſatrix, mediante ſolis in-
fluxu, ſeparet purum ab impuro, iam etiam
diximus nil eſſe in mundo, quod abſque ali-
cuius impuritatis mixtione exiſtat, vt aqua
cum luto, vinum cum fæcibus, ſic etiam ſuc-
cus ex herbis & fructibus extractus, & reli-
qua omnia.

Sed reuertamur ad humidum, quod ali-
quando tale eſt, vt mucilaginem calculoſam
hoc eſt continentem in ſe virtutem ſemina-
lem lapidis habeat; hęc mucilago poſtea quã
virtute ſolis remanet a puriore humidi parte
ſeparata, tunc accedente ſpiritu ſalis in eadē
terra contento, in lapidem euadit. Aduer-
tendum tamen eſt hoc humidum vel eſſe
turbidum, vel perſpicuum. id verò quod tur-
bidum eſt ſi mucilaginis particulas non be-
ne vnitas habeat fit lapis rarus, ſpongioſus, &

A ſolutu facilis, e contrario ſi habuerit partes
inter ſe bene vnitas, calculus efficitur durus,
vt marmor, aut ſilex. Humidum perſpicuũ,
in quo viſus nihil percipit impurum, pretio-
ſis lapidibus, materiã præſtat durioribus, aut
minus duris, prout corpuſcula, ex ſua prædo-
ſtinatione pertinacius, aut minus pertinaci-
ter coagmentantur.

Et quamuis pars humidi impurior lapides
gignat, purior etiam pars non omnino ma-
net defæcata, neque enim vnquam perfecta
defæcatio datur. propterea vegetabilia quæ
ex puriore humidi parte nutriuntur adhuc
B in illa puriore aliquid impurum accipiunt,
& cum hoc impuro aliquod lapidis ſeminiũ,
& hinc eſt quod in aliquibus regionibus ma
gis, quam in alijs calculoſi fiant homines,
quoniam videlicet cibi & potus ſemper ſe-
cum habent aliquam partem calculoſam. ſic
in aquis videre licet, aliquas quæ in ſuis con-
ductibus lapidoſam congregant ſubſtantiã.
alias verò non ita, & tamen tam has, quam
illas puras eſſe viſus iudicat. Sciendum obi-
ter eſt hanc mucilaginem ſeminaria lapidis
habentem, licet non vbique æqualiter repe-
riatur, tamen vbique reperitur. ſignum hu-
C ius rei eſt quod lithoſpermon vbique naſci-
tur, quę planta eſt, cum lapidibus ſympathiã
habens, ita vt quamcunque lapidoſam mu-
cilaginem inuenit ad ſe trahat, ratione cuius
ſemina producit lapidea. quod autem lapi-
dea ea ſint patet, quandoquidem, nec vrun-
tur, nec molleſcunt, nec liquantur. Adeoq;
communis eſt hęc mucilago lapidoſa, vt etiã
in fundo maris inueniatur, & a quibuſdam
plantis attracta eas lapideſcere faciat exem-
plum habes in corallo, quod ratione ſympa-
thiæ attrahit ſuccum illum lapidoſum: nam
in eodem mare in quo corallus reperitur,
D eſt alius muſcus qui non lapideſcit: quia ſci-
licet non habet ſympathiam ad talem ſuc-
cum. Quod verò mucilago iſta attracta ver-
tatur, per quamdam coctionem, in lapidem,
fateberis cum videas in eodem corallo par-
tem vnam perfecte lapideam aliam non ita.

Multis in locis ſtirpes, cochleæ, vermes,
& ſimilia lapidea reperiuntur, hæc autem
quis artificis manu facta eſſe dicet? nã quor-
ſum ita efformata. & in littus, vel alia loca
eiecta, ergo lapidis naturam contraxerunt,
cum tamen ſuam propriam habuiſſent ſub-
ſtantiam ita vt ex cochlea viuente facta ſit
lapidea. Fallopius ita exiſtimat nempe hęc
omnia

omnia ſiccata & putrida reddita priuataque proprio humido, caſu concidiſſe in loco redundante ſucco lapideo, atque eo inuoluta in lapides fuiſſe tranſmutata. Mihi tamen videtur non quia ſucco lapideo fuerint inuoluta (nam ſic figuram antiquam non retinerent) Sed quia eodem ſucco lapideo fuerunt nutrita in lapides fuiſſe conuerſa, ſuccus enim ille per totum cochleæ, aut alterius rei corpus ſpargitur, nam (vti iam diximus) non habent deſtinata coctionum, & excretionum loca, quapropter remanens lapideus ſuccus, in vniuerſo corpore, facile concreſcit, atque ita vniuerſum corpus redditur lapideum. etenim nutritum in nutrientis naturam verti nec inauditum eſt, nec præter rationem. Repeniuntur autem in medijs ſaxis vermes, & cochleæ & dentes lapidei, quos vulgus exiſtimat eſſe fulmina, quæ e cœlo ceciderunt & in mediam ſaxorum ſubſtantiam penetrarunt. Hæc quidem omnia maiore cum ratione poſſet quis dicere fuiſſe obuoluta lapideo excremento, ac proinde lapide circumueſtita.

Non deeſt qui exiſtimat rem in hunc modum ſe habere. dum apponitur materia tophacea, & fit fermentatio, generatur ex fermentatione ſpiritus proportionatus generationi cochlearum: nam & in putreſcentibus, dum fit fermentatio excitatur vapor & ſpiritus, & fit animal, & pro vt ſpiritus excitatur a materia, vel perfectiore, vel imperfectiore, ita perfectiora, vel minus perfecta generantur animalia. Vnde aliquando viſæ ſunt guttæ cecidiſſe & ranæ ſtatim genitæ. Itaque dum apponitur materia tophacea, & fit fermentatio, excitatur ſpiritus vitalis, aptus ad generationem. V. G. cochlearum, & ſi adeſſet alimentum cochleæ fuerent comeſtibiles. nam ex profundis ſaxis extrahuntur animalia apta ad cibum, vt narrat Theophraſtus lib. 5. de his. plan. c. 15. vbi facit mentionem quorumdam oſtreorum, quæ vocat glandes, quia ſunt ſimiles glandibus ab alijs dactili appellantur, extrahuntur autem ex medio lapide, in quo conſeruantur, nec vertuntur in lapides quoniam ibi alimentum habent, nempe aquam marinam. idem accideret cochleis, ſi haberent alimentum, quod cum non habeant lapides erunt. Videndus plane pro hac re eſt Alexander ab Alexandro lib. 5. ſuorum dierum genialium cap. 9. vbi mira de diuerſis lapidum figuris inuen-

A tis refert; cauſamque prædictæ non abſimilem affert.

Quærenda hic eſſet ratio de teſtis, & oſtreorum fragmentis in lapidem conuerſis, & multis alijs, quæ in magno mundo conſpiciuntur, quæ tamen omnia eo reduci debent, vt concedatur mucilago, ſeu excrementum lapideum, quod cum hac vel illa virtute ſeminali formatrice producit varias res lapidoſas. Et hæc non aliter fieri exiſtimo, quam eo modo, quo in nobis monſtra fieri dixi, etenim multoties propter ineptitudinem materiæ natura non potens gignere id quod in-
B tendit, confert ſolum figuram, ſubſtantia verò refert materiam ex qua fit, conſidera virtutem ſeminalem ad generandum vermina, & materiam lapidoſam quid nam inde germinabit nempe vermis lapideus.

Accedamus iam ad lapidem Microcoſmi cumque dictum ſit vegetabilia, ex quibus homo nutritur poſſe in ſe habere reſiduum mucilaginis lapidoſę: Siquidem hęc fit propter imperfectam ſequeſtrationem, hæc vegetabilia, quæ in cibum hominis veniunt ſecum afferunt materiam lapidis, hęc materia ingreſſa in corpus qui perfectis pollet facul-
C tatibus eijcitur, nec locum prębet lapidis concretioni; hinc eſt quod aliqui quibus virtus non eſt admodum robuſta quales ſunt ſenes lapidibus gignendis aptiores ſint: prętetea eadem materia, in aliquibus regionibus, abundat, in alijs non item. ideo lithiaſis ſeu morbus calculoſus endemicus eſt aliquibus in locis.

Impeditur generatio lapidis a duarum facultatum robore, nempe a ſequeſtrante, & ab expellente. Sequeſtrans valida perfecte diſſoluit mucilaginem ita vt pręſto tranſeat, expulſio potens nõ immorari eam ſinit, quod
D ſi immoratur apprehenditur a ſpiritu ſalis condenſante; quandoquidem congelatio nõ fit ab aliqua mucilaginis proprietate, ſed ab interna noſtra, hoc eſt per duos ſpiritus, vnus eſt ſpiritus ſeparationis inſtrumentum naturę noſtrę, alius ſpiritus condenſationis, hoc eſt ſpiritus ſalis, quem ſalis ſpiritum, quemadmodum diſpergitur per macrocoſmum, ita diximus per microcoſmum diſpergi, non ſolum ad conſeruanda membra incorrupta, vtpote qui verus eſt balſamus. Sed etiam vt in nutritione coagulationem neceſſariſſimã pręſtet, ſiquidem ex omni alimento quamtumuis ſolido fit liquor, qui ſanguis appella-

tur, hic in carnem oſſa cartilagines non conuerteretur niſi per condenſationem.

Mucilago quę lapidi materiam pręſtat communiter ab autoribus, qui a quatuor humoribus non audent recedere, pituita appellatur, de nomine non contendo de re autem illud ſcire velim, num ſcilicet hæc pituita ex omni cibi portione quæ inconcocta manet gignatur an verò ex illa duntaxat, quæ vt in ſubſtantiam nutriti conuertatur, inepta omnino eſt, quæque per ſuam propriam materiam apta erat, vt in lapidem euaderet. Si hoc ſecundum reſpondeant nulla inter nos amplius lis erit, ſi primum nunquam aſſentiat, neque enim omne generatur ex omni. Sed aliqua ex aliquibus, ita vt vnaquæq; res in illam reducatur, ex qua originem habet, & cuius ſeminium poſſidet. Itaque materiã lapidis ſtatuo mucilaginem habentem in ſe lapidis ſeminium, imo potius factam a diſſoluto prius in magno mundo lapide. efficientem verò cauſam ſali ſpiritum, qui materiã condenſat. Conditiones autem ſine quibus non ſunt imbecillitas facultatum, tam ſequeſtrantis, quam expellentis. Quicunque igitur calorem immodicum dicunt eſſe lapidis cauſam efficientem, reddant oportet rationem, cur ſenes in quibus calor maxime deficit aptiores ſunt ad lapidis generationẽ: nam ego huius rei cauſam eſſe arbitror tum ſequeſtrantis imbecillitatem, ob quam impurum non ſeparatur a puro, & imbecillitatem expellentis, propter quam mucilago in renibus immoratur. Cæterum calor licet temporis diuturnitate poſſit tenuiores partes in vaporem reducere craſſas relinquendo, non poteſt tamen eam duritiem lapidi præſtare, quam ſæpe conſpicimus imo eos, qui in veſica membro exangue, & frigido ſiunt duriſſimos eſſe experimento eſt compertum. præterea euaporatio quomodo poteſt fieri a calore in eo loco, qui continuis liquidi humoris affluxibus irrigatur.

Fernelius lapidoſam quamdam conſtitutionem in renibus admittit, ſed quæ nam ſit iſta lapidoſa conſtitutio non declarat. Si hoc nomine ſignificet loci aptitudinem omnis alia corporis cauitas eamdem aptitudinem habet: ſi diſpoſitionem, vt in lapidem conuerſio fiat, hoc potius materiæ, quam loco debetur. Si facultatem generandi lapidem eadem facultas reliquis membris adeſt, ſiquidem vt ſuperius eſt dictum in omnibus

A membris lapis gignitur. Cauſa igitur lapidem efficiens, non in renibus duntaxat, ſed in vniuerſo corpore, eſt nempe ſalis ſpiritus per omnia diſperſus. ſi quæras cur frequentius in vijs vrinarijs quam alibi fit calculus, reſpondebo id euenire quoniam per vrinam ſanguis a ſua malignitate, vt poteſt expurgatur, ea foras emittitur, quod ſi non emittatur ſine dubio lapideſcit. Vnde prudenter admodum Matheus de gradi præcipuam lapidis cauſam dicit eſſe moram quam materia male ſequeſtrata in vrinarijs ductibus contrahit. Et hinc intelligitur quare pueri ma-
B gis veſicæ calculo, ſenes renum ſint obnoxij. Nam ſenes propter tranſactæ vitæ errores & cauſas præternaturales, quas in totius vitæ curriculo cumularunt habent expultricem debilem atque fatigatam. habent præterea redundantiam mucilaginis, propter imperfectam ſequeſtrationem propter quam excrementoſi nimium euadunt, ac proinde in renibus multam aggregant materiam, & quamuis magna pars foras exeat: nam vrina ſenum nimis ſcatens eſt, multa etiam pars in renibus commoratur. Pueri verò virtutem animalem habent debilem propter neruo-
C rum, muſculorumque mollitiem, vrinæ veſica muſculis abdominis iuuantibus expellitur, & ita in illa prima ætate non fit potens, e veſica, expulſio vnde remanent ſeminaria quæ in eadem veſica lapidoſam induunt ſubſtantiam.

Sunt aliquæ mucilagines, quæ nunquam ad perfectam lapidis condenſationem accedunt quia non lapidoſam, ſed duntaxat lutoſam habent naturam. hæ a ſuo met liquore diſſoluuntur: Quare Medici aliquando gloriantur ſe lapidem diſſoluiſſe, cum tamẽ non verum lapidem, ſed lutoſam illam ma-
D teriam diſſolui certiſſimum ſit, neque enim lapis ita facile vt putant diſſoluetur. Rumpuntur quidem a medicamentis efficacibus aliqui lapides, ſed non omnes, verum ij qui ſpongioſam ſortiti ſunt materiam, aut ſunt de natura boli, non tamen ij qui ſilicis duriſſimæ naturæ reſpondent. Fit præterea lapis per torrefactionem quando ignis concoquẽs talis eſt, vt non coquat, ſed adurat, & hic lapis ſalis naturam refert, ſiquidem omnis cinis eſt ſal, & propterea corroſiuam facultatem poſſidet, qualem in ſale cognoſcimus propterea dolores excitat intolerabiles, crediderim hunc eſſe lapidem, quem Fernelius

ita

ait ex ſanguine aduſto gigni.

Inter hæreditarios morbos lithiaſis recenſetur. ita tamen vt non ſine materia fiat: neque enim parentes, vt plurimum, morbum filijs relinquunt, ſed facilitatem, diſpoſitionemque ad morbum. Vnde agnoſces huiuſmodi hæreditarios morbos non eſſe omnino deſperatos, imo potius adhibito recto victus ordine multi ab illis præſeruantur, nam vt habetur apud Galenum 6. aph. 28. *clarum eſt autem hoc, & in podagricis manifeſtiſsime apparens, quod influente aliquo ad pedes humore ſuperfluo, paſsio generatur. Si nunquam igitur hic humor influeret, liquet, quod neque vmquam accideret paſsio: non influet autem, ſi ſemper vacans ſuperfluitatibus corpus extiterit. erit autem vacans ſuperfluitatibus ſi mediocri vtatur exercitio, & homo bene cibum concoxerit.* Si ergo quis podagram hæreditario iure acceptam patiatur, & recto victus ordine, materiæ tali morbo aptæ generationem prohibuerit, deficiente materia deficiet, & ægritudo. Nam ab auis, & patribus (vt aduertit ibidem Galenus) propter ſemen vitiatum partium debilitas acquiritur, quæ corpus reddit facile, vt in paternam incidat ægritudinem.

Itaque ſiquis à parentibus membrorum compoſitionem alicui morbo aptam acceperit, vti ſunt illi, quos alatos appellamus, & ad ptyſim propenſionem habent. caput etiam magnum habentes catarrhoſis fluxionibus, articulos laxos articularibus doloribus ij poſſunt optimo ſed continuo vitæ ordine præſeruari, ita vt ſemper cum magna ſuſpiſcione viuant. Alij verò qui a parentibus e. g. Lue Venerea infectis hanc labem ſumpſerunt difficile ab ea liberantur, aut ſi liberati contingat non omnino a recidiuæ metu fiunt immunes.

Verum, relictis hæreditarijs affectibus, qui peculiarem expoſtularent tractatum, reuertor ad cibum, & potum, cum quo mucilago, habens in ſe lapidoſum ſeminarium, accipitur. Videbitur hoc fabuloſum ſiquidem, eodem iure, cum peponum, aut cucurbitarum ſemina pro cibo accipimus deberet in nobis & pepones, & cucumeres, & cucurbitæ gigni. pro huius difficultatis enodatione altius repetenda res eſt. nec tamen in hiſtorijs immorabor multorum quibus in corpore animalia ſunt genita. ſit inſtar multarũ vna vel altera à Libauio & Rulando narra-

A ta. quidam diuturno morbo affectus, multis tandem medicamentis, reiecit ranæ pellem integram magna ex parte, niſi quod interanea omnia fuiſſent ex hauſta, vi pharmacorum (vt ipſe putabat) meminerat autem ſe aliquando ſitibundum, in itinere ex lacuna bibiſſe, verno tempore, & ab iſto mali originem traxiſſe: Martinus Rulandus cent. 7. cur. 28. Ruſtici Lutzingenſis, ait, filia nata annos octo decem tentabatur ventris tumore, & inflatione, cum murmure, & coaxatione ranarum ſonora, ieiuna puella ranas coaxantes omnes audiuerunt non obtuſe audi-

B entes. originem mali ſe contraxiſſe aiebat fæmina, ex potu aquæ paluſtris, cum verno tempore in ſolis intenſo æſtu ſitibunda pecoris curam haberet. Non paucæ ſimiles extant hiſtoriæ.

Quæri ſolet, num ęquiuocę ſint hæ ranę an verò vniuocę? Paracelſus ſimilitudine ranas eſſe, non identitate ſpeciei dixit. Verumtamen hic autor confutat ſe ipſum: dum enim earum ortum ex ſpermate ranarum naturalium eſſe fatetur neceſſe certè eſt ex ſemine ſynonimo gigni eaſdem, ſecundum ſubſtantiam, nec ſi fungus naſcitur in arbore

C fungus non eſt. Naturam quidem certis locis deſcripſit natiuitates, & procreationes animalium, ſed ſi paulo alieniore loco id fiat, non ideo monſtrum, in ſpecie erit. quaſi ſi manucodiata non in aere naſceretur, ſed in terra, vel arbore, non futura ſit manucodiata. Non ex ſeminum mixtura fit rana in corporibus ſed ex proprio, & ſuo, exceptis ſpontaneis.

Spontaneę etiam verę ſunt ranę. Nam ſi ex putredine in homine exiſtat fętura ranarum hic non dubitem, ſpeciei ſimilitudine, nihil aliud quam ranam prodente, ranam ſe-

D cundum eſſentiam appellare, ſicut igitur ex limo genitę ranę, ranę ſunt, ita ex fœcibus in homine diſpoſitis. Quapropter dicendum eſt id in quo vis eſt ſeminaria reſolui in aquã, & cum aqua miſceri, quam mixturam qui biberit in eo naſci ranas, ſeu aliud quidpiam, cuius ſeminarium in aqua fuit diſſolutum.

Sed huic ſententię pertinaciter reſiſtunt ij, qui ingeſta in ventres, ibi concoqui aſſerunt, exemplo aliorum ſeminum, quorum ſupra meminimus hoc eſt cucurbitę & peponis. Comedimus ſemina plantarum, cruda ſed nulla vnquam ętas vidit, in ventre, natam plantam. cum hauriuntur cruda oua

ſęcun-

fœcundaque ſuium, quis dicere poterit vnquam inde auem genitam? Cœterum diſſimilia ſunt hæc. Nam ranarum ſpetma non facile coquitur, quod idem dicendum eſt de ſpermate aliorum, quæ in nobis gignuntur, imo verò ſimilem locum, loco ſuæ generationis adipiſcuntur in ventre. Difficilius tamen videtur quomodo illud ſemen in ranā euadat? Num ita vt ſtatim ex eo naſcatur rana, citra vllam aliam mutationem? An interueniat mutatio quidem, ſed ex cuius proluuie excremētitia, ad ranas diſpoſita, poſtea ranæ procreentur. Vtrunque veriſimile eſt ſic enim ex combuſtis ranis ranæ producuntur, quod experientia teſtatur, quid ni etiam ex corrupto ſemine? concludo ſemina fructuum quæ in cibum veniunt, & ranas quibus veſcimur non gignere ſuum ſimile in nobis quia concoqui & mutari, ab archæo noſtro poſſunt, limus verò & ſperma ranarū excrementa inepta ad cibum talia remanent & ex ſe ipſis ſibi ſimilia innata quædam fæcunditate gigni patiuntur.

Perſuaſum itaque ſit, ea quæ per os aſſumuntur, ſi in ſe contineant ſeminarium exiſtens in materia non tranſmutabili in naturam noſtram, producere quidem intra noſtrum corpus res illas, quarum habent ſeminaria. Et quoniam lapides (vti diximus) in mucilagine conſiſtunt, quæ non poteſt euadere in nutrimentum, ideo, iuxta prædeſtinationem, ſui ſeminarij, lapides in nobis generantur. Alia verò, quæ poſſunt in noſtrā ſubſtantiam conuerti, cōuertuntur quidem, nec retinent priorem ſubſtantiam, retinent tamen aliquas priores proprietates. Vnde pro ratione ciborum, & mores, & ſanitas, variantur. In quo ſumma conſiſtit generationis lapidum conſideratio, & ideo non melius a lapidis generatione præcauebimus, quam effugientes eas regiones, in quibus malum hoc eſt endemicum, quod manifeſtum ſignum eſt in ea regione cibos multum lapidoſi excrementi e terra ſugere. Deinde etiam inter cibos, eos eligentes, qui, quoad fieri poſſit, huius mucilaginis ſunt immunes.

Quæſitu dignum eſt, & maxime neceſſarium, num in præſeruatione a lapide conueniant diuretica, circa quod non exigua eſt contentio. Nam ex vna parte, cum mucilaginis mora, in vijs orinarijs ſit vna ex præcipuis lapidis cauſa, videtur rationi conſentaneum, vt diureticis viæ illæ abſtergantur, &

A mucilaginoſa adhæreſcere prohibeantur. Ex altera parte videntur diuretica vias aperiendo, & materiam ad prædictas vias detrudendo, maximam præbere, lapidi gignendo occaſionem.

Diuretica dicuntur a Galeno 5. ſimpl. med. fac. c. 13. quæ non ſolum attenuandi, ſed etiam fundendi ſanguinis vim obtinent, eodem modo quo lac coagulatur, ſeparata parte tenui, & ſeroſa, a craſſa, & caſeoſa. Nam facillime ad ſe attrahunt renes quod in ſanguine aqueum, tenue, & ſeroſum eſt. Duo igitur ſunt, nempe ſanguinis fuſio, & ſegre- B gatio, quæ conueniunt vt detur multa materia a renibus attrahenda. Vtrumque optime peragitur per ea, quæ igneā habent vim, quale eſt ſiler montanum, anyſi ſemen, & fæniculi. Sunt itaque proprie diuretica quæ ſanguinem fundunt, attenuant, meatus obſtructione liberant. Alio modo, licet minus proprie, diuretica vocantur, quæ vrinā multiplicant. Hoc præſtant potiones quibus multum aquoſum, exiguum alimentoſum ineſt. Sic enim multa materia generatur, quæ apta eſt, vt per vrinarios meatus tranſfundatur, & eo aptior eſt, quo tenuior. Hinc C eſt quod vina alba tenuia diuretica eſſe dicuntur.

Igitur diſtinguendum eſt inter varios ægrotantis ſtatus. ſiquidem cum præſens eſt, malum, cumque vrget iam genitus calculus, primi generis diuretica conueniunt: quippe hæ ſua acutie lapidem, ſi frangibilis eſt frangūt, ſin minus eum e loco mouēt, & multitudine vrinæ impellūt. In ſtatu autem, quietis, cum potius de præſeruatione, quam de curatione agitur, non conueniunt: quia cum igneam poſſideant naturam, inflammant renes, quorum attractio iccirco augetur. & ita D rapient a iecore mucilaginoſam materiam, antequam optima fiat ſequeſtratio.

Diuretica ſecundi ordinis in præſeruatione maxime conueniunt. Si quidem vrinæ vias aperiunt, lauant, & abſtergunt, ea quæ conſpurcata inueniunt, & viſcidum mucilaginoſumque incidunt. Dixi conuenire in præſeruatione ita vt eadem diuretica non excludam in curatione in qua vtrumq; diureticorum genus conuenit. Conſiderare autem oportet diuretica hæc ſecundi ordinis etiam poſſe eſſe in præſeruatione ſuſpecta, ſi videlicet renes multa materia occupentur, imo verò in hoc caſu diuerſionem, per ſeceſ-

ſum moliri conuenit, ex Galeni decreto 7. meth. cap. 13. vbi in hunc modum ſcriptum reliquit. *renes verò, & veſica, & iecoris gibba, ſi multo vitioſo ſucco ſint referta, per pharmaca deiectoria expurgantur, ſin mediocri, per vrinales meatus.* ſic Galenus Quare meo quidem conſilio, ſi quis huius generis diureticis aſſueſcit, non debet illa intermittere, quod ſi intermittat, non reuertatur ad eadem niſi corpore rurſus purgato. Hinc eſt quod minus mihi placet Ludouici Mercati animaduerſio, videlicet ne quis ligno nephritico continuatis diebus vtatur ſed bis tantum in ſeptimana. quod periculoſum iudico: quoniam viæ a præcedente ligni vſu expurgatæ iterum propter vſum demiſſum conſpurcantur.

Multi non admittunt hæc diuretica in præſeruatione omnino diuerſioni ad contraria loca intenti. Hoc tamen duntaxat locum haberet ſi a lapide vlcus eſſet factum, aut inflammatio, aut ex qualibet alia cauſa ardor vrinę adſit. Tunc enim nocet tranſmiſſio ad vias vrinarias: quoniam materia, mordacitate ſua, dolorem auget, vnde attractio fit maior. ideo Galenus 13. meth. c. 6. & c. 11. Si in renibus, aut veſica, inflāmatio incipiat, vrinę prouocationem ſummopere prohibet. Et hęc de pręſeruatione. Pręſentis autem mali ſigna, & curationē a nullo melius, quā ab Hippocratis oraculo accipimus. Quare eius verba, quę 6. epid. ſect. 1. tex. 6. ſcripta reliquit breui commētatione illuſtrare libet.

In renem dolor grauis.

Grauem dolorem interpretamur, vel grauem hoc eſt vehementiſſimum, vel grauem hoc eſt, qui ſenſum nobis infert ponderis renibus incumbentis. Vtroque modo verum eſſe inquit Galenus, diuerſis temporibus, in renibus fieri. In calculorum enim creatione, atque exitu acerbiſſime dolent. reliquo autem tempore, vt rei cuiuſpiam grauis renibus incumbentis dolor percipitur.

Lapillus aut in renum cauitate, aut in renum carne generatur, & adhereſcit veluti tophacea materia in aquęductibus, aut nodi in articulis eorum, qui podagra chyragraue laborant. poteſt igitur in renum cauitate paulatim concreſcere ſine dolore. poſt quam autem magnitudinem aliquam eſt adeptus grauitatis ſenſum repreſentat. Si verò in carne

A renis adhęret, tunc non ſolum grauatiuum ſenſum, ſed grauatiuum infert dolorem, non tamen vehementem: quia caro renum obtuſe ſentit Poterit tamen lapis adeo magnus procreari, vt adhuc quieſcens in ea parte, in qua naſcitur, dolorem vehementiſſimum efficiat. Quamuis enim (vt ait autor libelli de renum affectionibus) cor, iecur, & renes in cauitatibus, non ſentiant, tamen (vt idem met ait) ſenſu ſuperficies prędita eſt: quia illuc nerui ſenſiles feruntur, qui in cauitatibus nulli ſunt. Atque ita poteſt fieri dolor lapide, in cauitatibus, exiſtente. quia circumten- B ditur externa membrana, eo quod cauitas ſit repleta, & circumtenſa membrana dolet. At verò in exitu lapidis acerbiſſimi fiunt dolores, vt non iam ſenſum ponderis, ſed ſenſum infixę haſtę repreſentent, adeo vt difficile a colico dolore diſtinguantur. Fit igitur tranſeunte lapillo, per meatus, acerbiſſimus iſte dolor: quia meatus ſunt valdę anguſti, & admodum ſenſiles.

Cum cibo impleantur.

Tunc verò dolor fit grauior, cum patiens C cibo repletur; quoniam cibus multus replet inteſtina. ea verò repleta comprimunt, grauantque renes, qui per peritonęum craſſo inteſtino alligantur. cibus namque, apud Hippocratem, aliquando accipitur pro alimenti recrementis, quę in inteſtinis colliguntur. vt 1. de rat. vict. in morb. acut tex. 32. *quibus enim cibus in inteſtinis occluſus eſt, niſi quis aluum prius ducens ſorbitionem dederis, vehementer lędes*. Et in hoc ſignificatu in pręſenti eſt intelligendus. poteſt etiam hoc loco nomine cibi intelligi omne genus cibariorū, ex quibus ſanguinis multitudò creatur. Nā D multitudo ſanguinis, in regionem renum decumbens, renes in anguſtum redigit, & illorum grauitatem, auget, difficilioremque exitum lapidis reddit.

Vomuntque pituitam.

Vomitus fit, ob renum poſitum: ij namq; ſecundum ſpinam, poſt ventriculum, & inteſtina poſiti ſunt, colligantur autem laxo inteſtino. Hinc fit, vt tanta ſit ſympathia renum, cum inteſtinis, & inteſtinorum cum renibus, & vtrorumque cum ventriculo, vt tam in colico quam in nephritico dolore vomitio.

mitiones accidant. Sunt autem vomitiones iſtę inter initia pituitoſę. quia pituita in ventriculo, vel maxime cumulatur.

Cum verò dolor abundauerit æruginoſa.

AEruginoſa bilis vocatur, quę ęruginis, porracea quę porrorum colorem refert. & hę duę ſpecies, in ventriculo magis aggregātur, vitellina verò, quę vitella ouorum refert & flaua, magis in vaſis, queamadmodum ſcriptum reliquit Galenus libello de atrabile. Fit autem bilis, ęruginoſa, ex flaua plus nimio aduſta. Cęterum animaduerſione dignum eſt Hippocratem hoc loco vocabulo [illegible] vti, quę ſane dictio non minus ſignificat venenoſa, quam ęruginoſa. Et in vtroque ſenſu pręſens ſententia poteſt declarari. Vertunt omnes merito ęruginoſa: quoniam ob vehementiſſimos dolores, vigiliaſque frequentius eſt vt cibus corruptionem accipiat, eaque bilis ſpecies generetur, quę gręcis [illegible] latinis ęruginoſa appellatur. Verum tamen poteſt etiam aliquando ij qui lapide renum vexantur., vbi dolores ſupra modum creuerint, venenoſi humoris accidere vomitus. nec mirum venenoſos humores poſſe in corpore ſuſcitari, propter maximam afflictionē factam a dolorum vehementia, nec non ob febrem quę prędictis doloribus, vigilijs & ſubuerſionibus ventriculi, crebriſque totius corporis iactationibus ſuperuenit. Hoc etiā accidere phreniticis Hippocrates locupletiſſimus eſt teſtis 3. epid. ſect. 3. ęgrot. 4. Venenum enim mortiferum appellat humorē malignum in phrenitici illius corpore collectum. Siue igitur venenoſus ſit humor, ſiue ęruginoſus, quia venenoſo valde diſtat, ſcire oportet febres dolorificis affectibus ſuperuenientes, eſſe maxime pertemiſcendas. nam corpus accipiunt iam nimium defatigatum, & humores reperiunt ex multa, & longa inquietudine & vigilijs ſatis exſuccatos, & aduſtioni aptos. Vnde multis contingit, ut liberati a nephritico, aut colico dolore febre ſuperueniente intereant.

Et leuiores quidem euadunt.

Leuantur autem à uomitu, tum quia reuulſio fit materię, in renem, incumbentis, ita vt minore iam exiſtente renum compreſſione, grauis dolor nonnihil remittatur, tum etiam quia (vt in me ipſo experior) vomitionis impetu, retrahuntur ſurſum vaſa renibus incumbentia, & conſequenter meatus dilatantur, propterea minor aliquantulum fit dilaceratio.

Liberantur verò cum cibis euacuati fuerint.

Euacuatione liberati commune eſt colico dolori & nephritico. Nam in colico per vomitum tollitur cauſa; in nephritico tollitur compreſſio. Quod ſi euacuatio a cibo hoc eſt ab excrementis in vtroque dolore eſt vtilis, in vtroque præter vomitum conferet deiectio ſaltem per clyſteres, quæ multo celerior eſt, quam per pharmacum, dolor autē valde celerem expoſtulat curationem. Si etiam præbendi medicamenti purgantis occaſio datur, ne hoc quidem omittendum eſt, dummodo non ſit cum electiue trahente, ſufficiat enim lenitiuum ne materia ad locum affectum, plus quam par eſt detruſa maiores, intolerabilioreſq; efficiat dolores, quibus omni ingenio, & arte, poſthabitis reliquis indicationibus, neceſſitas ſuccurrere iubet.

Arenulæque ruſæ ſubſident.

In hoc differt colicus dolor à nephritico. Nam in colico liberatur patiens ſola alui deiectione, in nephritico per arenulas, in vrina ſubſidentes. Vrina prius tenuis mingebatur, vt pote quæ per detentas arenas, & lapidem tranſcolata, purior, tenuiorque apparebat. poſtea iam materia mota dolores ceſſant, & materiæ portio in vrinis ſubſidet. Prudenter Auicenna in ijs, qui calculo renum ſunt obnoxij conſiderat, ſi arenæ, quas ſolent excernere non excernantur, tunc enim dolor fiet a retenta materia. Si poſtea dolor ſuper veniat, tunc temporis apparitio arenarum doloris ceſſationem ſignificat, nempe propter exitum materię quę doloris erat cauſa.

Rufas, ait Hippocrates, eſſe arenas, hoc ſolo vocabulo omnes colores comprehendens, qui magis aut minus ruſo colori ſunt propinqui. vt ſandarachales colores, qui ſandaracham referunt; oroboides, erui ſimiles, & ſic alij. Vult Galenus huiusmodi colores fieri ex maiori aut minore ſanguinis cum pituita mixtione, quod mihi diſplicet. nam de ſan-

ſanguinis miſtione mox ſeorſim mentionẽ faciet. Veriſimilius videtur, quoniam quod in veſicæ lapide eſt album in nephritico affectu rufum, hoc prouenire ex naturæ actione quæ aſſimilationem ſemper molitur. Cũ igitur renes poſſint aliquem colorem arenulis imprimere imprimunt. Veſica, quæ alba eſt, albificat etiam ſuam materiam.

Et cruentum meiunt.

Hoc autem cur accidit? nempe, quia calculus cum angulosus ſit, egreſſu ſuo proximas particulas vulnerat,& cruorem exire facit. Hæc eſt Galeni veriſſima ſententia cæterum videre mihi contigit quendam ex nobili familia Oricelai, cui antequam lapis moueretur, cruentam reddebat vrinam imo non cruentam, ſed merum cruorem, quod per plures dies continuauit ſine aliquo dolore: poſtea moto lapide, cruor ceſſauit & dolores ſuperuenerunt, quod cum magno artis medicę decore contigit: ſiquidem ab initio lapidem huius rei cauſam eſſe prædicens, nolui vnquam aſtringentibus vti remedijs. Suſpicor lapidem illum in orificio alicuius venæ genitum, cauitatem vaſis dilatando, exitum ſanguini præbuiſſe. Deinde lapide amoto clauium fuiſſe oſculum & lapidem per veteras dolores excitaſſe & vrinas tenues tranſcolatione reddidiſſe.

Stupor fæmoris e regione poſiti.

Hoc vltimum ſignum eſt ab Hippocrate traditum. Videlicet propter venæ cauę,& arterię magnę, duorum valorum dorſo incũbentium, cum renibus & cruribus coniunctionem, ſtupidum reddi fæmur. ita vt ſi lapis in dextro rene fuerit, dextrum crus obſtupeſcat, ſi in ſiniſtro ſiniſtrum. Stupor autem fit tumentibus arterijs, & venis, & comprimentibus neruos, qui iuxta feruntur, vt ait Hippocrates in libello de virginum morbis.

Quieſcere non conducit ſed exerceri.

Hæc eſt altera ſententię pars, in qua de lapidis renum curatione agitur in limine duo animaduertam. primum Hippocratem hic agere de lapide renum, non de lapide veſicę. quod enim hic de renum lapide agat, intel-
A liges tum ex eo quod nephritici doloris ſigna præmiſit: tum quia ſi de lapide veſicæ ageret curationem non doceret: ſi quidem veſicæ calculus ſolam ſectionem, aut lapidis tranſpoſitionem poſtulat, autore Galeno lib. art. med. cap. 94. & 6. epid. ſect. 5. com. 26. Rarum enim eſt, imo inauditum, vt lapidẽ in veſica medicamenta frangant, tam propter loci diſtantiam, qua medicamenti vis languida redditur; quam quia in amplo receptaculo calculus in immodicam excreſcit magnitudinem. Vnde colliges inane eſſe quod ait Horatius Augenius vol. 1. lib. 4.
B epiſt. 2. per ſiphonem vrinarium immitti in veſicam auxilia cum maxima ægrotantium commoditate. Quando autem Hippocrates in ſuo iure iurando ait. *Nec verò calculo laborantes ſecabo, ſed viris chirurgia operarijs eius rei faciendæ locum dabo* calculoſos vocat eos qui lapide in veſica laborant, quaſi ij nulla alia via, quam per ſectionem curari poſſint.

Alterum quod aduertendum cenſeo eſt Hippocratem quemadmodum ſigna docuit præſentis,& inſtantis mali, hoc eſt, ſigna indicatiua, non prænuntiatiua, ita etiam cu-
C rationem præſcribere eiuſdem mali cum vrget, non verò cum præcautionem ſolam expoſtulat. Vnde minus rectè Galenus hoc loco exercitationes magnas damnat, velut equitationes, aut armis, aut lucta, aut pancratio certare, aut humum fodere, aut id genus aliud facere ſed tantum recipit omnem abſolute mutationem, quæ pro ætatis, habitus, roboriſque renibus ægrotantis ratione, corpus exercere valeat. Hæc quidem optimè dicta forent, ſi de præſeruatione ageremus, in qua leuis exercitatio conuenit, vt membra roborentur, alimenta digerantur, excremen-
D ta expellantur. cęterum dolore vexatis, ſi lapis alijs remedijs non cedit, optimum remedium eſt equitatio, optimum vehi curru per loca ſalebroſa, vt excuſſione lapis è loco dimoueatur. Neque verò cum Hippocrates ait quieſcere non conuenit. Vitam otioſam damnat, quamuis, re vera, damnanda ſit, propter cruditatis, quas accumulat; ſed, quod ad præſentem rem facit, eſt (quod Galenus ægrotantem admonet) vt dum dolore vrget, patiens exercitatione lapidem tentet excutere nec ſinat ſe in quiete iacentem dilacerari.

Non impleri.

Quando ſuperius dixit ingraueſcere dolorem, cum patiens cibo impleتur, merito nunc non impleri dicit, hoc eſt tenuiſſimo victu vti quod conſilium multis de cauſis vtili eſt. primo quia ex multo cibo, multa excrementa in inteſtinis colliguntur, ex quibus renes comprimi, grauarique contingit. Secundo quia ex multo cibo multitudo ſanguinis generatur, quæ incumbens renibus, eos anguſtat. Tertio quia cibi quantitatem non poteſt coctrix facultas conficere, ob doloris vehementiam nimis impedita. Quarto quia corpus a multo cibo igneſcit, atque dum membra iactantur dum dolores affligunt, accendendæ febri præſtatur occaſio. quod ſi teſte Hipp. 1. aph. 7. *vbi morbus peracutus eſt ſtatim extremos habet labores & extreme tenuiſsimo victu vtendum eſt*. Dolor nephriticus inter exacte peracutos numerandus, extreme tenuiſſimum victum, & (quatenus tolerari poſſit) inediam poſtulat. Accedit iis, quæ dicta ſunt, tunc temporis, maximam ventriculi a leſſe ſubuerſionem quare minus in eo caſu cibum exhibere conuenit.

Iuuenes veratro purgare.

Eſt indicatio, quæ ſumitur a iuuantibus, & nocentibus. Si enim, vt ſuperius dictum eſt, liberantur, cum cibo euacuati fuerint, manifeſtum fit purgationem maxime conuenire. Conuenit autem, tam per vomitum, quam per clyſteres, quam etiam per medicamenta purgantia. Per vomitum quidem tamquam reuulſiuum auxilium: fit enim retractio ab inferioribus, ad ſuperiora. Et quãuis videatur nihil per vomitum exire, quod ad præſentem dolorem faciat, tamen aliquid ex materia, ſuo pondere, comprimente, educitur, nec non etiam diſcutiuntur motione flati, qui diſtentione dolorem efficiunt: flatus enim in lapidis generatione, infeſtiſſimi eleuantur. Per clyſteres conueniens etiam eſt euacuatio materiæ comprimentis, & multoties doloris vehementia non ſinit nos expectare tardam medicamenti actionem.

Iuuenes, ait Hippocrates, eſſe purgandos: quoniam exiſtimat ſenes vix poſſe ſufficere duobus imbecillitantibus, nempe dolori vehementiſſimo, & medicamento purganti. Cumque nemo ſecurus eſſe poſſit, an a phar-
A maci operatione ceſſare debeat dolor, fit vt, euacuatione fruſtra adhibita, debilius reddatur corpus, & dolori tolerando, magis inhabile. quapropter non niſi iuuenibus, quibus abundant vires, purgans medicamentum exhibendum eſt.

Verumtamen Hippocratis ſeculo, non niſi vehementia medicamenta, & valde corpus purgantia cognita erant. quare veratri meminit, quo nos hoc noſtro tempore benignioribus abundantes, non vtimur. propterea non niſi iuuenibus dari permiſit medicamentum, nobis verò magis audendi, pro-
B pter elementiora pharmaca poteſtas datur. Et quidem ſi hæc benigna deeſſent, electiue trahentia ſemper ſuſpecta forent, ſolumque in minima quantitate, & ſumma neceſſitate, quando aliter curatio fieri non poſſet, imperanda. Nam quicquid electiue trahit, humores ad partes infernas deducit, ex quo maioris mali occaſio præſtatur. Laudatur in hoc caſu mel acetum, caſſia fiſtularis, ſyrupus ex pluribus infuſionibus ſiue roſarum, ſiue violarum. Ex compoſitis autem diacatholicon, diaprun. ſimpl. diaſebeſthen. Quibus, in forma boli paratis, ſi adiungas troci-
C ſcos alchachengi cum beneficio ægri id fiet. Alchachengi vocant Arabes, quod græci alicacabon, latini ſolanum veſicarium, cuius fructus, in veſicis, ſeu folliculis contentus rubet eſt. de eo Galenus de ſimpl. ait ciendę vrinæ eſſe idoneum, & accommodari iis, quę ad iecur veſicam, & renes pertinent. trociſcos autem formari docet Meſue.

Venam popletis incidere.

Si multus, & craſſus ſanguis abundet (inquit Galenus) vena ſecanda eſt, & merito:
D quia repletio venarum, (vt optime aduertit Valleſius) vt facit ad crurum ſtuporem, facit etiam ad repletionem renis. In poplite ſecanda eſt, quia, autore Galeno, membra ſupra iecur, cubiti venę ſectionem poſtulant. infra verò crurum, in poplitibus videlicet, aut ſaltem iuxta malleolos.

Aetius tetrab. 3. ſerm. 3. c. 5. in vehementiſſimis doloribus, a lapide renum ortum habentibus, venam cubiti ſecat. autor libelli de renum affectionibus, cum diſtinctione hoc accipit. nempe vbi valida fuerit virtus, vena, quæ in poplite eſt, aperietur, vel ea quæ ad malleolos. ſin imbecilla, vena quæ eſt in cubito.

bito. Nam ſi virtute debili infra euacuabi-
mus, retentrix facultas, quæ eſt imbecillis,
non retinebit, ſed vniuerſa in præceps rapio-
tur, & partes aſſiduo defluxu impetet ſuccis
videlicet in locum imbecillem perpetuo de-
cumbentibus.

Sed tamen cum ad ſanguinis miſſionem
ſemper validæ requirantur vires, prædicta
diſtinctio non videtur habere locum Gale-
nus lib. de curand. rat. per ſanguinis miſſ.
*ait ambiguum eſſe num venæ partibus ſupe-
rioribus adſcribi debeant, & propterea eis af-
fectus, neque perpetuo in cubito ſecta vena,
neque etiam in poplite, aut malleolis innan-
tur. Sed vbi recens fuerit phlegmone, copia-
que ſanguinis affuerit vena cubiti ſecanda
eſt. quibus verò affectio ineſt, quam proprie
nephritim nominant, eam qua in poplite eſt
ſecare expedit, aut certe quam malleolis.*

Reuulſionis itaque gratia, vbi copia ſan-
guinis affuerit, & timor ne ex ingente dolo-
re phlegmon excitetur, vena cubiti, ex Aetij
decreto ſecanda eſt. Hippocraticæ verò cu-
rationis ratio tunc amplectenda eſt, cum sã-
guis multus craſſus in venis abundauerit, ſi
quidem eum ſurſum reuellere non eſt pro-
prium, ſed magis expeditum per inferiores
partes euacuare, ceu per conuenietiorem re-
gionem, quo maxime natura vergit, vt Hip-
pocratis mos eſt, & ideo venam popletis ſe-
cari iubet, e directo videlicet affecti renis,
cum rectitudinem perpetuo ſeruandam eſſe
non ſemel ab eo ſit inculcatum. Quæcum-
que tamen vena incidatur, ſemper minus ex-
trahere oportet, quam repletio expoſtulat.
Cum enim certi eſſe non poſſimus an a ſan-
guinis miſſione excidat lapis, ſeruandus ſan-
guis eſt ad eam, quæ futura eſt in corpore im-
penſam.

Vrinarijs mundare, tenuare, mollire.

Vrinarijs vtendum eſſe, ait, hoc eſt poten
ter vrinam prouocantibus. mundare dicit,
verbo ſignifat purgare, & quod ſupra modũ
auctum eſt parietibuſque vaſorum adhærẽs
minuere, & abſtergere. Multa ſunt medi-
camenta huic muneri peragendo dicata, quę
acutie partium, lapidis ſubſtantiæ ſeſe inſi-
nuantia, diſruptioni eiuſdem maxime inſer-
uiunt. Hac lege acetum lapides adeo com-
minuere dicitur, vt ſi quam tum vis duriſſi-
mi ſilices, in eo per octiduum macerentur

A ita molleſcunt, vt digitorum attritu in pul-
uerem redigantur. Sic Annibal cum Alpes
ſibi peruias faceret, vt in Italiam migraret,
feruente aceto ſaxa diſſoluit, cuius rei autor
eſt T. Liuius lib 1. decad 3. tanta eſt, & tam
penetrabilis aceti vis, vt ſaxa corrodat, &
comminuat.

Maxima eſt remediorum ſilua ab autori-
bus, in hunc vſum, excogitata. Extat, refe-
rente Aetio tetrab. 3. ſerm. 3. c. 11. antido-
tus Andromachi ad calculoſos. quæ paula-
tim confringit, & extrudit lapides, fit ex ſe-
minibus diureticis, & componitur cum ma-
B xima ſuperſtitione. autorẽ tamen Androma-
chum non nominat, ſed a ruſtico ſe eam ha-
buiſſe ait. Superſtitio eſt, quoniam ad huius
pharmaci apparatum, religioſe (vt ipſius ver
bis vtar) accedendum eſt. in ligneo lapillo,
& piſtillo etiam lapillo, ingredientia tunden
da ſunt, eum autem, qui hæc contundit, opor
tet nec ferreum annulum geſtare, neque cal-
ceamenta clauis ferreis transfixa.

Medicamentum ex lepore combuſto, tam
a Græcis, quam ab Arabibus autoribus ma-
xime commendatur. Aetius leporis pellem
in ollulam conijcit, in furno deurendam, vt
C probe conteri poſſit pulueris exhibet cocle-
arium ieiunis, in ſolij calidæ aquæ in ſeſſũ.
Leporis decolati cineres accipiunt Arabes
dragm. 2. Mathiolus in Dioſcorid. integrũ
cum pelle aſſumit, in ciueremque redactum
exhibet. Arnaldus exenterato lepore inte-
ſtinorum loco ſaxifragiam, milium ſolis la-
pidem iudaicum, lapidem lyncis, ſpongiam,
pentaphylon, & virgam addebat. & in nouo
fictili comburebat, factoque puluere, ſe pluri-
mos ſanaſſe profitetur. Gallus quidam re-
gius medicus dabat puluerem oſſium crurũ
leporis. Montanus propinabat puluerem ex
D leporis renibus aduſtis. Augenius caput le-
poris auferri iubet, quia inſitam habet, cum
humana natura, antipathiam. id tamen vn-
de compertum habeat ignoro. Scio tamen
venatoribus nihil magis placere in cibo quã
leporinum caput. Apud me ex toto lepore
puluis magnam vim habet, licet Augenius
maiorem, ex ſola pelle, eſſe exiſtimet. Doſis
eſt a. dragm. 2. ad dragm. 2. ſemis cum octo
aut decẽ vncijs alicuius diureticæ potionis.

Cinis vitri combuſti ab omnibus Arabi-
bus, & à quibuſdam Gręcis admittitur, a quo
ſuperficies calculi obteritur. debet autem in
hunc modum præparari. Ignitam vitrum

cryſtallinum in ferrea lamina, vt obteri poſſit. in aquam fabarum immergatur, deinde iterum inflammetur, & obteratur, in pulueremq; tenuiſſimum redigatur doſis eſt ſcrop. 4. in vncijs 2. aquæ calidæ. hæc tamen doſis tum aquæ, tum pulueris ab Arabibus præſcripta augenda eſt.

Sanguis hircinus, inter lapidem frangentia, laudatur, cuius preparatio nota eſt pharmacopœis. Cicindellæ abſsis capitibus, & alis, in vaſe æneo ad ſolem exponantur feruentiſſimum, donec redigi poſſint in puluerem, qui aqua diſſolutionis tragacanthi exceptus in trocischos reducitur, hi vbi fuerint exſiccati, pulueriżentur rurſus, & formentur eadem aqua, & ſic fiat quater. dum autem rediguntur in puluerem, ſenſim adde olei amygdal. recentis dragm. 2. doſis eſt ſcrop. 2. cum vncijs octo aquæ decoctionis liquiritię.

Ex compoſitis extat optimum remedium relatum a Rhaſi in 9. ad Almanſor. cap. 14. eſt etiam electuarium ex cineribus. milli pedes in puluerem redactos ſummopere laudat Augenius: & profecto milli pedes habere frangendi lapidem facultatem teſtantur Galenus, Aetius, Auicenna, Serapio, & Rhaſis.

Ex oculis cancrorum, & lapide microcoſmi, lapide lyncis, lapide iudaico, & alijs ſimilibus ſpagyria multas conficit compoſitiones. Sed præcipue ex cryſtallo lapide, ex quo remedium paratum celeberrimum, a Paracelſo oleum ludi (vt arbitrantur multi) appellatur.

Sales etiam ad hoc conferunt, præcipue ſal corticum fabarum, a Quercetano laudatus. ſpiritus etiam calchanti, ſua acrimonia, & tenuitate, potens eſt ad frangendum lapidem. ex Annanas fructu qui ex America affertur aqua ſtillatitia lapidem comminuit: ſi quidem fructus tantæ eſt efficaciæ vt cultrũ in eo immiſſum, & relictum intus poſtridie conſumptum appareat, vt norunt Luſitani, qui Braſiliæ hunc fructum viderunt nobis eodem veſci multoties licuit ſed in zuchero parato.

Altera intentio, poſt lapidis fractionem, eſt attenuatio, quæ attenuantis victus ordine pręſtatur. tertia eſt emollitio, quę fit fomentis emollientibus nec non clyſteribus, quorum ſiluam reperies apud auctores practicas ſcribentes.

Verum quoniam ſunt multi qui lacte ſaltem aſinino pro lapide frangendo vtuntur,

A hęc quoque controuerſia breuiter pro coronide ventillanda eſt. Aiunt iſti ex Galeno omnia lactis genera, a lacte aſinino ſubtilitate & ſeroſitate ſuperari quapropter aſininũ lac potius aperientem, quam obſtruentem habere facultatem. Deinde lac parte caſeoſa calculum gignit, ſed lac aſininum caret caſeo: neque enim ex eo paſtores caſeum conficiunt. Tandem licet lapidem ex lacte fieri fateantur, non tamen ex omni lacte, verum ab eo tantum, quod culpatum eſt atque vitioſum ex Hippocratis ſententia libro de aere, aqua, & locis. Diſtinguunt itaque lac in lac

B culpatum, & lac exquiſitum, & dicunt exquiſitum non efficere calculum: quoniam caret ſubſtantia ſubuiſcida, excrementitia, in hoc cenſu reponunt camellinum, equinum, aſininum, humanum. Aſininum vacare omnino excrementitia materia, dupliciter perſuadent, tum quia ſale, ac melle paratum, & ſtatim ex vberibus deſumptum, in ventriculo coagulari non poteſt, tum quia Galenus lib. 6. de ſanit. tuend. c. 15. aſſerit ſe exhibuiſſe lac aſininum vna cum Archigene, & Philagrio, in homine actu calculum patiente. Huius opinionis aiunt eſſe autores Philome-

C num, Aetium, Simeonem Antiochenum, Vgonem Senenſem, & Hiſpanum. Si verò Paulus & Dioſcorides lac damnant ad calculum, loquuntur de lacte quo tamquam alimento vtimur, non de lacte quod pro medicamento accipitur.

His tamen non obſtantibus falſa eſt hęc opinio, & indigna quæ recipiatur. Lac enim aſininum (vt Galeni & Auicennę teſtimonijs comprobatur) licet tenuitate ſubſtantię humano ſimile exiſtat, ſuperatur a lacte camelarum, & equarum. nec verum eſt ex eo caſeum non poſſe fieri, ſi namque caſeosã

D partem non haberet lac non eſſet. ſi quidem lac nihil aliud eſt quam ſubſtantia compoſita ex ſero, caſeo, & butyro. ſic ſentiunt Medici; Philoſophi autem butyrum dicunt nõ eſſe neceſſarium in omni lacte, vtriq; tamen caſeum in eo admittunt. Quod ſi lac aſininum caret caſeo, quorſum Galenus 4. de rat. vict. in morb. acut. com. 7. modum docuit extrahendi caſeum a lacte aſinino? cur ex equino lacte & aſinino tenuiore fit caſeus? Quis nam eſt caſeus Hippaces, cuius meminerunt Hippocrates, & Plinius, Huius vices æquales eſſe bubulo caſeo tradidit Sextius. cur itaque ex aſinino fieri non poterit? cur anti-

antiquitas lacte aſinino vſa eſt pro coagulo? quomodo phryges caſeum ſuum conficiunt ex lacte bubulo, equino, & aſinino. At quã-uis paſtores ex aſinæ lacte caſeum non conficiant hoc nihil refert: etiam ex lacte humano caſeum nemo conficit, nec propterea humanum lac caſeo caret.

Eſt etiam falſum, quod aiunt a lacte culpato duntaxat fieri calculum: nam culpatũ eſt maxime tenue. hoc ſi non retineatur inferre noxam nequit. Deinde ſi lac quatenus caſeoſæ ſubſtantiæ eſt particeps calculum gignit, non ergo a vitioſo duntaxat.

Hippocrates quem ex aduerſo citant, in libro de aere, aquis, & locis, in hunc modum ſcriptum reliquit. *fit autem pueris etiam ex lacte, ſi non ſalubre id fuerit, ſed valde calidum, ac biliosum. ventrem enim per calefacit, & veſicam. Quare vrina, dum aduritur, hæc patitur.* Hæc autem verba non ſignificant ex lacte vitioſo duntaxat fieri calculum. Sed ſcire oportet Hippocratem duplicem afferre modum generationis calculi. primus eſt quẽ paulo ante dixerat *eo quod id quod craſſiſſimum eſt, ac bilioſiſſimum iſthic manet, & coa-*

A *ceruatur, ac concreſcit.* Alter cum addit *ex vrina qua aduritur.* neque ibi particulam [duntaxat] appoſuit, nec de vitioſo lacte magis quam de bono ſermonem habuit.

Tandem diuiſio lactis in culpatum & exquiſitum nemini poterit ſatisfacere poſſunt enim hæc duo ſimul exiſtere, & vt exquiſita bilis ſimul & putrida eſt ſic lac exquiſitum & viciatum. Si verò lactis culpati nomine intelligunt, illud quod habet ſubſtantiam viſcidam & excrementitiam duplicem videntur caſeoſam ſubſtantiam conſtituere vnam alimentalem, alteram excrementitiã.

B Sed perperam. Statuatur ergo loqui nos de lacte ſanorum corporum, hoc ſane alimentum eſt corporis non propter ſeroſam, ſed propter caſeoſam ſubſtantiam. hæc ſurſus caſeoſa pars non poteſt ita eſſe alimentum, quin aliqua portio non ſit excrementum. Quare cum omni lacti, etiam puriſſimo contingat excrementiæ partis eſſe participem, cumque etiam omni lacti caſeoſa adſit ſubſtantia in omni lacte gignendi lapidis ſuſpicio non parua exiſtit.

F I N I S.

INDEX

INDEX

RERVM MEMORABILIVM·

QVAE IN LIBRO DE METEORIS

MICROCOSMI CONTINENTVR,

Alphabetico ordine digeſtus, in quò prior num. pag. & ſecundus columnam litera verò locum denotat.

A

ACetum ſaxa vel duriſſima diſſoluit. 227. 2. A.
Aduſtio in nobis vnde ſequatur. 167. 1. B.
Aer motu ignitur. 101. 2. D.
Aer quomodo eformatus. 40. 2. C
Aer per omnia permeans. 13. 1. C
Aeri quomodo aliquid diuinum conce dendum. 38. 2. C
Aer craſſus diutius retinet ſonum quam tenuis 83. 2 C
Aeris impreſſiones ignea. 96. 2. A
Alexitery, Alexipharmaci, & antidoti differentia. 155. 1. A
Alexiteria non agunt manifeſtis qualitatibus. 155. 2. A
Alexiteria non agunt qualitatibus occultis. 156. 1. A
Alexiteria ſimplicia magna ex parte igneam poſſident naturam. 165. 2. D
Alimenti defectum poteſt animal diutius tolerare. 85. 2. A
Alimenta multarum rerum varietatem homini imprimunt. 78. 2. C
Amuleta in pretio babenda. 155. 1. B
Anima ſola poteſt ad omnia duci. 4. 1. A
Anima Mundi non eſt Deus. 4. 2. B
Anima mutatur vel in melius, vel indeterius. 5. 1. B
Anima Vniuerſi a diuinis Ideis virtutes concipit ſeminales. 50. 2. B
Anima preſentia vita eſt. 83. 1. A
Anima vniuerſi ſol comparatur. 83. 1. C
Anima Microcoſmi ignis comparatur. 83. 1. C
Anima omnis carnis in ſanguine eſt. 84. 2. A
Anima eſt coniuncta ſuis inſtrumentis. 84. 2. B
Anima cum ſanguine feruet. 84. 2. D
Anima inſeruit corpori 85. 1. A
Anima Mundi recte omnibus communicatur. 51. 1. A
Anima ſpiritibus adeſt informando. 85. 2. D
Anima imperat in cerebro, vbique obedit. 91. 2. B
Antidoti iuſta doſis quomodo venanda. 158. 1. C
Antidota per ſe agunt in venenum per accidens in naturam. 157. 2. C
Annanas fructus ferrum abſumit. 138. 1. D
Annanas fructus lapidem ſoluit. 228. 1. C
Antiqui pauca aut nulla de contagio ſcripta reliquerunt. 107. 1. B
Antiqui cui Deorum tres anima facultates aſimilarent. 87. 2. C
Animalium carnes, qua ſalubres paſcuntur berbas, ſalubres exiſtimantur. 78. 2. A
Anatomia duplex. 77. 1. A
Aphoriſmus vltimus quinti libri addititius eſt. 190. 2. C
Aphoriſmi Hipocratis 1. *lib.* 6. *vera expoſitio.* 187. 2. D
Apoplecticis non adeſt facultas imperans. 91. 2. C
Apoplexia, paraliſis, & epilepſia curatio. 182. 1. B
Aqua non eſt ſupra terram. 13. 1. C
Aquas fieri ex aere concreto non eſt perpetuum 40. 2. B
Aqua gutatim aſperſa ignem adauget. 108. 2. D
Aqua medicata homines longauos faciunt. 78. 2. B
Aqua quomodo producantur. 40. 1. D

Aqua

INDEX.

Aqua frigidæ potus, febricitantibus quomodo adminiſtrandus. 153. 2. C
Aqua frigida potus in internis inflamationibus arcendus eſt. 153. 2. D
Aqua intercus ſicca qualis dicatur. 190. 1. B
Aquarum originem quomodo probent Ariſtotelici. 195. 2. B
Aquarum generatio iuxta autoris ſententiam. 196. 2. D
Artrbitidi ſanguinis miſſione promptius, quã alio auxilio ſuccurritur 211. 1. B
Ariſtotelis elegans comparatio. 80. 2. C
Ariſtotelis ratio reycitur. 45. 1. C
Ariſtoteles notatur. 76. 1. A
Ariſtoteli contradicitur. 3. 2. C
Ariſtotelis de elementis in mixto ambiguitas. 11. 1. D
Ariſtoteles quatuor eſſe elementa vnde probet. 12. 1. B
Ariſtoteli contradicitur. 43. 2. A
Ariſtotelis de vita Seminis ſententia. 47. 2. C
Ariſtoteles de maſculino ſemine quid ſentiat. 52. 2. B
Ariſtoteles in fœminis ſemen non agnoſcit. 54. 2. A
Ariſtoteles reprobatur. 67. 2. C
Ariſtotelis opinio de ſimilitudine natorum ad parentes. 62. 1. B
Argenterius reprehenditur. 134. 1. B
Argenterius reprobatur. 67. 2. B
Argenterij opinionis de modo generandi reſutatio. 65 2. A
Argentery futilis diſtinctio. 46. 1. A
Argenterius reprobatur. 44. 1 B
Argentery ſubtilitas importuna. 83. 1. B
Arabum doctrinæ laus. 158. 1. C
Ars ſpagyrica ex arſenico venenoſam partem extrahit. 80 2. C
Ars manu artificis operatur. 75. 1. B
Arteriarum conſtrictio & dilatatio, cur alternatim fiat. 88. 2 D
Arteriarum dilatatione atrahitur aer. 89. 1. A
Arteriarum conſtrictione expelluntur fuligines. 89. 1. A
Arteriarum pulſatio motui Cœleſti comparatur 89. 1. A
Arteria & cor eodem motu mouentur. 89. 1. D
Arſenicum extra apoſitum cur intro iuuet. 166. 1. B
Aſtringentia medicamenta quomodo veneno proſint 166. 1. B
Aſtrologiam medico eſſe neceſſariam ex Hipocrate. 37. 1. B
Aſtrorum ſignaturas non poteſt homo à ſe abijcere. 9. 1. A
Aſtrorum effectus poſſunt in homine a ſuperiori natura cohiberi 1. A
Aſtrorum effectus inhumanis corporibus admirandi. 37. 1. C
Autoris cum Hipocrate diſſentio. 44. 2. A
Autoris cum Platone diſſentio. 44. 2. A
Autoris de ſemine ſententia. 46. 2. B
Autoris cum Empedocle diſſentio. 44. 2. A
Autoris ſententia de vita ſeminis. 48. 1. C
Autorum opiniones de animæ eſſentia. 84. 1. B
Autores, qui ephimeram febrem concedunt eã negantibus, componuntur. 119. 2. C
Autoris ſententia de reuerſione febrium. 129. 1. C
Autorum variæ ſententiæ de reuerſione febriũ. 127. 1. B
Autorum variæ ſententiæ de peculiaribus febrium periodis. 130. 1. D
Autoris ſententia de peculiaribus periodis febrium. 132. 1. D
Autoris de hectica febre opinio, & eius differentijs. 141. 1. C. 142 1. C
Auri cum Sole conuenientia maxima. 97. 1. D
Aurum ab hydragiro frangibilis redditur. 97. 2. B
Aurum conſpicuum aliquando incorporibus repertum. 98. 1. B
Aurum vt intra corpus ſumatur omni corroſiuo carere debet. 160. 2. D
Auri tinctura quomodo extrahatur. 159. 1. B
Aurum & gemmæ qua ratione mortalibus auxilientur. 156. 1. B
Auicena quas vocauerit ſecundas humiditates. 139. 1. C
Auicena & Rhaſis componuntur. 117. 1. A
Auicena declaratur. 99. 1. B

B

BIlis æruginoſa & porracea magis in ventriculo generantur quam reliquæ. 224. 1. A
Bilis vitellina, & flaua potius in vaſis quam in ventriculo generantur. 224. 1. A
Bilis flauæ portio in quem vſum ad inteſtina mandetur. 82. 1. B
Bilis zinaria, ab Auicena inuenta, figmentum eſt, 169. 2. B
Boues Indiani, qui caſſia veſcuntur carnes habent ventrem ſoluentes. 78. 2. B
Bruta rariſſime imaginatione formatricem corrumpunt. 69. 1. C
Bullæ multæ in ſemine inſunt pre exiguitate inuiſibiles. 49. 1. C

C

CAdunt homines poſt rotationes. 194. 2. C
Calidum non eſt in mixto vt elementum ſed vt componens. 20. 2. A
Caloris diuerſitas non arguitur ab effectuum diuerſitate. 109. 2. A

Cale-

INDEX.

Calores multiplices a Cardano allati & eorum confutatio. 110.2.C
Calor ſolis,& ignis idem eſt. 110.2.C
Calor qui corripit humiditatem,quæ in exilibus venarum oſculis conſiſtit,ad febres humorales reducitur.140.1.A
Calculoſus morbus aliquibus in locis endemicus eſt.219.2.C.
Calculoſi affecti præſentis ſigna & curatio ab Hipocrate petita.223.1.C. & ſequentibus.
Calor multus multos excitat flatus.188.1.D
Cain ſignum quod habuit a domino fuit totius corporis tremor.135.2. A
Canis ſi cum vulpe fœmina coeat vulpem generat caninam. 63.1.B
Cancri in papilla cuiuſdam matronæ hiſtoria. 169.1.A
Cancri occulti quales dicti.174.2.D
Cancri externi quomodo tractandi.175.1.B
Cancri externi non vlcerati extrahi non debēt. 175 2 B
Capiuaccius reprehenditur.56.1.B
Capra cum ariete hircum molioris lanitiŋ generat.63.1.B
Carpocrates damnatur. 5.1.A
Cardani ratio falſitatis arguitur.144.2.D
Cardano reſpondetur.111.2.D
Catharrus fit aliquando per aſcenſum vaporū ad caput aliquando verò propter ipſius imbecilitatem.205 2.C
Cauſtica medicamenta non aliter ac ignis comburunt.166.2.D
Cerdon damnatur.5.1.A
Cœli non ſunt animati.24.1.A
Cœli habent in ſe potentiam motricem.24.1.A
Cœlum in generatione vicem maris gerit. 78. 1. C
Centri punctum imaginarium eſt.40.1.B
Centauri impoſſibiles iudicantur a Galeno. 65. 2. D
Ceruí mares in quibus dignoſcantur a fœminis. 66.1.B
Cibi plenitudo quomodo intelligenda.223.2.C
Cibus febricitantium qualis eſſe debeat. 153. 1.B
Cibus ſaluber qualis dicendus.78.2.D
Claudini error.175.1.C
Cor non eſt omnium facultatum principium.
Cor eſt in homine alter Sol.5.1.C
Corde vulnerato diutius poteſt animal viuere. 148.2.B
Corpuſcula conſiderantur iuxta pondus a natura conceſſum.40.2.A
Corpus non niſi a corpore.9.2.B
Corpuſculorum figura innumera, cunctaque extant faciunt variare.39.2.C
Corpuſcula condenſata aquam, diſperſa verò ventos efficiunt.201.1.B
Corpuſcula & a ſe,& ab alio mouentur. 27.2.C
Corpuſcula figuram habent & pondus. 39.1.B
Corpuſcula aquæ ſunt.39.1.C
Corporeæ ſubſtantiæ quod principium. 39.1.A
Corpus & inane duo rerum principia.39.2.D
Corpus ſemper poſt cibum igneſcit 145.2.B
Corpus in quinque reſolui communis eſt ſententia. 77.1.B
Corpus inſeruit animæ. 85.1.A
Cogitatiua impedit multoties ſimilitudinem natorum ad parentes. 68 2.C
Cogitatio non mutat ſpeciem rei,quæ generatur. 69.2.C
Colliquatio res maxime præter naturalis. 43. 1.B
Colliquamento nullus locus peculiaris.43.1.C
Colliquatio non accidit in omnibus febribus putridis.143.2.D
Colliquatio duplex.143.2 C
Comitialis morbus a quo fiat humore ex Galeni ſententia. 177 2.B
Conſtipatio non generat ignem de nouo,ſed iam factum adauget.108.1.C
Conſtipatio eſt cauſa ſine qua non putredo generatur.108.1.C
Coturnices pro cibo aſumptæ, quibus in locis, quod malum effecerint.80.1.D
Coqui poſſunt omnia,ſed non omnia poſſunt liquari.208.1.A
Conſuetudo non efficit vt res nobis cōtrariæ reddantur amicæ.79.2.A
Conſideratio ſitus & motus elementorum nihil pertinet ad medicum.12 2.B
Coagulum in caſeo reperitur. 54.1.A
Chimyci a naturali ſpagyria ſuam dedicerunt. 87.1.A
Κλήσεως ſtilationi eſt ſimilis.80.2.D
Criſis ad malum ſemper in peſtilentibus vnde. 126.1 B
Cucurbitulæ vt aplicentur purgatum corpus deſiderant.177 1.B
Cucurbitula quando ſunt adhibendæ. 177. 1.C

D

DEſtilatio ad articulos aliunde fluere quā a capite.210.2.D
Deſtilatio per quas vias fiat. 209. 2.C.& ſequentibus.
Dea febris apud Etnicos.38.1.A
Democritus coitum, paruam epilepſiam appellat.45 2.B
Democriti laus.27.1.A
Deſcenſus magis conuenit rebus quam aſcenſus. 142.C
Delectationis in coitu cauſa.45.2.C
Diuinum in morbis non ſunt in ſomnia. 37. 2.B

Diui-

INDEX.

Diuinum in morbis occultum eſt intelligendū. 37.2.B
Diuina eſſentia quomodo Idea dicatur. 50.2.A
Diuinæ prouidentiæ opus in quò magis conſpicuus. 51.2.B
Diuiſio aquarum a Deo facta. 39.1.C
Dioginis Cinici hiſtoria. 43.1.C
Diuerſitas inter membra ſpermatica, & teſtes. 47.1.D
Dies motus infantis triplicati tempus naſcendi oſtendunt. 76.2.D
Dies ab hora conceptionis vſque ad diem formationis fœtus duplicati, diem motus indicare. 76.2.D
Diafragma contractum in cadaueribus. 90.2.D
Diafriſis quid dicatur. 201.1.D
Diuretica quomodo conueniant in preſeruatione calculoſi affecti. 222.2.C
Dolor grauis quomodo intelligendus. 223.1.D
Dolor nephriticus inter exacte peracutos numerandus. 226.1.B

E

ELementi ratio in quo conſiſtat. 6.2.C
Elementa ſuis conſtant principijs. 11.2.A
Elementa vt aliæ res ex elementis conſtant. 9.1.A
Elementorum combinationes ab Ariſtotele diuerſa. 15.1.D
Elementorum primæ & ſecundæ qualitates a quo proueniant. 16.1.D
Elementorum qualitates in ſummo gradu reperiri eſt impoſſibile. 16.2.B
Elementum quid ſit apud Ariſtotilem. 21.2.D
Elementum & principium inter ſe differunt. 20.2.C
Elementa tam perfectarum quam imperfectarum rerum eadem ſunt. 35.1.C
Elementa ſunt mixti partes. 86.1.A
Elephantiaſis a cancro non differt. 167.2.D
Elephantiaſis a cancro paruo incipere. 168.1.A
Elephantiaſi vnde nomen. 168.1.C
Elephantiaſis malum eſt incurabile. 168.1.D
Elephantiaſis remedium. 168.2.B
Epilepſia, apoplexia, & paraliſis a fulmine fiunt microcoſmi. 180.2.C
Epilepſia, apoplexia, & paraliſis quomodo in nobis fiant. 178.2.B
Epilepſia in quo differat ab apoplexia, & paraliſi. 178.1.C
Ephimeræ febris materia qualis. 119.1.A
Ephimera peſtilens immedicabilis. 120.1.C
Ephimera magis ſudorifica quam aliæ febres. 120.1.D
Ephimeræ febres non ſunt acutæ. 121.1.D
Ephimera qualem requirunt prouidentiam. 121.2.A
Ephimera vnde dicta. 178.1.D
Euacuatio in omni febre putrida remedium eſt optimum. 154.2.D
Euboici craſſo ſunt ingenio. 6.2.D
Exerementum duplex quod ex cibo extrahitur 213.1.D

F

FAcultas formatrix quid ſit ex ipſo Galeno demonſtratur. 51.1.D
Facultas nutriens tres habet famulas. 87.2.D
Facultatis vitalis innumera inſtrumenta. 88.2.B
Facultates, pulſatilis & naturalis, in quo conueniant, aut diſſideant. 90.1.A
Facultas vitalis neque vegetatiua, neque ſenſitiua potentia eſt facultas. 90.1.B
Facultas animalis ſenſu conſtat, & motu. 91.2.A
Facultatis animalis actiones non liberæ. 66.2.D
Facultatis naturalis actiones liberæ. 66.2.D
Facultates formatrix & nutriens in quo conueniant, aut deſſideant. 52.1.B
Falopij error. 81.2.C
Fœminarum teſtes parum a maribus differunt. 55.1.B
Fœmina vtrum debeat ſimul cum viro ſemen emittere vt concipiatur animal. 71.1.D
Fœminarum teſtes turgent ſemine ad generationem apto. 55.2.C
Fœminæ mouentur menſe quarto. 76.2.B
Fœminæ quadraginta duobus diebus ad ſumū efformantur. 76.1.B
Fœminæ aliquando ſine delectatione concipiūt. 57.1.A
Fœminæ nunquam concipiunt abſque proprio ſemine. 57.1.A
Fœminæ pulchritudinis monſtra. 62.2.D
Fœtus ſeptuaginta aliquando viſi. 72.1.B
Fœtus centum quinquaginta in Germania viſi refert Albertus Magnus. 72.1.B
Fœtus ante cordis generationem poteſt viuere. 75.1.D
Fœtus genitus quando mulier eſt in menſtruatione elephantiacus euadit. 170.1.D
Fœtus in vtero non alitur ſanguine menſtruo. 172.1.A
Fœtus duos concipere, ſecundum naturam eſt. 71.2.C
Fœtus multiplices gignuntur ex multiplici ſeminis in vtero diuiſione. 72.1.B
Fernelij opinio de defluxu catharri ad articulos confutatur. 210.2.C
Fernelius cur caute legendus. 7.1.B
Fernelius pro Ariſtotele argumentatur.

INDEX.

Fernelij opinio reprobatur. 51.2.C
Fernelius notatur. 65.2.A
Fernelij opinio de reuerſione febrium reprobatur. 128.2.B
Febrilis ignis non accenditur in corpore vicino niſi febris ſit ex ſui natura contagioſa. 106.1.A
Febris eſt ſubſtantia. 112.1.B
Febrium principio maiores fiunt conſtrictiones quam dilatationes in arteria. 88.2.D
Febris eſt ignis. 98.2.A
Febris ſine adito eſſe non poteſt niſi cor ipſum concalefecerit. 98.2.C
Febris accenditur in omni putredine etiam ſi fuerit in materia frigida. 100.2.A
Febris proprie in ſanguine & ſpiritibus ineſt. 114.2.C
Febris diuiditur in febrem morbum, & febrem accidens. 115.2.C
Febris ſemper eſt morbus. 116.1.A
Febris tripliciter conſideratur. 116.1.B
Febris humida qualis. 116.2.B
Febres lentæ a Fernelio animaduerſæ. 116.2.D
Febres putridæ ex bubone omnes malæ. 117.2.A
Febrium reuerſiones ab humoribus e quibus fiunt. 121.2.B
Febris ſinochon nullos habet circuitus. 122.1.A
Febris omotonomis nunquam in praxi obſeruata. 122.1.B
Febris continens ſuas aliquando habet exacerbationes. 122.1.B
Febrium humoralium doctrina a Galeno tradita difficilima. 122.2.B
Febris eſſentia ſemper eſt in membris. 123.1.B
Febres ſumunt denominationes a ſubſtantia, quæ incaluit. 123.1.B
Febres putridæ ſiccitatem etiam inducunt. 123.2.C
Febres omnes in aliqua interna inflamatione habent fundamentum, quædam magis, aliæ vero minus. 123.2.D
Febris eſt malum conſectarium. 124.1.C
Febris ſpecies multiplices quomodo fiunt. 124.1.C
Febrium materia peccans nihil aliud eſt quam ſulphur, & ſal. 124.2.D
Febris ephimera in putridam conuertitur. 125.1.B
Febris putrida non conſiſtit abſque ephimera. 125.1.C
Febrium ſimpliciter putridarum, malignarum & peſtilentium differentia. 125.2.B
Febres malignæ, & peſtilentes quare contagioſæ. 126.1.C
Febres continuæ per ſubintrantiam ſuapte natura intermittentes ſunt. 126.2.B
Febres continuæ proportionales nõ poſſunt particulari declinatione carere. 126.2.D
Febrium intermittentium principio quæ eueniunt accidentia. 133.2.B
Febres intermittentes Solæ, habent in principijs acceſſionum rigores. 133.2.C
Febres intermittentes periculo vacant. 134.2.B
Febris hectica putrida ex quo ſequatur. 142.1.A
Febris hectica aliquando fit incipiendo. 138.1.C
Febris hectica poteſt fieri ex animi affectibus ſed non omnibus. 138.2.C
Febris hectica ſecunda ſpeciei non fit in omnibus cum colliquatione. 142.2.C
Febris hectica augmentum in quo differat a putrida. 144.2.C
Febris hectica, quælibet ſpecies, tria habet tempora. 146.1.B
Febris hectica vltima ſpecies, quæ habeat ſigna. 147.1.C
Febrem hecticam peſtilentem qui impugnat & & ipſius confutatio. 148.1.B
Febris quinque modi quibus accenditur. 100.2.A
Febris hectica a ſanguinis miſſione nihil iuuatur. 154.2.D
Febris denominationis dificultas enodatur. 123.1.D
Figura qua melius partes inter ſe vniuntur. 40.1.C
Flatus in nobis dupliciter gignuntur. 188.2.D
Fluxiones a flatibus fieri quomodo dicat Hipocrates. 209.1.D
Flatibus materiam præſtãt cruditates. 209.2.B
Fluidæ corporis partes quæ ſint apud autorem. 123.2.C
Formatrix facultas aliquid habet maius reliquis naturalibus. 67.1.D
Formatricis facultatis debilitas impedit filios parentibus aſſimilari. 70.1.C
Formatrix circunſcripta a materia ſignata, eo mouetur, quo materia inclinat. 70.2.A
Forma rei eſt, per quam res eſt. 70.2.B
Formationis initio tres fiunt bullæ. 75.2.B
Formæ plures ſubordinatæ in vnoquoque compoſito inueniuntur. 6.1.A
Fontanellæ vſus arthritidi inutilis. 211.2.B
Fontanellæ vſus rarus apud antiquos. 211.1.C
Foſſilium varietas deſcribitur. 212.1.B
Foſſilium varietas etiam in Micocroſmo inuenitur. 212.1.C
Frigiditas actualis in nobis conceditur. 215.2.A
Fructus & cerealia, quare in duas medietates diuiſa. 4.1.C
Fructus qui antequam ſiceeſcant putreſcunt mali. 79.1.A
Fulminis effectus in Microcoſmo. 181.2.B

Gale-

INDEX.

G

GAlenus cælum accipit pro aere.36.2.D
Galeno contradicitur.43.2.A
Galenus detegit Ariſtotelis falſitatem.46.1.C
Galenus qualem ſenſerit eſſe vitam ſeminis.48.1.B
Galeni querimonia.49.2.C
Galenus male intellexit natura ſubſtantiam.50.1.B
Galenus tenet ſudorem eſſe euacuationem naturalem.201.2.B
Galeni opinio de ſimilitudine natorum ad parentes confutatur.63.1.B
Galenus notatur.19.2.A
Galeni contentio peruicax.38.1.D
Galeni locus explanatur.73.2.C
Galenus a calumnia vendicatur.121.2.D
Galeni de ephimera, ſententia examinatur.122.2.B
Galeni opinio de reuerſione febrium.128.1.C
Galenus quid ſenſerit de particularibus febriũ periodis.131.1.D
Galeni opinio de febrium hecticarum differentijs.139.1.A
Galeni locus ad mentem autoris explicatur.158.1.A
Gemelli frequentius in ſexu conueniunt quam e contra.72.2.A
Gemelli licet diuerſi ſexus efigie tamen ſimiles euadunt.72.2.A
Gemellorum ſimilitudo vnde proueniat.72.1.D
Gemelli eiuſdem ſexus diuerſis chorijs ſeparantur.72.1.D
Gemellorum conceptio vnde oriatur.72.1.A
Gemelli fætus cauſa.71.1.D
Generationis munus vnde proueniat.49.2.B
Gigni, & nutriri ex eodem ſunt.47.1.D
Gypſum verum in nobis generari.212.1.D
Gnoſtici damnantur.5.1.B
Græci cælum pro aere appellant.37.1.A
Grauidæ in coitu maiori voluptate fruuntur non grauidis.58,1.B
Grando in microcoſmo.214.2.C

H

HEbræi cælum pro aere appellant.37.1.A
Hermophroditum perpetuo gigni ex quo ſequeretur.44.2.B
Heſiodus ſolus, ex ijs qui rerum principium vnum tantum ſtatuerunt, terram eſſe affirmauit.78.1.B
Hepar, Microcoſmi Oceanus nominatur.81.1.D
Hipocratis mens exponitur.19.1.A
Hipocratis locus declaratur.21.2.A
Hipocrates a calumnia vendicatur.38.2.A
Hipocratis libellus, de natura pueri ſuſpectus cenſetur.72.2.B
Hipocrates quid diuini nomine in prognoſticis intellexerit.36.2.C
Hipocratis ratio de purgatione a partu in quo differat a ſacra pagina.76.1.D
Hipocrates cum Galeno, & ambo cum Paracelſo componuntur.77.2.A
Hipocratis Aphoriſmi explicatio.104.1.A
Hipocratis locus exponitur.117.2.B
Hircus cum Oue, oues generat hirſuto pilo.63.1.B
Hiſtoria ſcitu digniſſima.37.1.D
Hiſtoria Senecæ, quæ voragines aquarum demonſtrat.40.2.A
Hiſtoria ſcitu digna.110.1.C
Hieremiæ locus quomodo intelligendus.37.1.C
Hiſtoria qua probatur formatricis facultatis impediri ab ineptitudine materiæ.68.1.D
Hydropis aſcitis origo.197.2.A
Hydropis ſpecies duo à ſonitu de nominationem acceperunt.201.1.B
Hydrops poteſt accidere abſque hepatis vitio.198.1.C
Hydrops aſcites tripliciter poteſt euenire.198.1.D
Hydropes peculiares vnde eueniant.199.2.A
Homo multiplicia rerum ſeminaria comprehendit.8.1.A
Homo eſt vnum & omnia.8.1.B
Hominis cum vniuerſo multiplices colligantiæ.8.1.C
Homo habet in ſe aſtrorum ſignaturas.8.2.A
Homines Mercuriales.8.2.D
Homo non eſt vnum ſed plura.20.1.C
Homo eſt vnum ex Hipocrate.20.1.C
Homo fuit cum ſemine creatus.43.1.B
Homini propter formæ preſtantiam nequit aliæ ſpecies comiſceri.65.2.D
Homines frequentius brutis formatricem imaginatione corrumpunt.69.1.C
Homo totius vniuerſi perfectiones comprehendit.3.1.B
Hominem eſſe plura melius eſt quam vnum quomodo intelligendum.21.1.C
Humidum aqueum ignem extinguit, pingue adauget.108.2.D
Humidum non eſt in mixto, vt elementum ſed vt componens.20.2.A

I

IAcobus virgas decorticatas in canalibus apponebat vt oues parerent filios verſicolores 68.2.C
Idea diuina eſt poteſtate omnia.50.1.D
Iecur eſt perfectum dum reliqua membra ſunt

INDEX.

adumbrata 75.2.A
Iecur eſt ſanguis coagulatus.75.2.A
Iecur eſt inter membra precipua quæ catharros excitant.206.1.B
Ignis per omnia permeans.13.1.D
Ignis nullum animal generat.13.2.D
Ignis ex ſui natura vorax.14.1.A
Ignis non pertinet ad ornatum vniuerſi. 14.1.B
Ignis non venit in mixtionem.14.1.B
Ignis mixtorum a Sole deriuatum eſt. 19.2.D
Ignis inſtrumentum quo Sol operatur.19.2.D
Ignis non eſt in rebus tanquam componens.19.2.D
Ignis non eſt in rebus tanquam viuificans. 20.1.A
Ignis præter naturalis tripliciter catharris gignendis eſt accomodatus.200.1.B
Igneorum ſpirituum vi vtraque ſemina colliquantur & permiſcentur.72.2.D
Ignem extinguere apud veteres magna erat religio 83.2.A
Ignis vitalis origo eſt in corde.83.2.B
Ignis internus externo ſimilis.86.2.C
Ignis non datur ſine pabulo.95.1.C
Ignis pabulum quem conſtituerint autores. 95.1.D
Ignis proprium eſt rareſacere nec non etiam incraſſare, & quomodo. 208.2.B. & ſequentibus.
Ignis pabulum pingue & oleoſum eſt.96.1.B
Ignis multum confert ad vitam.98.1.A
Ignis cœleſtis ab alimentari diuerſus non datur.110.1.A
Ignis nullum animal generat.110.1.B
Ignis præternaturalis numero tantum differt a naturali.119.2.B
Ignem internum venenum abſumere, explicatur.111.1.D
Ignis eſt ſubſtantia.112.1.A
Ignis dupliciter in corpore operatur.102.2.C
Ignis relinquitur in meatibus calcis non autem carbonis.145.1.A
Ignis quibus modis ſeruatur.154.2.B
Ignea meteora in microcoſmo quomodo a medicis tractanda.174.1.C
Imaginatio non læditur in vertigine. 193.1.C
Imaginatio quomodo poteſt fœtui figuram imprimere.69.2.A
Impreſſionum ſublimium diuerſitas cui tribuenda.36.1.B
Intemperies innumerabiles, prout ſpiritus variantur.22.1.A
Inneptitudo materiæ emendari poteſt ita vt formatrix facultas recte operetur.68.2.A
Infœcunditas ex parte maſculi vnde proueniat. 98.2.D
Ioanni Langio contradicitur.207.1.B
Ioubertus non recipitur.144.1.B
Iob tertiam hecticæ ſpeciem patiebatur.147.1.B
Iræ definitio.84.2.D
Ira poteſt interimere.101.1.C

L

LAc omne ſuſpicionem habet gignendi lapidem.229 2.B
Lac aſininum ſuperatur tenuitate a lacte camelino, & equino.228.2.C
Lac aſininum caſeum in ſe continet.228.2.D
Lac omne calculoſum affectum generare eſt aptum 229.2.B
Lapides in nobis pluribus in locis generantur. 216.1.A
Lapides in varijs noſtri corpis partibus qui viderint.216.1.B
Lapis in veſica, præter Fernelij opinionem, generatur.216.2.C
Lapis renum in pueris rariſſimus 216.2.D
Lapidis materiam pituitam eſſe quomodo aprobat autor.220.1.A
Lapidis cauſa efficiens.220.1.B
Lapidum differentiæ, quæ communiter conſtituantur.217.2.D
Lapidum generatio iuxta ſententiam Autoris. 218.1.B
Lapidis, in microcoſmo, generatio. 219.2.B. 220.1.B
Lapis frequentius in vijs vrinarijs generatur. quam alibi.220.2.A
Lapides qui a medicamentis efficacibus ſoluantur quales ſint.220.2.D
Lapidis generatio a quibus impediatur. 219.2.C
Lapidoſum ſeminarium, quod in cibo & potu exiſtit quomodo probet autor.221.1.D
Lapis in cauitate renum exiſtens quomodo dolorem valeat excitare.223.2.B
Lapidum colores vnde proueniant.225.1.A
Lapis in veſica raro, aut nunquam frangi poteſt.225.2.A
Lapis veſicæ nulla alia via quam per ſectionem curatur.225.2 B
Lapide renum dolorem inferente, remedium eſt optimum forti vti exercitio.225.2.C
Latini pro aere cœlum appellant.37.1.A
Lapis bezoar nec ſudoris, nec vrinæ prouocatiuus eſt.163.1.A
Lapidis bezoar doſis qualis ſit,163.1.D
Lapis de porco ſpino quomodo propinandus,163.2.B
Lapis bezoar quomodo generetur.162.1.A
Lapis bezoar quomodo adulteratur.162.2.B
Lex naturæ qua omnia gubernantur.40.2.C
Leonartho Fuchſio reſpondetur.121.1.A
Liber de flatibus Hipocratis legitimus,23.1.D

Lodo-

INDEX.

Lodouicus Mercatus,quid per acetabula debeat intelligi,non agnouit.75.2.D
Lodouici Mereati deceptio 89.1.B
Lodouico Mercato reſpondetur.112.1.C
Lodouico Mercato contradicitur.207.1.B
Lodouico Mercato contradicitur.113.1.B
Lodouici Mereati confutatio.171.1.A
Lodouici Septaly laus.81.2.C
Lux prius creata,ſolis vicem gerebat.75.1.D

M

MAteria ſine forma non eſt cauſa continuitatis.3.2.B
Manichei damnantur.5.1.B
Macrocoſmi partes vt microcoſmi ſe inuicem adiuuant.5.2.C
Materia prima ſomnium eſt.22.2.A
Mare ſemper ab aere mouetur.35.2.A
Magni mundi meteora a Cœlo habere quod magnum protendant.36.2.A
Mares & fœmina per aitatem magis ad venerem procliues.60.2.C
Maris & fœmina ſemen ſi cobeant,fit vnum generationi aptum.61.2 B
Mares aut fœminas generare ex quo ſequatur. 66.1.C
Mares citius fœminis formantur.76.1.A
Mares treginta diebus vt plurimum eformantur.76.1.B
Maſculi mouentur menſe tertio.76.2.B
Maſculi viuunt plus fœminis.76.2.D
Maraſmum in quo differat a maraſmode.142. 2.B
Malum citrium veneno aduerſatur.165.1.C
Margaritarum magiſterium quomodo fiat. 159.2.B
Magni mundi meteora aliqua cur frequenter alia verò cur raro fiant.36.1.C.D
Meteora vniuerſi ipſius ſunt ægritudines. 35. 1. A
Meteora magni & parui mundi ſpiritibus fiunt.35.1.C
Meteora vniuerſi ad ſpiritus referuntur. 35. 2. D
Meteora microcoſmi ab ſpiritibus fiunt. 35. 2.D
Meteora horrenda in microcoſmo reperiri. 99. 1.D
Meteora nonnulla diuina appellantur. 36.2.A
Meteororum, grandinis ſcilicet roris pruinæ & niuis varietas vnde proficiſcatur. 214. 2.B
Membrum omne quanuis ignobile reliquis inſeruit.75.1.A
Membrum omne quanuis nobile alterius ope indiget.75.1.A
Mēbra ſpermatica a ſemine eformata. 53.2.B
Membri paralyſi correpti cur pereat ſenſus & motus.91.2.D
Membra cuiuſq; corporis triplici conſtant ſubſtantia.118.2.B
Membrorum aliquorum in nobis duplex munus.46.2.B
Membra ſingula eo tardius perficiuntur quo maiori artificio conſtant.75.2.A
Medicamento lenitiuo non autem electiue trahenti in doloribus vti debet. 224.2.B
Medicamenta putredinem inducentia.105.1.B
Medicamenta cauſtica quem gradum putredinis obtineant.105. 1.B
Medicamenti virtus ex ficcatoria non poteſt extra aplicata interius humores exſiccare. 166. 1.A
Medicamenta purgantia in obſtructionibus quomodo concinanda.199.2.C
Melancholia portio cur ad ventriculum mandetur.81.1.D
Melancholia portio ad ventriculum confluens ſi ſit aucta caninam excitat apetentiam. 82. 1. C
Menſtrua purgationes ad obiectum libidinoſum erumpunt 57.1.C
Mercurialis problema & illius confutatio.105 2. C
Microcoſmi relatio ad macrocoſmum.8.1.B
Minus minimo ſeiunctum non datur.11.1.A
Mixti partes a lynceo conſpici poſſunt. 11.1.A
Mixtum omne habet motum rectum. 12. 2.A
Minotaurum figmentum eſt.66.1.A
Microcoſmi procreatio non eſt minor creationi vniuerſi.70.1.C
Microcoſmus habet in ſe ſeminaria vegetabiliū & mineralium ſimbolica mineralibus & vegetabilibus e terra productis.78.2.C
Mineralia in homine ineſſe,analogice eſt intelligendum. 97.1.C
Motus corporis ad circumferentiam non impedit ſanguinis miſſionem.176.2.C
Motus eſt cauſa caloris.101.2.B
Mors repentina eſt ſyncopa ex qua æger non reuertitur.149.1.D
Morbus eſt vnus in genere.24.1.D
Monſtrum quare eueniat.67.2.C
Morbi frequentes in microcoſmo.36.1.D
Morbi rari in microcoſmo.36.1.D
Morbi hæreditarij qui preſeruatione poſſunt emendari.221.1.A
Morbi in microcoſmo cauſas raras habentes. 36 2. A
Morbos aliquos a cacbodemone in homines immitti pro indubitato eſt.37.2.D
Morbi a Deo immiſſi.38.2.B
Morbi tartarei vnde oriantur.82.2.D
Morbi omnes ex ſpiritibus fiunt.82.2.A
Morbi cur aliqui ſint contagioſi alij minime. 106.

INDEX.

106.1.D.107.1.D

*Morbi rari ſunt qui non ſint febres aut cum febre.*100.2.A

*Morbi omnes ſubſtantia.*113.1.C

*Morbus eſt paſſio viuentis.*113.2.C

*Morbi quamplurimi per ſtatutas fiunt reuerſiones.*126.2.D

*Molæ ouis ſubuentaneis male comparantur.*69.1.B

*Molæ informes ſunt.*67.2.C

*Molæ ſi figuram habent caſu euenit.*67.2.C

*Mors non eſt vltima putredo.*103.1.C

*Mors non aduenit abſque pulſuum mutatione.*148.1.B

*Mors repentina in peſte, non aduenit abſque febre.*149.1.C

*Montano contradicitur.*113.2.D

*Mulier, quæ in matrice plures quam duos habet ſinus pro monſtro eſt.*71.2.C

*Mulier quædam viſa, quæ multa animalia ranis ſimilia edidit.*72.1.C

*Mulieres, abſque viri comerſio, molas non gignunt.*68.1.A

*Mulieribus ſeminis efuſio non extrorſum ſed introrſum fit iuxta Galenum.*57.2.D

*Muliebre ſemen ad ceruiſis fundum ad os vteri peruenit.*57.2.C

*Mulier exanguis irritante ſemine deſtituitur.*57.1.C

*Mulier vaſa habet & iaculatoria, & preparatoria.*54.2.D

*Mundus archetypus quid.*3.2.A

*Mundus animal magnum.*3.1.B

*Mundus magnus bipartitus.*7.2.D

*Mundus paruus duplex.*7.2.D

*Mundus paruus triplex.*7.2.D

*Mundum quæ efficiant admirabilem.*39.1.A

*Mundi parui meteora aſtrale quidpiam habent*36.2.A

*Mundi animam qui ex veteribus ſtatuerunt.*3.1.C

*Mundus inferior ſuperiori cõtinuus eſt.*4.1.D

*Mundi anima quomodo a Deo creata.*5.1.D

*Mundi partium ſympathia.*5.2.B

*Mundi ſpiritus quales.*7.1.D

*Mundi ſpiritus ſunt inſtrumenta animæ ipſius*7.2.A

N

*NAtos parentes non referre ſæpe accidit & quare.*67.2.C

*Natos modo patri modo matri ſimiles euadere quæ ratio demonſtret.*66.2.C

*Natura communis particularium curam habet.*3.2.D

*Natura communis particularem docet ac dirigit.*51.1.B

*Natura communis non poteſt ab officio abeſſe.*51.1.C

*Natura ſe ipſa operatur.*75.1.B

*Natura docta abſque doctore.*50.1.A

*Natura in ſuis operationibus eam habet perfectionem quam poteſt.*81.1.A

*Natura nunquam ſine impedimentis.*81.1.B

*Natura noſtra coquinariam artem exercet.*82.1.A

*Naturale agens agit quantum poteſt.*81.1.B

*Nephritici doloris a colico differentia.*224.2.C

*Neruo ligato pars inferior ſenſu priuatur.*95.2.D

*Nix in microcoſmo.*215.1.A

*Noua inuenta aliquando veteribus præferri.*160.1.D

*Nutrimento ſemper adheret quidquid difficile ſeparatur.*81.1.C

O

*OBſtructiones variæ in nobis ex quo fiant.*215.2.C

*Occultum & admirabile idem eſt.*37.2.C

*Oleoſum ignem diutius conſeruat.*108.2.D

*Omnia inter cælum & terram ſpiritibus plena ſunt.*13.1.A

*Omnia ſuas habent impuritates.*213.1.A

*Omne mixtum eterogeneum eſt.*20.1.A

*Omne quod mouetur ad impediendum vacuum mouetur.*40.1.A

*Omnia ex omnibus fieri nequeunt.*68.1.B

*Omne quod fit per gradus fit.*31.1.D

*Omnia initio ſuæ productionis quaſi cuiuſdam oui ſimilitudinem referunt.*70.2.D

*Orationis ratio in quo conſiſtat.*50.1.D

*Ordo eſt præcipuum quod in vniuerſo requiritur.*50.1.D

*Oregmon non eſt cauſa mortis, ſed mors vicinitatum facit.*150.2.A

*Os matricis tempore grauidationis aliquando poteſt aperiri.*72.2.C

*Oſſa cordis ceruorum veneno aduerſantur.*164.1.C

*Oſſis cuiuſdam hiſtoria, magnam cum ſanguine ſympathiam habentis.*164.2.B

P

PAracelſi entia quinque.

*Particula arida tartarum valentius atrahunt.*215.2.A

*Paruus mundus triplici mundo tribus facultatibus reſpondet.*87.2.B

*Parui mundi meteoris aliquid diuinum ineſſe*36.2.C

*Parui mundi ægritudines ipſius ſunt meteora.*35.1.A

Peſtis

INDEX.

Peſtis fuit antiquis manifeſta.106.1.D
Peſtis furens omni generi animalium noxia exiſtit.107.1.A
Philo damnatur.5.1.A
Phiſionomici, ex hominum effigie alicui animali ſimili, mores colligunt.68.1.C
Philoſophi, qui atomos conſtituerunt.24.2.D
Phenix auis ſexcentis ſexaginta annis viuit. 97.2.A
Phreniticorum ſenſationes cur delira fiant. 91.2.C
Piſces reſpirant ſub aqua.35.2.C
Pluuia a capite deorſum detruditur, vel a frigore comprimente, vel a calido diſſoluente. 207.1.B
Plutarcus damnatur.4.2.D
Plato damnatur.5.1.A
Plato explicatur.6.2.A
Platonis Idea quid.6.2.A
Platonis dictum exponitur.7.1.A
Platonis ſententia de dæmonum vi exponitur. 7.1.B
Plinij opinio quomodo moderanda 70.1.A
Plantæ, quæ veneno reſiſtunt.165.1.A
Potentiæ ab operationibus dignoſcuntur. 87.1.D
Potentia vegetabilis in ſe ipſa & propter ſe ipſam operatur.90.1.D
Principium & elementum idem ſunt apud Ariſtotelem.21.2.C
Priſcillianiſtæ damnantur.5.1.A
Problemata quædam ad epilepſiam atinentia diſcutiuntur.180.2.D
Productionis modus in omnibus rebus eſt fere idem.70.2.C
Puluis ex quo homo fuit formatus tenuiſſimus fuit.78.1.D
Puella veneno nutrita.79.1.
Pulſus plenus fit ob multitudinem ſpirituum. 89.2.A
Pulſus vehemens nunquam eſt vacuus.89.2.B
Pulſatio nec eſt ſenſus nec propter ſenſum. 90.1.D
Pulſus hectica putrida qualis a Galeno deſcribitur, an recte.147.2.A
Pulſus hectica putrida ex ſententia autoris. 147.2.D
Pulmonis artificium.91.1.C
Pulmonis motus eſt ipſi proprius.91.1.C
Pulmonis motus duos aſequitur fines. 91.5.D
Pulmonis motus ſimilis motui cerebri.91.2.A
Putredo vna tantum eſt.102.2.D
Putredinis plures gradus.104.1.C
Putredo fit propter innati ignis impotentiam. 142.1.A
Putredinis gradus, eſt incineratio.105.1.A
Putredo febrem excitat, & quare.105.1.C
Putredo qualis ſit.102.2.D

Q

QVæſtio de elementis in mixto medico inutilis ſenſetur.11.1.D
Qualitates primæ non dantur.23.1. A
Qualitates primæ tangibiles eſſe nequeunt niſi ſint corpora.39.2.B
Qualitates rerum duplices.11.2.C

R

RAnarū generatio, cū externis ranis quæ in nobis generātur, vniuoca exiſtit.221.2.B
Res in infinitum vegetari nihil prohibet.5.2. D
Res ad impediendum vacuum naturaliter mouentur.14.2.B
Res omnes ex nihilo condidit Deus.
Res ex nihilo non gignuntur.39. 2.A
Reſolutionis ſignificata, quæ.77.1.B
Reſolutio vltima in atomos.77.1.C
Regiones variæ variant hominum mores. 78.2. B
Remedia ad frangendum calculum à varijs autoribus decerpta.227.2.A
Remedium optimum ad phagedæna.174.2.C
Reſpiratio eſt facultatis libera, actio verò non libera.90.2.B
Reſpiratio, & expiratio diaphragmatis eſt motus.90.2.C
Rigoris & tremoris ſimilitudines.135.1.D
Rigor morboſus non differt a rigore ſanorum. 135.2.D
Rigor morboſus abſque febre non eſt ita validus ac ille, qui tertianas præcedit.136.1.C
Rigoris cauſæ quæ ſint.136.1.D
Rigor vt accidat non omnes particulas vellicari eſt neceſſe. 138.1.A
Ros in microcoſmo.214.2.D
Ruta antidotus.164.2.D
Rubificantia medicamenta quæ ſint.105.1.A

S

SAnguis trahitur ad teſtes vt ſemen conficiatur.43.2.B
Sanguis non eſt vltimum alimentum.43.2.B
Sanguis qui fœtui a matre ſupeditatur indiget vlterire præparatione vt nutriat.75.2.A
Sanguinis pinguedo flori ſulphuris comparatur.81.1.D
Sanguinis rubedo ex parte ſulphurea illi aduenit.81.2.A
Sanguis eſt eterogeneus.81.2.A
Sanguini multiplex ineſt ſapor. 81.2.D
Sanguinis ſpuma flauabilis eſt.82.1.A
Sanguinis impuritas oritur ex ſecunda concoctione imperfecta.82.1.D
Sanguis multigenos habet ſapores.82.1.D

San-

INDEX.

Sanguinis actus eſt anima.85.1.C
Sanguis eſt pars & partes nutrit.85.1.C
Sanguinis defectum non poteſt animal tolerare.85.1. D
Sanguis omnibus particulis continuus.85.2.B
Sanguis & ſpiritus vere nutriunt.86.1.C
Sanguis qui in ore venarum, in rorem conuertendus continetur, ſubiectum eſt etiam febrium putridarum.123.2.C
Sanguinis menſtrui effectus.171. 2.C
Sanguinis miſſio auxilium eſt refrigerans.154 1.B
Sanguinis miſſio eſt auxilium reuelens. 154. 1.C
Sanguis ſine ſero limus appellatur.197.2.A
Salſugo pauca efficit fœcunditatem, nimia verò infœcunditatem.49.1.D
Sal eſt inter reliqua, quæ terræ inſunt.79.1.A
Salis munus eſt conſeruare.79.1.A
Salis fæces per aluum & per vrinam exeunt. 81.2.A
Salis fæces per aluum exeunt. 82.1.C
Salis fæces, quæ primã effugiunt concoctionem per vrinas exeunt.82.1.D
Sal prunellæ ardentiſſimis febribus confert. 124.2.D
Salia externa per ſimilitudinem demonſtrant quænam ſalia interius corrumpantur. 167. 1.C
Salis noſtri corporis aduſtione carnes magis, ac magis corrumpuntur.169.2.D
Sal inulceribus cancroſis arſenicalis eſt. 170. 1. A
Sal in hydropicis efficit quominus aluus obediat 200.2.D
Semina exigua cum ſint, multiplicatione in magnam molem attolluntur.39.2.A
Seminaria eorum quæ comeduntur aut bibuntur ſi ſunt tranſmutabilia, ſolum retinent aliquas priores proprietates.222.1.C
Semina rerum in conſpicua.39.2.B
Seminis excretio aliquando iuuat.43.1.C
Seminis virtus cæleſti virtute reſpondet. 49. 2.A
Semen omogeneam habet ſubſtantiam. 49. 2.B
Semen virile etiam fœtui materiam preſtat. 53.2.B
Semen humanum quidquid accipit in hominem conuertit.65.2.C
Semen non vna tantum eiaculatione emittitur. 71.2.B
Seminis quantitas ſola, non poteſt Gemellos generare.71.2.D
Seminis euacuatio plus diſſoluit quam ſanguinis.46.1.D
Semen quinta eſt eſſentia.47.2.B
Semina in nobis multiplicia, quorum aliquã corruptionis ſunt principia.125.2.A
Semen paucum monſtra efficit.72.1.A
Semen non eſt integrum neque in mare neque in fœmina.61.2.A
Siminis vitæ dificultatem quomodo diluat autor.48.2.A
Semina, vt fœcunda ſint, quid facit.48.2.D
Semina duo diuerſorum animalium tertiam quandam producunt ſpeciem.65.2.D
Sexuum diferentia a calore fiunt.63.2.B
Sexuum diferentia non ad ſimplicem calorem ſolum referenda.66.1.A
Serui Barbari hiſtoria non probat animalis facultatis actiones liberas eſſe.67.1.A
Serum copioſum fieri in chylificatione eſt falſum.202.2.D
Serum a calido fit.199.2.D
Serum quod ab hepate per venas demandatur, a venis ad emulgentes remeat.202.2.D
Septalius benedixit terram eſſe ignis pabulum. 96.1 C
Septaly ſolutio problematis cuiuſdam Ariſtotilis.142.1.B
Sympathia inter omnia corpora.3.1.D
Symptomatica expulſio non ſemper ſequitur ad morbum.203.1.C
Situs, qui communiter elementis tribuitur eorum naturis inconueniens eſt.12.2.C
Situs elementorum inutilis.12.2.C
Siccum non eſt in mixto vt elementum ſed tantum vt componens.20.2.A
Similitudo natorum in ſpecie a materia ſumitur.63.1.B
Similitudo mali granati in mola aliquando viſa.62.2.D
Siluaticus reprehenditur.163.1.A
Signa quæ a natura facta praua exiſtunt, ſi ab arte fiant non eandem retinent conditionem. 163.1.C
Sitis in hydropicis vnde eueniat.200.1.A
Smaragdum inter alexiteria numerandum. 160.2.D
Sol in eſſentia ſua non mutatur.83.1.C
Sol eſt mundi cor.5.1.C
Sol ignis eſt.83.1.D
Sol totius ignis fons, & origo eſt.95.1.A
Sol & homo hominem generare, vnde dicatur. 97.2.A
Socratis dictum exponitur.6.2.D
Species viuit in ſuis indiuiduis non e contra. 3.2.D
Spiritus mediant inter animã & corpus.6.1.D
Spiritus non ſunt animæ vincula ſed inſtrumenta.6.1.D
Spiritus vniuerſi ætherei ſunt ac diuini. 6. 2.A
Spiritus implantati vnde ducant ortum. 49. 1.A
Spiritus implantati a quibus nutriantur. 49. 1.A

Spiri-

INDEX.

Spiritus implantati ſunt animati.49.1.D
Spiritus ſignaturam habent totius microcoſmi. 66.2.B
Spiritus innatam habent doctrinam omnia membra fabricandi 66.2.A
Spiritus ſemen componentia conſulto mouentur 75.2.B
Spiritus plures concurrunt, vbi magis pracipua & magis neceſſaria membra ſiunt.75.2.B
Spirituum effectus mirabiles.82.2.B
Spiritus nomen plura habet ſignificata.189.1.C
Spiritus motus, viſibilia tanquam in gyrum repreſentat.194.1.C
Stabilitas rerum nulla eſt, abſque continuitate. 4.1.D
Starnutantes quare ſalutentur.189.2.D
Stupor vnde proueniat.225.1.D
Sudor eſt euacuatio præter naturam.202.2.C
Sudoris ſpecies variæ, & quid protendant. 203. 2.A. & ſequentibus.
Superfluum & excrementum non ſunt idem. 43.2.C
Superfœtationem qui negant.72.2.B
Subſtantiæ tres, quæ corpus noſtrum componũt reducuntur ad vnum.77.2.B
Subſtantia volatilis prima eſt ex qua membra conſtituuntur.77.2.C
Sulphuris fæces per aluum exeunt 82.1.C
Sulphuris fæces quæ primam effugiunt concoctionem per vrinas exeunt.82.1.D
Sulphur in aere reperitur.96.2.C
Sulphur & ſalnitrum tonitrua efficiunt. 96. 2. D
Sub Cœlo nihil conſtat abſque Sole.95.1.B
Sudores per ſomnum quibus de cauſis fiant. 120.2.A
ſudor Britanicus quid ſignificet.120.2.B
Sudoris Britanici curatio.120.2.D
Sudor Britanicus eſt morbus acutus.121.1.C
Sudores in principio morbi ſunt boni vt cauſa, mali vt ſignum.163.1.C
Sudoris generatio duplex.201.1.D
Sudoris & vrinæ eadem eſt natura.201.2.A
Sudores qui fiunt per condenſationem alituum, in febribus precipue fiunt.201.2.A

T

TAbes curatu eſt, dificilis.139.1.B
Tabes perfecta qualis ſit.140.1.C
Tabes perfecta in quo differat a maraſmo. 140. 1.C
Tartari condenſandi, quæ vaſa ſint accomodatiora.213.2 C
Tartarum ex inteſtinis ad muſculos aut neruos traſmiſſum, quare non infert dolorem. 214.1.C
Tartari genera varia.215.1.C
Terra ſpiritus ex quo homo fuit formatus vltimus fuit in omnium rerum creatione. 78. 1.D
Terra identitas ad hominem, ex quo colligatur. 78.2.B
Terra Vulcani, cur erumpant.96.2.C
Terra promptuarium eſt diuinæ prouidentiæ. 50.2.B
Terræ motus cauſa ex ſententia autoris. 137. 1.C
Terræ motus microcoſmi cauſa.137.2.A
Terra in generatione gerit vicem fœminæ.78. 1.C
Teſali ſunt ingenioſi.6.2.D
Tetrapharmaci mixtio eſt imperfecta. 10.2.C
Teſticulorum dignitas a quo proueniat.49.1.A
Temperamentum, eſt proportio elementorum in mixto.77.1.C
Theorica & praxis duo ſunt medici crura.7. 2.C
Timoris & mæſtitiæ cauſam ad quod refferat Galenus.191.1.B
Timoris & meſtitiæ cauſa ex Autoris ſententia.192.1.A
Tranſmiſſio corporum cœleſtium facilior ſit per continua quam per contigua. 4.1.C
Tuberculorum origo vnde proueniat.82.1.D
Turquinæ pro ſmaragdis debent ſcribi in electuario de gemmis Meſues.161.2.A
Tuſis in aſcite quando eueniat.200.2.B

V

VAcuum vt effugiant omnia.3.2.A
Vacuum quomodo admitatur.39.2.D
Vaſa ſeminalia in fœminis ad ſemen conficiendum ſunt fabricata.55.1.A
Valleſius Diocli pro Galeno reſpondit.202.1.D
Valleſius confutatur.69.1.C
Valleſio reſpondetur.86.1.A
Valleſio ex ipſo Valleſio reſpondetur.52.1.B
Valeriola aduerſus peſtem compoſitio redicula. 165.2.B
Variolarum cauſa iuxta Arabes proponitur. 172.2.B
Variolæ non omnibus neceſſario eueniunt.173. 1.A
Variolæ aliquando ſemel, aliquando pluries reuertuntur.173.1.A
Variolarum ortus vnde.171.1.C
Variolæ non homini ſoli peculiares exiſtunt. 174.1.A
Variolarum febris eſt ſinocha.175.2.D
Vapores cum detinentur & conglobantur abſq; frigore ſe ipſis condenſantur.207.1.A
Veteres, qui aquas rerum principia ſtatuerunt. 39.1.D
Venus aphrodita vnde traxerit ortum.49.1.D

INDEX.

Venus debilitat totum corpus præcipue caput. 49.1.B

Venus nimia quare vires eneruet. 53.2.D

Ventriculus eſt præcipuum membrum catharrum excitans. 206.1.A

Ventriculi cum inteſtinis & renibus ſympathia. 222.2.D

Vetula quæ ab exigua portione cicutæ auſpicata, magnam abſque detrimento accipiebat. 79.1.D

Venenum nobis innaſcitur. 79.1.B

Venenum ſemper naturam noſtram offendit. 79.2.B

Venenum in exigua quantitate ſumptum poteſt a natura noſtra ſuperari. 79.2.B

Venenum latens in nobis, denuo aduenientem ad ſe trahens, cor liberum reddit. 80.1.B

Venenoſi humoris vomitus, ijs qui lapide renum vexantur poteſt accidere. 224.1.C

Veneni noxa ſola infertur cordi. 80.1.D

Venenum quod in cibo latet quomodo non offendat. 80.2.D

Venenum non concoquitur. 163.1.B

Venenum in nobis genitum ſanguinis miſſionem non impedit. 176.2.C

Verecundiæ comes eſt metus. 84.2.C

Veſicantia quid efficiant. 105.1.A

Venæ ſectio confert febricitantibus etiam propter euacuationem. 154.2.B

Venæ ſectio in nephriticis doloribus quomodo adminiſtranda. 227.1.B

Ventorum cauſa ex varijs autorum ſententijs. 182.2.A

Ventorum natura iuxta Autoris ſententiam. 185.1.C

Ventorum effectus in Microcoſmo. 189.2.B

Venti ſubſolani in nobis quales. 190.1.D

Venti auſtrini in nobis. 190.2.D

Venti typhones in noſtro corpore. 192.2.D

Ventorum omnium curatio ſimilis exiſtit. 194.2.D

Vertigines quæ a cauſa externa accidunt quomodo fiant. 194.2.B

Vertigo a cauſa externa poteſt accidere. 194.1.D

Violentum ſempiternum dari ex quo ſequeretur. 12.2.C

Virtutes ſeminales ab Idea diuina. 39.1.D

Viragines ſi abortiri periclitentur ſanguinis miſſione liberantur. 60.1.A

Vitri combuſti ad calculos præparatio. 228.1.A

Virtus formatrix in ſingulis membris toto vitæ ſpatio perdurat. 51.2.B

Vita eſt ignis. 83.2.A

Vita ipſa a corde influit. 83.2.B

Vita conſiſtit in actione ignis in balſamum. 87.2.A

Vita hominis licet magna induſtria cuſtodiatur breuis tamen euadet. 97.2.C

Viperarum carnes cancroſis, & elephantiacis nutrimentum optimum. 169.2.D

Vis, qua venti mouentur, qualis exiſtit. 185.2.D

Vis pulſatilis non communicantur arterijs irradiatione. 89.1.C

Viuentes particulæ ſunt ſubiectum inhæſionis vel ſaltem atributionis omnium morborum.

Vlcus pulmonis febrem hecticam poteſt excitare. 146.2.B

Vlcerum, quæ in cancris & elephantiaſi fiunt, qualis materia. 169.1.B

Vmbelicus eſt primum membrum quod manifeſte generatur. 75.2.C

Vmbelicus pediculo fructuum comparatur. 75.2.C

Vnaquæque res, vt fiat, ſuam habet materiam aptam ex debitis coagmentatam corpuſculis. 68.1.B

Vniuerſi fabrica multa continet philoſopho admiranda. 40.2.D

Volaticæ, quæ dicantur. 118.2.D

Volatilis ſubſtantia in noſtro corpore reperitur 118.2.D

Vrinæ & alui excrementa ſi fætore priuentur ſignum eſt peſſimum. 103.2.B

Vrinæ quomodo oſtendant febrilis materiæ diſpoſitionem. 124.1.A

Vrinæ fætor in febribus. 124.1.D

Vrina cruenta in nephriticis cauſa. 225.1.B

Vrinæ concuſſæ partes, ſi rurſus non vniantur, quid protendant. 124.2.B

Vrinæ & ſudoris qualitas, quales ſint febres demonſtrat. 124.2.C

Vrina aliquantula in teſtibus cur reponatur. 49.1.C

Vteri mundificationis natura ſolicita eſt. 170.2.A

Vulpes ſi cum cane fæmina coeat, canem vulpinum generat. 63.1.B

FINIS.

LICENTIAE SVPERIORVM, ET APPROBATIONES.

Videat Admodum Reuerendus Dominus Franciſcus Norius Canonicus Florentinus an in ſupraſcripto opere aliquid contineatur quod Pietati Chriſtianæ vel bonis moribus aduerſetur, nobiſque referat 4. Maij 1620.

Petrus Nicolinus Vic. Gener. Flor.

In hoc opere Excellentiſſimi Domini Stephani de Caſtro, nihil mihi contineri videtur, quod à recta Catholicaque Religione, aut à bonis moribus ſit alienum, & in fidem ſubſcripſi. Die 8. Maij 1620.

Franciſcus Norus Canonicus Flor. manu propria.

Attenta relatione præmiſſa licentiam concedimus, vt typis excudi valeat Florentiæ opus ſupraſcriptum, ordinibus, conſuetis ſeruatis. 8. Maij 1620.

Petrus Nicolinus Vic. Gener. Flor.

Adì 8. Maggio 1620.

Si rimette queſta opera al Padre Gori, che la riueda per corteſia, e riferiſca ſe vi ſia coſa contro la Santa Fede e buon coſtumi.

F. Gio: Paolo Inquiſitore Gener. di Fir.

Hauendo viſto per ordine del Reuerendiſſimo Padre Inquiſitore il Libro dell'Eccellentiſſimo Signor Stefano de Caſtro; intitolato de Meteoris Microcoſmi. l'ho trouato pieno di Dottrine peregrine, acute, e ingegnoſe; e l'ho per vtiliſſimo non ſolo a' Signori Medici: ma a tutti i Filoſofi. Non v'è coſa contro la Fede, o buon coſtumi. Se poi ſia bene ſuſcitar l'antiquata opinione delli Atomi, e che il principio delle coſe ſia l'acqua, e ciò confermarlo con Scritture; mi rimetto al Giudizio purgatiſſimo di detto Reuer. Padre Inquiſitore, e in fede mi ſon ſottoſcritto il dì 25. di Giugno 1620.

F. Domenico Gori mano propria.

Adì 26. di Giugno 1620.

Stante la ſopradetta atteſtazione del Padre Gori, che nel libro del Signor Steſano di Caſtro intitolato il libro de Meteoris Microcoſmi, non vi ſia coſa repugnante ne alla Santa Fede, ne a buoni Coſtumi, ſi concede licenza di poterſi Stampare in Firenze ſeruato il ſolito. Auuertendo, che io concedo Filoſoficamente che ſi poſſino aſſerire gli elementi, cioè l'acqua eſſer principio delle coſe naturali, non però affermarlo con la Scrittura Sacra, quale non conſente con la Filoſofia naturale.

F. Gio: Paolo Inquiſitore Gener. di Firenze.

Stampiſi, Adì 2. di Luglio 1620.

Niccolò dell'Antella.

Errata quæ in hoc opere continentur ſic corriges.

Pag.	Col.	Verſ.	Errata	Sic Corriges.
2.		14.	procaſtinare	procraſtinare
8.	2.	47.	Ariſtotelis	Ariſtoteles
11.	2.	12.	interogabis	interrogabis
16.	2.	29.	quoquæ	quoque
21.	1.	53.	conſtace	conſtare
40.	2.	31.	concauum	iuxta concauum
54.	2.	40.	in in	in
55.	2.	34.	ſurgere	turgere
56.	2.	9.	ſymptoma	ſymptomatá
57.	2.	42.	curbitula	curcubitula
57.	2.	13.	priaiſmus	priapiſmus
63.	2.	13.	parentium	parentum
69.	2.	14.	ſint diuerſa	ſint diuerſæ
70.	2.	12.	vnaquæq;	unæquæq;
71.	2.	25.	in frequenti	infrequenti
77.	2.	51.	refer	refert
78.	1.	52.	philoſophorus	philoſophus
78.	1.	46.	aphur	aphàr
82.	2.	2.	exiſtis	ex iſtis
84.	2.	3.	leul	leui
85.	1.	49.	ſuccurcas	ſuccurras
86.	1.	14.	Venenoſus	venoſus
86.	2.	46.	exteruus	externus
88.	1.	1.	hæc.	hac
88.	1.	19.	retinentia	retinendo
88.	1.	49.	peraget	peregat
88.	1.	49.	accedunt	accedant
88.	1.	52.	appellantur	appellentur
88.	2.	46.	combuſtit	combuſſit
88.	2.	vlt.	multa	multæ
88.	1.	15.	oppottet	oportet
89.	2.	9.	mutus	motus
97.	2.	35.	noriendi	moriendi
97.	1.	18.	olcoſa	oleoſa
107.	1.	4.	olyſipone	Olyſſippone
108.	1.	3.	febris	febrem
116.	1.	17.	enoxerante	exonerante
119.	1.	37.	inarat	inurat
124.	2.	8.	tangie	tingie
126.	2.	51.	reuerſionem	reuerſionúm
139.	2.	7.	proprie	impropriè
139.	2.	53.	diuiduntur cum punćto	lege ſine punćto
139.	2.	8.	dicertmus	diceremus
140.	2.	2.	vnamquaq;	vnamquamq;
148.	1.	20.	fine	ſinè
148.	2.	13.	hanc	hunc
149.	2.	42.	prò poſſe	procul à sè
153.	1.	19.	conra	contra
155.	2.	48.	ſerapio	Serapio
160.	1.	25.	libauius	Libauius
162.	1.	4.	Morcardes	Monardes
162.	1.	18.	ſiluaticus	Siluaticus
162.	2.	11.	qua partes	quà parte
162.	1.	40.	ſiluaticus.	Siluaticus
162.	2.	35.	puluuis	puluis
162.	2.	1.	ſcaligerum	Scaligerum
162.	2.	1.	ſcaliger	Scaliger
162.	1.	45.	Abinzoar.	Auenzoar
167.	2.	37.	eff. ćtus	affećtus
168.	2.	13.	ſalatri	ſolatri
168.	2.	vlt.	leui	leu
170.	2.	8.	vice	via
171.	2.	48.	ſerapio	Serapio
176.	2.	6.	ruccum	ſuccum
178.	1.	10.	correptus	correptos
178.	2.	37.	obtinentis	obtinentes
179.	1.	45.	hnmid tate	humiditate
179.	1.	47.	Perſiſtentes	Perſiſtens
179.	2.	48.	fœſius	Foeſius
189.	2.	24.	afferat	afferant
189.	2.	24.	aſcendunt	aſcendant
189.	2.	27.	ſunt	ſint
192.	1.	25.	ex ſtant	excitant
197.	1.	18.	Soroſitates	Seroſitates
197.	1.	41.	paruus	prauus
199.	1.	27.	recip mus	recepimus
200.	2.	33.	fuliginis	fuligines
201.	2.	1.	naturæ	natura
202.	2.	14.	corpus	corporis
203.	2.	20.	diças	dicas
208.	1.	21.	Zaccharum	Saccharum
212.	2.	7.	conereſcunt	concreſcunt
219.	1.	1.	fricata	ſiccata
220.	1.	4.	eomuniter	comuniter
224.	1.	36.	quia	qui à.

Hæc inter legendum occurrere, ſi qua alia animaduerſionem noſtram ſunt præter lapſa ea tu benigne lećtor corrigere poteris.

REGISTRVM.

¶ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh.

Omnes ſunt Duerniones Præter ¶. Terniones.



FLORENTIAE. M. DC. XXI.
APVD IVNCTAS.

Digitized by Google